Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS
HVCHERI
BELLOVACI MEDICORVM MONSPELIENSIVM CANCELLARII, DE FEBRIVM
differentijs, cauſis, ſigniſque & curatione

LIBRI QVATVOR.

Cum Indice copioſiſſimo rerum & verborum quæ in toto opere continentur.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LVGDVNI,
Apud Antonium de Harſy,ſub ſigno ſcuti Coloniæ.
M. D. C. I.
Cum Priuilegio Regis.

HENRICO MAVMORANTIORVM DVci & Franciæ Conneſtabulo.

IOANNES Hucherus S. P. D.

SÆPENVMERO ſingula diſciplinarum genera conſideranti vehementer admirari mihi contigit, quî fit, vt reliquarum plurimi, Medicinæ vnius pauciſſimi habiti ſint omni ætate excellentes Magiſtri. Imprimis enim naturæ ſtudia quam obſcura ſint, nemo, niſi à natura ipſa alienus ignoret: vix tamen optimorum Phyſicorum percenſendo conſequi nomina poſſumus. Geometriæ cum ardua valde ſubtilis &

abſtruſa ſit exercitatio , multorum tamen Geometrarum ſummam gloriam legendo quotidie audiendóque veneramur. Iuriſperitorum præſtantiſsimorum , poſt editas duodecim tabularum leges,tantus repente numerus prodijt , vt ius eorum ciuile mole ſua & librorum multitudine laboret. Egregiorum quóque Theologorũ diuiniſsimis præceptis Europa tota nũquam clariùs,quam his temporibus , perſonauit. Quem autem ex omni vetuſtate,præter Æſculapiũ quẽdam, Hippocratem,& Galenum: ex media ætate præter Paulum Æginetam, Ætiũ & Auicẽnam: ex noſtra præter Fernelium Syluium paucoſque alios Germanos Italoſque, tanta docentium diſcentiúmque & Gymnaſiorum frequentia,ſingularem Medicum fuiſſe arbitremur, habemus prope neminem. Itaque ſolent pleri-

que

que incredibilem quandam Medicinæ immenſitatem proferre,ad eamque tantæ celebrium Medicorũ raritatis & penuriæ cauſam referre.Cum enim,authore Hippocrate, ſingulorum Medicinæ operum occaſio tam præceps fugaxque ſit, tanta materiæ medicæ varietas, tantum corporum curandorum diſcrimen,tam difficile iſtorum omnium iudicium: nõ poſſe profecto tam multiplicem & impeditam doctrinam,niſi diuina quadam paucorum hominum ſorte cõparari. Mihi autẽ nullius artis tamen tanta difficultas & amplitudo videtur quam cordatiſsimus vir conſtãti ſtudio non peruincat, maximè verò cum opportuniſſimis diſcendi ſubſidijs ætas hæc abundet, ingenti ſcilicet librorum elaboratiſsimorum ſupellectile, & egregia quadam ingeniorum perſpicacia. Neque enim

optima natura cũ ſuis muneribus om nibus, eodem cœlorum ſtellarumq; ordine & planetarum motu, ijſdem elementorum viribus, eadem tempo rum viciſsitudine cœlique temperie rerum vniuerſitatem tueri conſtantiſsime pergat, eadem præſtantiſſimæ cuiuſquam diſciplinæ vſum & doctrinam nobis inuiderit.

Itaque ex abiectis alijs artibus, agricultura noſtra Varronis & Columellæ, militia Vegetij, architectonice Vitruuii, politica Solonis, Platonis, & Ariſtotelis inſtitutis antecellit. E ſublimioribus autem ſcientiis, Aſtrologia & Coſmographia noſtra multo magis eſt, quã Græca Latinaque, illuſtris, ampla & vera. Veteres enim è quinque zonis ſiue mundi regionibus duas tantum hominum cul turæ & domiciliis reliquerunt, è reliquis tribus homines cæteraq; animã-

tia

tia ob ſquallorem æſtúmque proſcripſerűt: Antæcos, Periæcos & Antipodas è toto etiam mundo relegarunt, ad quos omnes recentibus Luſitanorum nauigationibus expeditiſſimum iter patefactum nobis eſt.

Ijdem vix decem cœlorum motus obſeruarunt, quibus tamen plures acutiſſimi Mathematici Pubarcius, Copernicus, & Pontianus nuper deſignarunt. Quidni igitur veterum Medicinæ procerum gloriam homines noſtri conſequantur, ſi eadem alacritate, ſedulitate & induſtria artem iſtam proſequantur?

Quamobrem præter difficultatem ſummam, tædioſamque diuturnitatem ſtudij medici, alia quædam eiuſdem incommoda ſuſpicari mihi frequenter ſubijt. Medicorum nempe ipſorum quotidiana faſtidia, conuicia vulgique procaciſſimas contumelias,

à quibus ſeſe vindicare cordatiſsimus quiſque ſemper ſtuduit. Nam cùm Ariſtoteles lib. 8. Politicorum cap. 27. diſciplinarum omniũ exercitationes ita diſtinguat: vt alias artificioſiſsimas ſtatuat, in quibus artis maxima, fortunæ minima vis eſt: alias ſordidiſsimas, in quibus corporis ſordiũ & inquinamẽtorũ plurimum: alias ſeruiliſsimas in quibus operæ & manuum plurimus vſus, ingenij exiguus: alias deniq; ignobiliſsimas, in quibus manuũ etiam & operę ferè tota, vitutis actio nulla verſatur. His ſane turpiſsimis criminibus omnib. præclaras Medicorum functiones inſanum vulgus traducit, vt tanquam fortuitæ, ſordidæ, ſeruiles & ignobiles, ſi dijs placet, ab eo condemnentur. Primùm enim fortunæ vendicat iniquiſsimus rerum Iudex, tum quicquid Medicorũ conſilijs non reſponderit (vt ſi pro-

pinata

pinata purgatrice doſi improuiſus cal culus deturbetur, aut ſuppreſſus antea ſanguis cõmoueatur, cùm hi caſus & rariores ſint, & naturæ potius libere ſpõtéq; operantis, quam ab arte aut artifice coactæ conatus:) Tũ quicquid eorundem votis ſucceſſerit, vt à purgatiuncula febris vehementis ſolutio, cum tamẽ fortunæ cum hominum conſilijs commercij aut iuris omnino nihil ſit. Artificioſa igitur nõ fortuita Medicina multo iuſtius cenſeatur, quàm aut militaris (hæc enim ſolo vſu, illa exquiſitiſsimis præceptis conſtat) aut quælibet ars alia: nullius enim tam accurata methodus, támque elegans deſcriptio, quã Medicinæ, vſquam inuenitur. Deinde cũ artis cuiuſque vel ſeruilis vel nobilis conditio ex proprijs pleriſque, non ex accidentarijs quibuſdã actionibus æſtimãda ſit, Medicorũ certè in pro-

priis cõſulẽdi medẽdiq; functionibus ſuis labor nullus putãdus eſt,niſi fortaſſis ad ægros decũbentes, dũ proficiſcuntur, ſeruiliter laborare illi videantur, cum tamen Philoſophi in Lycæum: Magiſtratus in ſenatum:Regis & Imperatoris in caſtra:ad proprias diſputãdi, conſultãdi iudicãdique & dimicandi functiones,honeſta laudandaque profectio habeatur.Iam verò elegantior Medicinæ Phyſicæ pars,quam vnã profitentur hodierni Medici,ab aliis duabus partibus Pharmacia, & Chyrurgia ſeiuncta ſordiũ omniũ corporis & inquinamẽtorum expers omnino eſt:ſolaque victus inſtitutione & remediorum præſcriptione negotiatur. Quod ſi quando ægrotantium excremẽta intueri valetudinis eorũ gratia,& obſeruare cogantur,id ſane eſt non ſordidũ opus, ſed humanum vereque Chriſtianum

Medi

Medicorum obſequium. Poſtremo Medicorum dignitati merces ipſa (quæ honorarium verius Ciceroni dicitur) cur quidquam detrahat? Dignitatis enim tãtum intereſt, ex qua arte merces accipienda ſit: hęc autẽ ſi nobilis ſit, qualẽ Medicinã eſſe paulò poſt cõſtabit cur ex ea mercedẽ accipere turpe Medico & indecorũ ſit? Quid enim? merebunt ſine dedecore Magiſtratus, milites, duces, Imperatores: Medicus nullum operæ ſuæ honeſtũ & laudabilem queſtum fecerit: ſuamq; familiam, contra ius omne oeconomiæ, ſolus ex omnibus omniũ in hominum ordinibus inopiæ & ærũnis nudam egetémque prodiderit?

Atque hæc tamen cum à Phyſicæ Medicinæ ſpecie ſint alieniſsima crimina, pergit tamen profanum ſtolidumque vulgus falſiſsimis cõmentis vanitatẽ ei exprobrare, ſanitatẽ enim morbum

morbumque à ſolo ſummi numinis nutu prorſus pendere, neque humano cõſilio mutari, tardari, aut accelerari poſſe: Medicamentorum quoque tarditas à veteribus vires, aut iam effœtas, aut incognitas eſſe. Sed enim morborum ortus cũ duplex omnino ſit naturalis vnus, diuinus alter. Atq; ille ex improbabili victu viſcerũ intẽperie, caſuve aliquo inopinato, hic à Deo vel iuſtos cõfirmãte, vel iniuſtos vlciſcente: vtriq; ſane naturalibus iure annumerẽtur, quod diuini illi omnes corporeis cauſis fere ſemper inhæreſcant: quib. tũ contrariorũ remediorũ appoſitione, tum numinis pia ſãctaq; placatione mederi & opitulari licet. Medicinam igitur qui refugiũt ęgrotantes, illi quidem falſa pietatis ſpecie in grauẽ impietatẽ præcipites ſeſe deuoluunt: neglecto quod à Deo ipſo ob ægritudinẽ pręcipitur, medici cõſilio.

Sicuti

Sicuti neglecta numinis placatione, grauius multò peccant:dũ naturæ magis & remediis,quàm eorũ ipſorum authori Deo cõfidunt.Cũ autẽ morborum triplex omnino ſit natura,leuium,mediorum, & vehemẽtiſſimorum:his ſane debellandis nulla neque naturæ,neq; remedii vis ſatis eſſe poteſt.Leues ſola natura profligat, mediocribus ſuperãdis laboranti naturæ ars adminiculatur,vt perfectius citiuſque ſuperẽtur,reuulſis omnibus recidiuæ ægrotationis ſeminariis. Facultates rurſus medicamẽtorũ tũ recẽtiores,ex indicis nauigationib.,tũ efficaciores nobis,quã maiorib.noſtris,ſuppetũt,indeq; minores eorũ doſes ſagaciores Medici quotidie decernũt. Illæ verò,ſi per leuitatẽ à quibuſd.negligãtur,aut per ignauiam ignorentur,non defuerunt tamen omnibus ſæculis ingenioſiſsimi viri, à quibus & ſtudioſè perſpectæ, & copioſe veréque

peruulgatæ ſunt. Iam verò ſi Sycophãtarum omnium vituperatio tota falſitatis & impudentiæ rea eſt, ſitq; Medicinæ exercitatio non modo ſanis vtilis, ſed ægris etiam ſalutaris & neceſſaria: cur à ſapientiſsimo quoq; Medicina non expetatur, colatur & exerceatur. Minime minime tamen honoris artium ſola neceſſitas cauſſa eſt. Sic enim agricultura omnium nobiliſsima: ipſáque artificum induſtria præclara ſtatuuntur, cum vtraque carere Reſpublica nullo modo poſsit Sed quibus ad vſum & neceſſitatem ſummam laus & dignitas acceſſerit, illę demũ honorabiliſsimę ſuo iure habeantur. Differt autem ab honore laus, quod hæc virtutis eius ſit, quæ boni cuiuſdam author eſt: ſitq; eorum, quorum virtus eſt, propria. Honos eius dignitatis quam virtus pepererit: eſtq; aliorum etiam

com

communis, vt clariſsimi patris liberorum omnium quos tanquam paternæ, auitæque dignitatis, vt fortunarum omniũ, hæredes honoramus quidem, non laudamus tamen, quód virtute ſua dignitatem iſtam non ſint adepti. Laudandã igitur ab omnibus Medicinam quis neget? cum non ſolùm ad vitam neceſſaria ſit, ſed virtute etiam comparetur & exerceatur: bonúmque hominibus ſingulare & expetendum id eſt ſanitatem, conferat? honorandam verò etiam tanto magis eſſe: quanto finis eius & ſubiectum honorabilis eſt? hoc autem corpus humanum & ſubſtantiarum corporearum præſtantiſsimum: finis ſanitas omnium corporis bonorum maximè optanda. Ergo iſtas omnes honoris laudiſque Medicinæ cauſas cum ſedulo perſpexerint ſapientiſsimi viri quem honoris locum in ciui-

tate

tate bene morata Medicorum ordo tueri debeat:nunquam me herclè dubitent.Cùm enim Reipublicæ partes ſint tres literaria, bellica, & ruſtica, primùm quidem literariæ,ſecundùm bellicæ,tertiùm ruſticæ dignitatis locum debitum eſſe conſtat. Literaria porrho cum eximias tres doctrinas ambitu ſuo complexa ſit Theologiã, Iuriſprudentiam & Medicinam totidémque earũ omniũ miniſtras, Grãmaticam, Rhetoricam, Dialecticam. Prima quidem Theologia ſummum ſibi dignitatis locum vendicat:Iuriſprudentia autem, quæ in gerẽdis reipublicæ,regníque magiſtratibus verſatur,Medicinæ, authore Ariſtotele lib. 2. cap. 13. Politicorum, iure optimo anteponitur. Medicus enim vnius Socratis aut Calliæ propriam, non hominis communem incolumitatem curat. Magiſtratus omnium

hominum

hominum, ordinúmque officia præſcribit & cõſeruat. Altera autem eiuſdem Iuriſprudentiæ pars litigioſa agendíſque cauſis forenſibus occupata, eidem Medicinæ meritò eſt poſtponenda: cum non de communi, ſed de proprio litigãtium iure Cauſidici diſceptent. Sicuti Medici ipſi quoque de propria cuiuſquàm ſanitate laborant: quæ fortunis omnibus quãtò pręſtantior eſt, tantò Medicorum nomen illuſtre magis & glorioſum quàm Cauſidicorum eſſe debet. Quare ſi iuſtiſſimas iſtas honoris laudíſque Medicinæ cauſas omnes perſpicerent imperiti rerum homines, nũquam à Medicorum ipſorum decore tam vehemẽter abhorrerẽt, vt eos infra omnes eruditorum hominum claſſes deſpicerent, minimumque omniũ in Republica authoritate & dignitate Medicos valere ſtatuiſſent: Ex hac

vulgi noſtri de Medicinæ vilitate opinione accidit, vt opulentiſsimi quique Galli non in Magiſtratuum iuridicorum tantùm, ſed officiorũ quorumlibet regiorum emptionem ſuas omnes fortunas exhauriant, à quibus plurimum tum quæſtus tum dignitatis ex imperita plebe expectant, apud quam abiectiſsimi cerdones ſutoreſque hoc vno officiorum regiorum titulo cordatiſſimis, & eruditiſſimis viris Medicis præcellunt. Tenuiſsimi autem plerique, quibus iſta nundinatio ob inopiam non licet, protinus è Grammaticorum aut Phyſicorum etiam ſcholis egreſsi ad Medicinæ ſtudia conuolant, quorum etiã vix decurſis, rudimẽtis, immaturam non intellectæ artis praxim, viatici cauſa ſuſcipiunt, ad eámque Baccalaurei, Licentiati, & Doctoris encomia ſine accurata artis perceptione

ne, nedum exercitatione diuturna & ſolerti, præſtare ſatis arbitrãtur. Quin etiam illi ipſi Doctores quicunque Gallicis gymnaſijs profeſſores impoſiti ſunt tam exigua, tenuiaque ducẽtorum aureorum annua ſtipendia accipiunt, vt operam ſuam locare ægris, & iuduſtriam, quam priuatis ſtudijs & commentationibus dicare totam debuerant, ad quotidianas ægrorum ſalutationes, familiæ alendæ cauſa, transferre cogantur. Multò ſanè beatior eſt ſplendidiorque Italicorum Profeſſorum conditio: quibus mille quingentorum, aut bis mille etiam coronatorum præmia à liberaliſsimis Principibus ſuis quotãnis numerari audiunt.

Iſta igitur celebriorum Medicorum raritatis vnica cauſa eſt profeſsionis Medicæ tam faſtidioſa vilitas, & vulgaris contempſio, vt eius odio apud

**) 2

opulentiſſimos quoſque Medicinæ ſtudium ſordeſcat apud inopes certè langueat. Itaque ego quoque Iuriſperitorum inſtitutis adoleſcens Toloſæ primùm incubui, vnde ciuilium ſeditionum tædio Monſpelium digreſſus, Medicinam ibidem ſub clariſsimis authoribus & Magiſtris, Antonio Saporta, & Guillelmo Rondeletio auidiſsimè colui, tandémque doctoralem eiuſdem lauream adeptus ſum, quam dum paucorum annorum gymnaſticis exercitationibus & prælectionibus exornare, ſtudiáque priſtina accuratè recoquere contendo, hem inopinatus Honorati Caſtellani archiatri Regii honoratiſsimi & profeſſoris Monſpelienſis obitus inſperatæ profeſsionis flagrantiſsimum ſtudium, ambitumq́; mihi excitauit. Cuius vt compos factus ſum, tum demũ nouo decore ita penitus exarſi,

vt

vt nullus deinceps diſcendi, docendíque labor me ipſum fregerit. Nulla vnquam à publicis prælectionibus ignauia retardarit, nulla denique à Profeſſoris munere bellorum ciuilium tempeſtas abduxerit. His enim cũ reliqua totius Galliæ Gymnaſia Profeſſoribus ſuis & diſcipulis omnibus lõgè latéque diſsipatis ſpoliata per viginti fere perpetuos annos ſiluerint: noſtra ſanè hæc Monſpelienſis Academia conſuetis exercitationibus ſemper floruit, neque vnquam in ea quiſquam aut doctor, aut diſcipulus conticuit.

Fuiſti, Mœcenas, Academiæ noſtræ, quin potius toti Narbonenſi Galliæ huius optatiſsimi otij & tranquillitatis ſereniſsimæ Dux & author, qui pacatis prudentiſsimæ, multorũ hominum, vrbiúmque diſsidiis, cædes, raptus, incendia, ſolitudines & vaſti-

tates ab hac vna Prouincia ſũmouiſti: quibus reliquas Imperii Gallici partes pene cõuulſas euerſaſque quotidie gemebamus. Fuit hæc Prorege fortiſsimo, fuit HENRICO MONTMORANTIO Franciæ Cõneſtabulo prudẽtiſsimo digniſsima cõtentio: vt cuius gentis à Rege noſtro ſummum acceſiſſet imperium, eiuſdem fœlicitati & ſecuritati vellet maturè tutoq; eſſe conſultum. Sed quod HVCHERVM vix nomine ipſo, ne dum illuſtri aliqua doctrinæ fama notum in clientelam tuam ſponte aſciueris, quod tuã tuæq; ſereniſsimæ familiæ incolumitatem eius vnius fidei, curæ, & induſtriæ tradideris: quod denique omni officii & beneuolentiæ ſpecie ipsũ ſemper complexus ſis, hæc ſane fuit candidiſsimæ naturæ, & in clientem tuum propenſiſsimæ clariſsima ſignificatio. Ob quam ne viuam erga te,

&

& moriar ingratus, has primas de febribus lucubratiunculas meas ſub fœliciſsimo nominis tui auſpicio in lucem exire volui, vt intelligat poſteritas, nec voluntatem amandi bonos, nec facultatem eoſdem iuuandi, ornandique HENRICO MAVMORANTIORVM Duci & Franciæ Conneſtabulo, vnquam defuiſſe, illíque vni totam HVCHERI clientis obſeruantiſsimi induſtriam, quácunque in præſentibus his & futuris noſtris monimentis agnoſcet, & induſtriæ laudem debitam eſſe. Vale vale, cordatiſsime Mœcenas, & HVCHERVM clientem tuũ obſeruantiſsimum perge ex animo amare.

AD

CLARISSIMVM VIRVM D.D. IOAN. HVCHERVM,

PROFESSOREM MEDICVM, ET Conſiliarium Regium, & Medicorum Monſpelienſium Cancellarium digniſſimum.

Eduardi Scot Scoti, in eadem Monſpelienſi Academia Medicinæ doctoris Carmen.

Ἄνδρας ἀρηϊφίλους βαθύδοξος ἄειδεν Ὅμηρος
Ἀτρείδην βασιλῆα, βοὴν τ' ἀγαθὸν Μενέλαον,
Αὐτὸν Ἄρει φαίνοντ' Ἀχιλῆα, φίλον τε ἑταῖρον
Πάτροκλόν γε πεσόντα ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.
Αἴαντ' αἰνόμορον, θοῦρόν τ' ἐπιειμένον ἀλκήν.
Τυδείδην τε, μέφος πολέμου: καὶ Νέστορα δῖον.
Αἰνείαν τε, μένος, μῆτιν τ' ἀτάλαντον Ἄρηϊ.
Ἰσόθεόν τ' Ὀδυσῆα, καλῶν ἐπιίστορα ἔργων.
Ἥρωας τ' ἄλλους ἄλλοι μεγαλήτορας, ὕμνον
Μητίεσ' ἀμφὶ σοφῶν κελαδεῖν ἐβάλεσκον ἀοιδοί.
Νήπιοι, οἳ κ' ἄλγος τε, πόνον τε, καὶ αἰπὺν ὄλεθρον,

Ἀνθρώ

Ἀνθρώποισι φέρουσι, κλέος τηλαυγὲς ἔθηκαν.
Κῆρα, φόνον τε βίου δέον ἐμπεδομόχθου ἀπεργεῖν,
Π ρμονίμοις μεμαῶτας ἐποτρύνεσθ᾽ ἐπαίνοις.
Ἀστέρα γ᾽ οἷον ἀείζηλον, ἀληθινὸν ἀνδράσι φέγγος.
Οὔχηρὸν νυ φανέντα ὀλύμπιαι ἐάσετε Μοῦσαι.
Ὁ μ πόλος ἀρχίατρον παμφάρμακον ἐνθάδε πέμψε,
Δυστήνοις μερόπεσσιν ἀλεξῆσαι: πυρετούς τε,
Παντοδαπάς τε νόσους ἀπομυνέμεναι: αἳ μάλα πολλὰς
Ἰφθίμους τε πάρος ψυχὰς Ἀΐδι προΐαψαν.
Ὥστ᾽ εἰ ἀνδροδάμων τόσσον κλέος ἔστ᾽ ἐπὶ γαίας:
Σοῦ κλέος ἀθάνατον, θάνατον δ᾽ οὔσχηρε δαμῶντος.

IN CLARISS. EXCELLENtiſsimique viri D. D. IOANNIS HVCHERI Profeſſoris Medici, Conſiliarij Regij, & Medicorũ Monſpelienſium Cancellarij & Iudicis

ANAGRAMMA ET INSIGnia operi conſona.

IOANNES HVCHERVS.
Huic hærens onus.

CRVRE vno nitens, alio gerit vngue lapillum,
Quo cit in excubijs ſe Palamedis auis:
Scilicet eximiæ ſunt hæc inſignia laudis,
Quam parat HVCHERVS *mente, labore, manu:*
Mente alas ſuperat, vincit ſua crura labore,
Qu dque manu verſat ponderis inſtar opus.
Huic hærens onus id, *lethæa papauera fronte*
Arcet, & excubias Ditis in arma ciet.
Euocet innumeros ergo de faucibus orci,
Quid mirum? metuit nil Acherontis aquas.

IDEM

Digitized by Google

IDEM IN ALIVD EIVSdem Anagramma,

En Heros hic nauus.

Priſca ſuos iactēt Heroes ſecula, qui vix
Vnum de Stygio ſurripuere lacu:
En Heros hic nauus, *opē morietibus ægris*
Fert, & ferre alios, qua tulit arte, docet.

Hieremias Lanerius Lugdunæus, Doctor Medicus eiuſdem Academiæ.

AD

AD LIBRVM D. I. HVCHERI Medici Regij, & in celeberrima Mõſpelienſi Academia Profeſſoris, Cãcellarij & Iudicis, Tetraſtichon Philiberti Michaleti Francoburgundi medicinæ Baccalaurej.

AVTHOR cùm tibi ſit, cùm te ter doctus HVCHERVS,
Iudicio ornarit, parue libelle ſuo,
Tutus abi, doctiſque viris te prode: pauori
Nec ſit Ariſtarchus, nec ſycophanta tibi.
Improba contemne allatrantis ſpicula linguæ
Pandéque quam morbis ferre valebis opem.
Magnum eſt corporibus fixas auellere febres,
Magnum hoc præſtabit, ſed tua Iatrus ope.
Auxiliaris eris cœleſtûm dextra, ferîſque,
Conclamata adimes corpora, Necrophoris.

Vires acquiret eundo.

Eiuſ

EIVSDEM MICHALETI De opere de febribus D. Ioannis HVCHERI Medici & Cõſiliarij Regij in Mõſpeſſulana medicinæ Academia profeſſoris, Cancellarij & Iudicis.

TECTA Deûm terris exul, Panacea colebat
Nulláque erat curæ, tum medicina viris.
Multorum variæ vexabant corpora febres,
Cognita ſed paucis, cauſa doloris erat.
Vnde ſine auxilio iuueneſque, ſeneſque peribant:
Vnáque regnabat, tunc Libithina ſolo.
Aſt Medica celebrem cum deſpectaret Hucherum
Arte, Dea exultans fatur hygeia polo.
Ergo erit vnde iterum poſſim mea iura tueri
In terris regnum nam reget, iſte meum.
Dixerat: hic dictis aſſenſit: verus Apollo,
Hyppocrates, Pæon, Muſa, Galenus, Agron.
Quicquid enim potuêre, poteſt hic: arte medendi
Tantis æquandum, quis neget ergo viris.

Breue

Breue totius operis argumentum & quaſi ſynopſis.

Horrificas ſcriptis febres dum luſtrat HVCHERVS,
Ambages varias, in breue texit opus.
Ac velut in digitos arctat, quæcunque Galeno
De febribus ſparſim, ſcripta fuêre prius.
Hoc aliàs fecêre alij: at caligo relicta eſt
Doctrinæ febrium, quam fuit ante magis.
Addita quin etiam à multis eſt maior, Hucherus,
Quam facili methodo diſcutit, hoc opere.
Splendidiora facit pulſis obſcura, tenebris
Doctrina, ingenio, iudicióque graui.
Ille docet quæ cauſa febres progignat acutas,
Quæ peracutarum, ſit breuiúmque parens.
Quos habeat ortus, quib. has deprehendere ſignis
Quiſque queat: quâ ſit quæque fuganda via.
Quid febris: & quæ ſit tam tetra eſſentia peſtis
Quærit; & in ſpecies diuidit inde genus.
Perque datas ſpecies diſcurrit: Ephemera quid ſit
Explicat, & quæ illi ſubdita materies.
Quid ſynochus, ſynochéq; & quî ſecernere vtrãq;
Materia, cauſis, circuitúque licet.
Ardens quid febris: (quæ vulgo cauſus adurens
Hyppocratique τὸ πῦρ dicitur.) ipſe docet.
Tertia quid perpes, quid quarta, amphemerinuſq;

Quæque

Quaque hæret ſolidis hectica corporibus.
Inde pari methodo percurrit, & ordine febris
Interpolatæ, tempora, ſigna, focum,
Materiem, orgaſmúque, acceſſus, atque receſſus.
Tempora: quo finem ſit-ue habitura modo.
Deniq; ſuſceptã quò rem compleret ad vnguem
Faſtigio peſtis ſubdidit hiſtoriam.
Quæ Stygij mõſtrat naturam, & ſemina morbi
Cauſas, à cauſis quæque profecta fluunt.
Aegro quæ mortem minitentur, quæ-ve ſalutem
An mala decernat, vel bona quæque dies.
Quæ victus ratio, quæ propinanda dolenti
Pharmaca: quæ Medico vena ſecanda venit.
Tandem: quicquid edax aboleuit tempus: & ipſis
Obſcurum febribus, quicquid ineſſe poteſt.
Dũ reuocat ſcriptis, dũ planum reddit Hucherus,
Cedere ſe nulli ſedulitate docet.
Seu rẽ ſeu methodum ſpectes, ſeu ſcripta, referta
Doctrina inſigni ſingula, perſpicies.
Scilicet hic Medica tantum verſatus in arte eſt
Calleat vt quicquid, Delphica templa ſonant.
Ergo poſthabito, fas eſt (ô HVCHERE*) Galeno*
Cedat Appollo tibi, cedat & Hyppocrates.
Febris enim ſcriptis facis irrita tela, neciſque:
Corpora dans vitæ, ſemiſepulta ſuæ.

Diſcipulus obſeruãtiſſ. Philibertus Michaletus
Francoburgundus, Medicinæ Baccalaureus.

A ij

AD D. I. HVCHERVM Medicum & Cõſiliarium Regium, & in Mõſpelienſi Academia Profeſſorem & Cancellarium.

DVm muſa magnas officioſior
HVCHERE, *laudes noſtra canit tuas,*
Tunc mole grandi preſſa, tantum
Sentit onus ſuperare vires.
Vt nauis altum quæ mare diuidit
Scinditque fluctus, ingeminantibus
Concedit vndis, vixque longè
Reſpicit interitura portum.
Sic in tuarum fida ſatis malè
Thalia laudum fluctuat æquore,
Suique planè oblita, tanto
Non dubitat dare vela ponto.
Et ipſa tantis muneribus tibi
Deuincta, cœptum pergit iter, minus
Audacior timens videri,
Quam malè grata parum notari.
Gratatur audax hæc igitur tibi,
Sublime necnon prorſus opus tuum
Miratur, & te doctiorem
Hippocrate putat & Galeno.

Viue

Digitized by Google

Viue ergo fœlix, & venerabili
Vultu, decoram canitiem foue,
Vireſque, virtuteſque nobis
Omnibus, & patriæ reſerua.

GASPAR RONDACHE obſequētiſſ. diſcipulus perpetuę obſeruātiæ ergo D.D.V.

***

EIVSDEM AD eundem.

IN medica multi ſcripſerunt arte, febreſque
  Quæ profliganda ſint ratione, docent.
Sed tantum doctrina alios tua præterit omnes
  Ante citos quantum Pegaſus ibat equos.
Cætera perge igitur tua opuſcula prodere, tanto
  Nec nos priuatos fac precor eſſe bono.
Principio rapis hoc omnes: ſi cætera dones
  Nulla tibi dicent ſecla dediſſe parem.

G. RONDACHE.

AD

Google

AD EVNDEM.

Maximus Alcides ſuperas eduxit ad auras
Theſea, qui cæco carcere clauſus erat.
Aeſona fecerunt iuuenem Medeides herbæ,
Qui rigida Stygias fronte petebat aquas.
Tu ſtudijs vſque potens arcana recludis
Sacra, quibus refici languida membra queant.
Tantus in ore lepos, tanta eſt facundia, támque
Ad votum fœlix vena diſerta tuum.
Laus tua fac ſemper vigeat, patriamque decora,
" Debentur patriæ candida quæq; ſuæ.

Carolus le Caron Ambianus,
Med. Baccalaureus.

Digitized by Google

AD EVNDEM.

INferni iam clauſa tui ſit Ianua Pluto:
Qui tua vaſtabit regna vir vnus adeſt.
Id niſi praſtiteris, facies mox ipſe periclum
Artis quanta queat gnarus Apollineæ.
Hucherus ſiquidem vitali lumine taſſis
Reſtituet vitæ munera prima ſuæ.
Conſilióque eius, deuinctus membra dolore,
Haud quiſquam Stygias gutture carpet aquas.
Ergo age, claude fores, ſi regna carentia ſole,
Atque tenere animas ſub ditione velis.

Ioannes Bordatus Bituricus.

AN

ANDREAE LAVRENTIO CONSILIARIO ET MEDICO REGIO, ALMAEQVE VNIVERSItatis Monſpelienſis profeſſori egregio Ioan. Hucherus S. P. D.

INterea, dum inuictiſsimi regis noſtri Henrici IIII. ſaluti (fœliciſsimis auſpiciis) præfuiſti: (mi Laurẽti) equidem Monſpelienſis gymnaſij noſtri medicis ſtudijs iucundiſsimè & diligentiſsimè præfui: fructu ſanè, præmio & decore, valde diſpari: beata enim, incolumi rege, vniuerſa Frãcorum Reſpublica ſanctaque eiuſdem religio, & conſtans iuſtitia adhuc viguit: vt tibi incolumitatis Regiæ authori, ducique, Regiæ quoque politicæ gloriæ partẽ non minimã popularis vbi-

que fama vendicet: rex quoque ipſe prudentiſsimus, tam piorum tuorum multorumque erga ſe officiorum gratiſsimam memoriam eximijs & clariſsimis muneribus ſuis teſtatus eſt.

Noſtra verò, induſtria, opera, curaque omnis, erudiendis per triginta perpetuos annos mille vel biſmille fortaſſe adoleſcentibus, Francici imperij partem vix milleſimam iſtorum arte vſuram demereri potuit: vt anguſtum admodum eſſe, obſcurumque decus noſtrum neceſſe ſit: quod tam paucorum hominum prædicatione grataq; voluntate contineatur. Annuum quoque ducentorum aureorum conſtitutum ſtipendium, quàm nobis cæteriſque collegis noſtris exiguum & vulgare: quamuis exiguus in ſaluberrima prouincia & vrbicula præſertim, haud ita claris & opulentis ciuibus culta, quotidianis curationibus noſtris quæſtus propoſitus ſit: inopes certè priſcorum huiuſce ſcholæ Profeſſorum, egenteſ-

que

que familiæ haud obſcure præ ſe ferunt & profitẽtur. Itaque nos quoque in eadem maiorum noſtrorũ fornace gnauiter ſudantes, minus quidem ſplendide lautéque: ſed ſecurè fortaſſe magis (quàm tu ipſe) victitamus: cuius induſtria omnis, operaque illuſtriſsimi & fortiſsimi principis ſaluti addicta eſt: in quo vno non morborum tantum, ancipites euentus, ſed multo magis hominum inſidiæ, tacitaque odia metuenda cauẽdaque tibi ſunt: vt fortunæ tuæ ſplendor eximius, tot curis, anxietatibus & ſollicitudinibus oppreſſus valde, propeque extinctus eſſe videatur. Noſtra autem multo beatior tutiorq; quàm opulentior & ſplendidior opera eſt, quibus in ædiculas noſtras abditis, abuti otio vtique arbitrio noſtro licet. Studuiſti certè nuper (cordatiſsime Laurenti) oppido quàm beneuole candideque, collegium noſtrum profeſsionum duarũ (Chyrurgiæ & Pharmaciæ) acceſsione cumulare: idemque ipſum annui ducen-

tarum librarum ſtipēdij Regij auctione locupletare: quantum (ſcilicet) temporum iſtorum rerumque regiarum recentibus bellis ciuilibus afflictarum, tenuitas ferre potuit: (multò enim vberiorem magiſque opimā abs te curatam fuiſſe fortunam noſtram audiuimus.)

Itaque tibi tanquam ſoſpiti Ioui vota noſtra deinceps facienda, ſoluendâque ſunt: tibique vni ſolemnes immortales gratiæ ab hoc gymnaſio Monſpelienſi noſtro agendæ, habendæ, referendæ ſunt. Mea autē erga teipsū beneuolētia, fides & pietas, niſi perpetua & conſtantiſsima ſit: indignus certè honeſtiſsimo Medicorū Regiorū ordine: cui tua vnius ope, iudicio & eulogio, haud ita pridem à prudentiſsimo Rege adſcriptus ſum, ſcelerate ingratéque viuā.

Tibi itaque practicum hunc de febribus libellum meum mitto: annuis aliquot prælectionibus noſtris elaboratum. In quo non ſolum propria cuiuſque febris ſpeciei expo-

ſita

ſita remedia: ſed remediorum quoque indicationes omnes appoſitas legeris: quaſcunque ſingulares ſpecierũ differentiæ omnes cauſæ & ſymptomata grauiora ſubminiſtrãt. Neque verò generis remediorum tantum, ſpeciei: ſed magnitudinis quoque formæ, ordinis locique & temporis eorundẽ vſurpandorum vniuerſas indicationes accuratè proſequutus ſum.

Stylus ſanè prolixitatis nomine eruditis odioſus: ſed tyronibus Medicinæ aptiſſimus: quos ab empyrica therapia ad dogmaticam reuocare vnicum conſilium & ſingulare ſtudium mihi ſemper fuit, ne eadem, quibuſcunque ægris & ægritudinum caſibus aut temporibus auxilia temerè conferentes, iuniores practici (vt è ſcholis exceßerũt) imperitia ſua honeſtißimas familias quotidianis funeribus peſſundent & ſanctiß. medicorum nomen dedecorent.

Volui igitur (ſapientißime Laurenti) therapeuticis diſcipulorum noſtrorum ſtu-

dijs hac analytica methodo (nimis fortaſſe verboſa) prodeſſe: tibique imprimis ſcholaſticæ huius contentionis noſtræ, rationem probatam extare: cuius ſapientiam & iudicium præ cæteris admirari, nomênque Laurentij auguſtiſſimum venerari numquam deſinam. Vale vale & tuum Hucherum inuicem amare ex animo perge e Gymnaſio Monſpelienſi anno 1601. menſe Martio.

IOAN.

Digitized by Google

IOANNIS HVCHERI DE OPTIMA DOCENDAE ARTIS THERAPEVTICAE METHODO apud diſcipulos oratiuncula.

ADESTE (diſcipuli chariſſimi) animis auribuſque. Iam iam mihi apud vos liberanda fides eſt, promiſeram vobis nuper poſt definitiuam medendi methodum expoſitam, protinus analyticam ſiue ſingulorum morborum peculiarem Therapeiam, me eſſe aggreſſurum. Poſtremo enim æſtiuæ noſtræ exercitationis & prælectionis curriculo, generalem medendi rationem, ex Gal. libell. tertio artis paruæ, ſummatim & compendioſe perſtrinximus, vobiſque, quanta potuimus diligentia, fide, & induſtria, enarrauimus.

Illic autem Gal. communes morborum cuiuſque generis, ſimilarium, organicorum, & communium curatiuas indicationes omnes

ex va-

ex vaſto illo, & prægrandi de methodo medendi opere, collectas, ſigillatim: eóque ordine, quo deſcripti illi quidem prius libr. de differentijs morborum, & diſtributi fuerant: generatim & epilogiſticos complexus eſt.

Hæc quidem eſt Methodus definitiua: communibus ſcilicet generum, ſpecierumque, morbi omnium, & cauſarum curatiuis indicationibus inueniendis, docendis & exercendis occupata. Quæ ad medendum, quam ſit vtilis & frugifera: quamque præclaro medico neceſſaria: ex Mneſithei Athenienſis eximij quondam *M*edici conſilio: apud Gal. lib. 1. cap. 1. ad Glauc. intelligi clariſsime poteſt. Ille enim (ait Gal.) hac vnica via & ratione medendi ſcientiam exercendam eſſe præcipiebat, ſcilicet à primis ſummiſque morborum generibus incipiens, ea docebat in alia genera ſubalterna, ſpecieſque & differentias ſecari oportere: atque has rurſus in alias, aliaſque, eodem modo: donec diuidendo ad talem peruentum ſit ſpeciem: poſt cuius diuiſionem, vnum numero & indiuiduum ſuperſit.

Gal. quoque eandem medendi definitiuam methodum: quæ ex accurata curandorum affectuum definitione & diuiſione in proprias ſpecies & differentias communes indicationes

dicationes curatiuas conſequitur? Tanti feciſſe, tamque ad recte & glorioſæ curandum extuliſſe ibidem videtur: vt omnia cuiuſcumque medicorum hereſeos delicta, à quibus ægrorum curationes temere turbari languentium vota irritari & ſalutis ſpem omnem miſere ludificari quotidie contingit: in vnam ſummam & præcipuam cauſam contulerit ſcilicet prauitatem morborum diuiſionis: dum iſtorum alij (vt Gal.) in primis ſũmiſque generibus conſiſtunt: ſolaſque, quæ ab ipſis ſuggeruntur, curatiuas iudicationes amplexantur: Alij vſque ad aliquid diuidendo quidem progrediuntur? Non tamen ad finem perueniunt. Nonnulli verò etiam vitioſis vtuntur diuiſionibus.

Medendi denique fœlicitatem omnem & gloriam, ibidem (idem ipſe Gal. vni methodo definitiuæ vendicauit. Qui vero (ait) quæ ſecundum & præter naturam ſunt, omnia optima diuiſione proſequutus fuerit: atque ab omnibus veras & legitimas iudicationes ſibi aſſumpſerit: hic ſolus (quantum humanis licet viribus) medendo excelluerit.

Eadem quoque definitiua medendi docendique methodus) quam ſtudioſorum memoriæ apta: quamque magiſtrorum doctrinæ accom-

accommodata eſt:multò enim facilius eſt vniuerſales medendi leges & communes indicationes animo cõtinere.(vt quibus remedijs omnis intemperies, omnis obſtructio,tumorque præter naturam,omne vulnus, vlcuſque curari debeat.)Quam ſigillatim quibus angina)quibus pleuritis, & quælibet inflammatio, quibus obſtructio, & intemperies huius vel illius partis ſit profliganda. Magiſtri quoque ipſi ſi hac methodo vtantur, A turpi & vitioſa adoleſchia inter docendum abſtinere facillimè poſſunt. Neque eaſdem particulares indicationes, in ſingularibus curandis morbis, odioſè peſsiméque inculcare coguntur.

Iam verò medendi methodus Analytica, quæ ſingulares & particulares cuiuſq; morbi (cuicumque parti inſideat)curatiuas indicationes omnes aptat: Deus bone!quàm ab Ariſtotelica veréque logica methodo aliena: quam diſcentium memoriç ſtudijſque inepta, quamque præceptorum grauitati (ob neceſſarias eiuſdẽ doctrinæ, peneque innumerabiles Tautologias)indecora eſt?

Vera & legitima tradendarum diſciplinarum quarumlibet ratio, ab vniuerſis proficiſci ad particularia debet, Authore Ariſtotele

tele. Omninóque neceſſe eſt; vniuerſa aut priori loco doceri, aut eadem magno audientium legentiumque faſtidio ſubinde à magiſtris iterari repetique.

Sunt autem vniuerſa, quæ communia, quæque pluribus inſunt. Itaque cum tria ſtatuantur morborum ſumma genera, intemperies, conformatio vitioſa, & ſolutio vnitatis: ſintque ſingulorum complures ſpecies & differẽtiæ. (Eſt enim intẽperies tum ſimplex, tum compoſita, vtraque quadruplex atque vnaquæq; vel humoralis vel nuda: Sic conformationis vitioſæ morborũ, ſpecies ſunt figuræ, magnitudinis, numeri & ſitus corrupti. Sic deniq; ſolutionis vnitatis differẽtiæ, ſũt vulnus, vlcus, caries, fractura, ſpaſma, apoſpaſma.) Cum inquam, tot ſint morborum genera, ſpecies, & differentiæ: poſtulat ſane optimus naturæ ordo, vt in tradenda & exercenda medendi arte, in primis primorúmque generum, deinde ſpecierũ omniũ cõmunis curatio ad infimas vſque exponatur & exerceatur.

Hoc definitiuæ methodi munus eſt, hæc lex, hæc ſubſtitutio: quam qui in docẽda therapeutica reſpuunt & aſpernantur: viamque Analyticam tantum cõſectantur (vt Auicen. Rhaſis, Aetius, Paulus, cæterique pene innumerabiles

merabiles(noſtris tēporibus Obocati practi-ci)methodum ſuam curatiuam ab affectibus capitis ordiuntur: quam per ſingulas particulas ad imos vſque calces deducunt: ordine certe nullo; nullaque ratione alia: niſi quod à capite ad calces vſque(moribūdi hominis inſtar,) Non tam deſcendere, quàm præcipitari deuoluíque videntur.

Atque illi quidem, dum breuem,claram & expeditam,tāque vehemēter ab Ariſtotele laudatam, tradendarum artium methodum definitiuam deſerunt:non modo ſtudioſos iuuenes non erudiunt: ſed eorum etiam ingenia obruunt:memoriam opprimunt, & iudicia peruertunt. Nam cum ſatis eſſet vno capite phlegmones curationē abſoluiſſe:Quidque partium inflammatarum varietas, in ea ipſa curatione mutandum ſuadeat, breuiter admonuiſſe? Illi quidem 20.aut 30. etiam capitibus vix analitico ſuo ordini, ſatisfaciunt: Dum menyngum cerebri, oculorum, aurium, faucium,pulmonum, ſuccingentis coſtas tunicæ, ventriculi, hepatis,lienis,renum, veſicæ, matricis, articulorum,vniuſcuiuſque denique partis propriā phlegmonarum therapeiam analytice tractant, retractantque. Atque interim; dum in ſingulis particularibus

bus phlegmonis ? eundem victum, easdem vacuationes, purgationes, & phlebotomias & alterationes,eaſdemque eorum omnium indicationes ſubinde commemorant: Neque ſibi ipſis placere, neque artis ſtudioſis omnino prodeſſe poſſunt:hinc enim magiſtrorum importuna doctrinæ prolixitas, obſcuritas, & perturbatio: hinc diſcentium quoque memoriæ & ingenij oppreſsio ſtudijque & exercitationis practicæ perturbatio, à quibus omnibus incōmodis vtroſque tum magiſtros, tum diſcipulos facillimè vindicat,definitiua methodus. Dum vniuerſalia medendi Theoremata & communes generibus om bus ſpeciebuſque morborum indicationes cu ratiuas proponit: Quibus diſcentium animo diligenter perceptis, penituſque memoriæ infixis: Quid ſingulæ partes vna eadémque morbi ſpecie obſeſſę tentādum, moliendum, mutandumque ſuadeant acuti & ingenioſi iuuenes promptè quidem colligunt & conſtanter diiudicant.

Ita quidem definitiuam methodum multo magis ad medendi ſcientiam diſcendam, docendam, exercendam, quam analyticam, expeditam, breuemque eſſe, & vobis expetendam conſtanter arbitror.

quamobrem mirari vnuſquiſque veſtrum vehementer poterit: quid eſt? quod hac hyemali profeſsione noſtra medendi methodum vobis enarrandam, ex Paulo Ægineta ſuſceperim: apud quē ſimileſque alios practicos, (vt ante dixi) medicina therapeutica non Analitica tantùm, ſed tota fere Empyrica cernitur: dum propria ſingulorum morborum remedia, in quauis ægrotante particula, nullis omnino productis eorum indicationibus millies recitari ab illis, & decātari audiuntur. Quo tamē doctrinæ genere, haud ſcio, an aliud abſtruſum, magis impeditū, perplexum, prolixumque inueniri poſsit.

Equidem profiteor & præ me fero Analitycæ huiuſce methodi apud Paulum docendæ, & exercendæ, odioſo labore vos omnes liberaturum libentiſſime me fuiſſe, niſi vniuerſales generum morbi ſpecierumque curatiuas indicationes quas definitiua methodus ſummatim perſtringit, ſine particularibus partiumque ægrotantium proprijs indicationibus dubiam & ancipitem, ſæpéque peſtiferam curationem relinquere meminiſſem: neque enim, verbi gratia, in omni phlegmone eadem vena, & in eadem parte ferienda eſt: Sed in phrenitide, cephalica, cubiti dextri; in pleuritide media, vel baſilica.

Cubiti eiuſdem, in nephritide ſaphena poplitis tundenda eſt. Neque etiam cuiuſlibet partis phlegmonis eadē ab initio Topica,ſed phrenitide repellentia, pleuritidi laxantia, & anodyna ſunt imponenda.

Harum autem indicationum particulariū obſeruatio Analytica Pauli & ſimiliū practicorū methodus, & exercitatio ſi ſola ſit,& deffinitiua methodo comite orbata, nimis ſanè ardua,difficilis & diuturna futura ſit. Itaq; Galenus ipſe quas morborum cuiuſuis generis ſpecieique communes indicationes totis lib. 15. de Method. med. fuſiſsimè & ampliſſimè explicarat:& deinde lib. 3. artis paruæ anguſtè magis & compendioſè coëgerat. Eaſdem poſtea omnes ad Analyticam & particularem ſingularum ægritudinum curationem lib. κτ͂ τόπους , & lib. περὶ εὐποϱίστων tranſtulit.

Eadem methodo, definitiua ille ipſe Gal. cum ægrotantium partium omnium coram diagnoſtica ſigna generatim expoſuiſſet primis duobus de locis affectis libris : eadem mox ad ſingularum partium explorandos affectus aſſumpſit : atque ſic definitiuam methodum in Analyticam commutauit.

Eadem methodo definitiua idem Gal.cum facultatis medicamentorū noſcendæ cōmu-

nem & generalem quandam rationem libris 5. de medicamentorū facultatibus inſtituiſſet, eandem reliquis eiuſdem argumenti libris ad ſingulares cuiuſque medicamenti detegendas vires tandem vſurpauit.

Eadem denique definitiua methodo Ariſtoteles hiſtorias variaſque animalium naturas deſcripturus, communiſſimas omniū affectiones (quæ parua naturalia vulgo vocant) vt ortum & interitum, auctionem & diminutionem, ſenectutem, mortem, ſomnum & vigiliam, motum, reſpirationem, in primis explicant, ne in ſingulis enarrandis ſpeciebus earundem affectionū meminiſſe paſsim moleſteque cogeretur.

Quamobrem ego quoque præclara iſta Ariſtotelis & Galeni exempla hodierno die ſtudioſè reuoco: ſtatuoque, definitiuam illam practicæ Medicinæ methodum: quam æſtiuis prælectionibus proximis interpretatus ſum: ex Gal. artis paruæ tertio ad Analyticā deinceps eſſe aggregandam: atque vtramque ſimul in ſingulorum morborum docenda curatione, cum Paulo noſtro ſedulo eſſe coniūgendam.

Neque tamen cauſas & diagnoſtica curandorum affectuum ab eodem Paulo appoſita ſigna

ſigna(quamquam ea vobis ex alijs Medicinæ partibus percepta prius eſſe opportuit) negligenda nobis & omittenda putamus: quam eorum explicationem huic tam frugiferæ exercitationi practicæ, lucis plurimum allaturam eſſe mihi perſuadeo.

Quamobrem obteſtor te (alme Deus) vt me profeſsioni meæ poſthac tam ſtrenuè, conſtanterque, & ſapienter vacare ſinas: vt veram, breuem, facilemque docendæ Medicinæ practicæ rationem ſemper retineam: neque vſquā iuuenū vota falſā differamve: qui ſeſe, præceptorum noſtrorum ope, ad praxim medicam ſedulo comparant: ſed eam tam apertè, verè & compendioſè doceam, ne doctrinæ veræ aut deeſſe aliquid aut ſupereſſe diſcipuli noſtri iure conquerantur: neque ſit illis prolixitas doctrinæ noſtræ tædio aut obſcuritas negotio.

Iube denique Hucherum tuum id vnum eniti & contendere in tota profeſsione ſua: vt definitiuam methodum cum Analytica, & communes indicationes cum proprijs & particularibus indicationibus ingenioſe ſemper & accuratè coniungat.

DIXI.

Digitized by Google

PRAEFATIO IN LIBROS QVATVOR THERAPEVTICOS DE FEBRIBVS AD DISCIpulos.

ARDVVM *valdè, varium, & difficile: ſed tamen apprimè in vita neceſſariū & vtile eſt: quod de febribus ſuſcepimus argumētum therapeuticum. Illæ enim (cùm hominum multò magis, quàm brutorum omnium generi infeſtæ ſemper fuerint: hac tamen ætate noſtra, iiſdem infeſtiſsimas, maximéque peſtiferas eſſe, quotidie experimur. Fuit enim ſemper brutorum ferè omnium, quàm hominum permultorum, continentia maior: nulliſque cupediæ & gulæ illecebris fracta temperantia: cum mollities & intemperantia recen-*

tium multò magis quàm priſcorum hominum naturas, cruditatis & cacochymiæ damnis opprimere: tandemque putredinis febrilibus incendijs perdere ſoleat.

Quamobrem hanc febrium therapeiam vobis interpretandi conſilium mihi fuit: eamque diffinitiua methodo proſequendi, vt curatiuas omnes indicationes à ſingulis earundem feb. generibus, ſpeciebus & differentijs ductas clariſſimè proſpiciatis. Laudatur enim vehementer à Gal. 1. ad Glauc. cap. 1. Mneſithei Athenienſis cognitione artis vſque præclari olim Medici inſtitutum, hac vnica via & ratione (definitiua ſcilicet) medendi ſcientiam exercendam eſſe præcipientis. Ille igitur Mneſitheus ait Galen. à primis ſummiſque incipiens generibus, ea putauit in alia ſecari oportere, ſpecieſque & differentias has rurſus in alias diuidi: ac denuo iſtas eodem modo: donec ad talem peruentum ſit ſpeciem: poſt cuius diuiſionem, vnum numero

mero

merò non tamen indiuiduum ſuperſit. Gal. quoque eandem medendi rationem (Analyticam ſcilicet) quæ ex accurata curandorum affectuum analyſi, in proprias ſpecies & differentias, omnes indicationes curatiuas conſequitur, tanti feciſſe, tamque ad bene curandũ extuliſſe ibidem viſus eſt: vt omnia cuiuſcunque hæreſeos Medicorũ delicta, à quibus ægrorum curationes temerè turbari, eorumque ſalutis omnem ſpem aperte ludificari quotidie contingit: in vnã illam ſummam & præcipuam cauſam cõtulerit, prauitatem ſcilicet diuiſionis: dum iſtorum alij (ait Galen. de Medicis loquens) in primis ſummiſque generibus conſiſtunt: ſolaſque quæ ab ipſis ſuggeruntur, indicationes curatiuas amplexantur. Alij vſque ad aliquid, non tamen vſque ad finem diuidendo perueniunt. Alij verò etiam vitioſis vtuntur diuiſionibus medendi, contra fœlicitatem omnem & gloriam ibidem omni analyticæ methodo vendicauit. Qui

verò (ait) quæ ſecundum & præter naturam ſunt omnia: hoc diuiſionis artificio complexus fuerit: atque ab omnibus veras & legitimas ſibi ſumpſerit indicationes: hic ſolus (quantum humanis licet viribus) medendo excelluerit.

Eandem methodum curatiuam morborum omnium communem 3. artis paruæ lib. quaſi breui quodam vberioris illius doctrinæ epilogo: quæ totis 14. de medendi metho. lib. copioſè nimis fuſeque diſiecta & effuſa fuerat, Gal. idem totã complexus eſt.

Priuatim autem in ſpecie duplici febrium, ephemerarum & putridarum curanda (hecticas enim illic omiſit) earumque curatiuis omnibus indicationibus exercendis eandem artem definitiuam ſtudioſè excoluit.

Cæterum indicationum febris curatiuarum inuentio, ex aliis pathologicis & ſimeioticis eiuſdem Gal. lib. facillima nobis futura eſt: in quibus eius genera, ſpecies &

differen-

differentiæ omnes, cum ſuis cauſis ſigniſque: ampliſsimo veluti theatro exponūtur. Hoc enim pathologicum & ſimeioticum febriū argumentum pluribus libris lociſque Gal. preßit repreßitque: nam toto fere criſeon 2. & magna prioris ad Glauc. parte: & lib. duobus de febribus accuratiſsimè idipſum elaborauit.

Priori enim libro febrem propriè definiuit diuiſitque in tria genera Ephemerarum, Putridarum & Hecticarum. Deinde vbi communes omnium generum procreatrices cauſſas quinque propoſuit: tum primi generis, quod ephemerarum eſt, proprias cauſas ſignaque diagnoſtica apponit. Poſtremo becticarum genus in duas partitur ſpecies: ſcilicet in ſimplices & compoſitas: moxque vtraſque in differentias duas (ex duplici earundem ſede) In humore cordis: & in ſolida eiuſdem ſubſtantia: videlicet in curabilem & incurabilem, veramque hecticā, ideſt maraſmodem, cauſiſque & ſignis

ſuis

ſuis diagnoſticis ſingulas circumſcripſit:

Poſteriori libro febrium putridarum genus ſummum tandem aggreſſus: idipſum in quatuor genera primum diſtribuit, ſanguinearum, bilioſarum, pituitoſarum & melancholicarum: deinde vltima tria genera in principes duas ſpecies diuiſit: continuarum & intermittentium. Primum autem genus (quod eſt ſanguinearum) ſemper continuarum, in tres rurſus diſtinxit differentias, æqualium, creſcentium ſemper & decreſcentium.

Deinde febres ex ſimplicibus primis compoſitas, in duo ſecat genera implicitarum & confuſarum. Atque vtrumque rurſus in quaſdam differentias proprijs cauſis ſigniſque diagnoſticis diſtinctas.

Cum autem è putredine communis omnium febrium humoralium origo ſit: cauſis putredinis omnibus proximis & antecedentibus inueſtigandis: eiuſque differentijs tribus mox incumbit.

Poſtremò

Poſtremò acceſsionum: quæ ſunt intermittentium, earumque ordinis & perturbationis cauſas copioſè curioſéque enarrat, tempora acceſsionum quatuor diuidit: horumque ſingulorum propria ſymptomata ſignaque recenſet: Eandem omnino doctrinam de generibus, ſpeciebus, & differentijs febrium: earumque cauſsis, ſymptomatis & ſignis omnibus Gal. libro 2. de criſibus illuſtrauit.

Hæc igitur Gal. de febribus pathologia eſt, tota definitiua: quæ à ſummi generis diuiſione, in ſubalterna genera, horumque in medias ſpecies, tandemque in vltimas & indiuiduas differentias progreſſa conſumitur.

Illum igitur authorem tam compendioſa tutaque & ad rectè medendum expedita via ducem ſi conſequi nobis fortaſſe non omnino licet, ſequamur tamen & cōſtãtiſsimo labore perſequamur, vt in futura noſtra febris therapeia nullas indicationes artificioſas

cioſas temerè imperitéque prætermiſiſſe videamur.

Quamobrem in hoc explicando deinceps argumento febrium therapeutico (quod maximis veſtris omnium votis precibuſque extorqueri à me patior) Pathologicam illam de generibus febrium, ſpeciebus, differentijs cauſiſque omnibus & ſignis accuratiſsimè Galeni doctrinam conſectabimur: & ſingulis iſtorum aptam, conuenientem & à propria earundem natura indicatam medendi rationem adiungemus. Inſtrumenta etiam indicationum exercendarum tria: (quot videlicet vnicuique febrium differentiæ vtilia & neceſſaria videbuntur) Diætam, Pharmaciam & Chyrurgiam cõparabimus: materiam denique cuiuſque inſtrumenti idoneam, eiuſque qualitatem, quantitatem, vſum totum, definito etiam tempore, ordine, loco & forma adhibendæ materiæ proſequemur. Nullam denique operam, ſtudium & laborem, nullum in

ſuper

ſuper valetudinis meæ incommodum prõ ſtudij veſtri therapeutici excolendis, augendis & maturandis commodis recuſaturus ſum.

Te autem ſumme Iupiter vehementer obſecro & obteſtor, ne induſtriæ meæ contentionem, labori fortitudinem, beneuolentiæ, in omnes diſcipulos meos conſtantiam deeſſe vnquam patiaris.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS

HVCHERI,

BELLOVACI,

Conſiliarij, Mediciq́ue Regij, & Medicorum Monſpelienſium Cancellarij.

De Febrium ephemerarum differentiis, cauſis, ſignis, & curatione.

LIBER PRIMVS.

De Febrium definitione.

CAPVT PRIMVM.

TOTO hoc febriū therapeutico argumēto, pathologicā & ſemeioticam earum doctrinam generibus, ſpeciebus, & differentiis omnibus ad curationem vtilibus diuidendis: cauſiſq́ue & ſignis ſingularū propriis deſignandis: definitiua methodo primum explicabimus. Deinde eadem methodo indicationes

curatiuas omnes à primo ſummoque genere ad vltimam vſque differentiam proponemus. Poſtremò earumdem indicationum analytica methodo exercendarum rationem omnem ab vltimis differentiis ad ſummum genus contrario ordine perducemus.

Febris igitur *intemperies calida cordis eſt, totius corporis actiones naturales lædens.* Genus eſt, intemperies multarum ſpecierum communis: calidæ, humidæ, ſiccæ, frigidæ: reliquæ particulæ differentiarum vicem gerunt. Calida enim, tū ab effectu, tum à cauſa effectrice dicitur: calore ſcilicet immoderato: qui pro febris eſſentia, ob affinitatem & nominis inopiam, ſtatuitur. Hinc alibi definitur, *Febris calor natiuus in igneum mutatus in corde,* (apud Auicennam,) ſicuti apud Galen. *caloris natiui conuerſio in igneum:* vbi generis locum obtinet totum hoc aggregatum (*calor natiuus verſus in igneum*) & differentiæ, hæc particula (*in corde.*) Eſt tamen conuerſionis nomen audiendum pro mutatione iam abſoluta: aut pro modo, quo fit febris: id eſt per mutationem caloris natiui, ſicuti igneus non pro ſyncero, & pro ſolo dominante calore igneo, cum quo vita eſſe nequit: ſed pro immoderato tātum, & actionibus noxio. Eſt autem calor naturalis animantium triplex, inſitus, influens & mixtus ex vtroque. Hic actionum omniū & vitę author eſt. Nō naturalis duplex, vnus pręter naturam tantùm, qualis ex ætate & cauſis externis contrahi ſolet, vt ab inſolatu, &c. citra tamen functionum iacturam: Alter contra naturam eſt, omninoque immoderatus, & omnium functionum euerſor & hoſtis. Hic tamen non eſt verè contrarius natiuo, ſed diuerſus tantùm: ideoque cum eodē miſcetur in

tur in eadem ſede,ſoloque gradu intenſionis, non etiam ſpecie,à naturali differt. Hanc calidam febris naturam nomen Græcum Latinumque *febris & πυρετὸς* inſinuat, præter vulgi conſenſum vocantis quemlibet immodicum caloré febris nomine. Cordis autem eſt,vt partis ſimilaris,non organicæ proprius morbus:& per accidens, affectus quoque ſimilarium partium in qualitate mutata:indeque organicarum,&totius corporis. Lædit enim tum cordis,tum ſimilarium actiones, & organicarum etiã: quarũ,calor natiuus eſt author. Cõmunicatur à corde partibus aliis,vel vectura ſpiritus fluctis per venas & arterias:vel contagione tantũ & viciſſitudine alterationis:vt per hecticas. Organicarum autẽ robur ſimilarium componẽtium temperie conſtat. Functiones denique naturales, quæcunque ſecundum naturam obeuntur,ſiue animales,ſiue vitales, ſiue priuatim naturales audiendæ ſunt:quæ omnes à febre magis vel minus læduntur. Quod ſi actiones quædam iuuari videãtur à febre:vt auditus,aut etiam coctio & reſolutio,id eſt expulſio;id ex accidenti eſt;vt ſublatis per calorem acrem frigidorum humorum impedimentis:vt in paralyſi,ſpaſmo, & colico dolore per febrẽ curatis. Quod ſi partes quędã corporis frigidæ per febrem ſentiantur:id ex accidẽti quoque eſt:vel ob inopiam caloris,vt in moribundis ex febre acuta:vel ob reuocationẽ eiuſdẽ ad viſcera flagrantia,vt per eryſipelas & febrem lypyriam: vel ob interceptionem à craſſis multiſque vaporibus,vt accidit initio acceſſionum in febribus intermittentibus, commota putredine:vnde rigor, horror & frigus. Vel denique ob pituitæ crudæ ſpar-

ſæque per habitum frigiditatem cuius tenuis portio putreſcit & calefacit: craſſior imputris adhuc eſt & frigida, vt in epialo.

De differentiis febrium.

CAPVT II.

OPTIMA diuidendæ febris, ſicuti cuiuslibet rei, ratio eſt triplex: tũ vt eius differentiæ à natura eiuſdem ducãtur: tũ vt neque propriæ omittantur; neque alienæ admittantur: tum denique, ne diuiſio vltimã differentiã vſque ad ſingula indiuidua transgrediatur. Sunt autẽ ex differẽtiis omnibus aliæ conſtituentes ἄλλο, id eſt ſpeciẽ: aliæ τὸ ἀλλοῖον, quæ cõſtitutã prius ſpeciem aliquo modo immutant. Illæ ſubſtãtiales, hæ accidentales vocantur. Febris autem ſubſtantia, calor eſt immoderatus. Huius caloris eſſentiales differẽtię ſunt tres: quòd vel mitis ſit, vel acris, hicque duplex: ſcilicet acris & aridus: alter acris & vaporoſus. Eſt autẽ quodlibet accidens, inſtar formæ, indiuiſibile: niſi pro ratione ſubiectæ materiæ, & proprij ſubiecti: quod triplex eſt in corde, aerea, humoralis, & ſolida eiuſdẽ ſubſtantia. Hinc tripertita febris diuiſio maximè propria Galeno eſt, ſpirituoſæ vel ephemeræ: (cuius calor mitis) putridæ vel humoralis: (in qua calor acris & vaporoſus) & hecticæ: (in qua calor acris & ſiccus.) Inſidet enim febris omnis cordis ſubſtantiæ ſolidæ, tanquam ſoli viuẽti ſed aliàs per ſe, conſtanter, & æqualiter, vt hectica: alias per cauſas antecedentes, vt ſpiritus & humores:

mores:quibus ablatis,febris ipſa veluti fugax trãſfuga è corde ocius recedit:ſicque ſubiectum febris non homonymum eſt,ſed ſynonymum:tametſi vnũ dicatur attributionis:alterum inhęſionis.Differẽtię febrium accidentarię quę conſtitutas earundẽ ſpecies ſequuntur,& aliquo modo immutant, (proindeque ad curationẽ conferunt(ſumuntur,tũ à ſubiecto corpore:tum ab modo inhæſionis:tum à formæ caloris febrilis accidentibus:tum à cauſis procreatricibus: tum denique a effectibus.A corpore febricitante differentiæ quidem fluũt,vt à temperamento:vnde ſanguineæ,bilioſæ, pituitoſæ, melancholicæ nũcupantur.Ab ætate,ex qua febres dicũtur,pueriles(in quibus valde vaporoſus eſt calor,& parum acris)Seniles,contrariæ,humorales: vbi calor vterque eſt, & acris & multus.

A ſexu,vnde viriles febres,acriores,muliebres,humidiores.A modo inhęſionis,quod feb.ęqualesſint & perfectæ, vt hecticæ:inæquales & inſtabiles(vt humorales & ſpirituoſæ,quarũ calor facilè euaneſcit.)Primarię,quę nullũ alium ſequũtur affectum. Secundariæ,quę ortæ ſunt à phlegmonis viſcerũ.A forma caloris,paruitas & magnitudo,(quę nomina ad qualitatẽ referenda ſunt,pro gradu & intenſione caloris.)à more etiã vel miti & ſalutari,vel prauo & lethali.Ad eãdem formã referũtur numerus, locus,tẽpus.A numero differentię ſunt,quod febres vel ſimplices ſint., vel compoſitæ:aut cum cauſis ſuis,aut ſymptomatis,aut cũ morbis,ſiue aliis,ſiue febribus eiuſdem vel diuerſi generis:vnde hemitritæos.A loco differẽtiæ ſunt,quod aliæ particulares aliæ communes toti corpori ſint (niſi quid impe-

diat.) A tẽpore denique:quod aliæ nocturnæ, aliæ diurnæ:aliæ recentes,aliæ vetuſtæ : aliæ incipiẽtes, creſcẽtes, vigẽtes & declinantes. Aliç à motu caloris,vt acutç & breues, vel longæ etiam. Et à modo motus eiuſdem:hinc aliæ continuæ, aliæ intermittẽtes,ex intermittentibus quoque aliæ typicæ,aliæ erraticæ. A cauſis generatricibus differentiæ ſunt, tum externis,quod aliç vernæ,æſtiuæ,autumnales, hiemales , aliæ vulgares & communes multorũ, id eſt epidemiæ & endemiæ : aliæ propriæ & diuerſæ in hominibus diuerſis *ſporadicæ* vocantur: tũ internis,quod crudæ vel coctæ ſint,mites vel prauæ,ſiccæ vel humidæ:exquiſitæ vel ſpuriæ.Tum denique ab effectibus & ſymptomatis differẽtiæ ſunt,quod aliæ grauiores vel leuiores ſint : aliæ ſoporoſæ aut peruigiles,aliæ *elodes,typhodes,almyrodes,lipyriæ,epialæ, aſſodeis,aphoretir, tarachodeis, phricodeis,diaphoretica,pemphicodeis,erythroi,& comatoſæ.*

De febrium cauſis communibus.

CAPVT III.

CAVSÆ febrium generatrices, vel internæ ſunt,vel externæ. Hæ,ſẽper mediatè , neque vnquã proximè & immediatè febrem generãt: ſed interueniente aliquo corporis affectu à ſe genito , quæ cauſa eſt interna & immediata : proinde conferunt ſemper externæ (ſi remotæ ſint) ad cognitionem febris: non tamen ad curationem , niſi per accidens. Curationem enim non indicant per ſe , niſi præſentes

ſint,& effectiuæ,(vide Gal.4.cap.4.meth.& vltimo cap. 8.)ſunt autem externæ illæ cauſæ calfacientes omnes,vel per ſe,vel per accidẽs,& intercedẽte affectu præcalido aliquo corporis(ſẽper enim à ſimili ſimile tantùm procreatur:ſiue accidẽs,ſiue ſubſtantia.)Requiritur tamen etiã cauſæ efficiẽtis energia, & robur,atque patiẽtis diſpoſitio:quæ eſt generis primũ,& deinde ſpeciei & ſimilitudinis naturæ & humorũ(teſte Ariſt.1.de generatione 7.)proinde naturę bilioſę & ætates iuueniles calidæ,cælo prę ſertim calido facilius febricitãt:contra frigidæ vt ſeniles,pituitoſę,melãcholicæ. Sunt igitur cauſarũ externarum genera quinque ex vario generãdi febres modo diſtributa.Primus modus eſt motus vehemẽs corporis animique, illius quidẽ exercitatio,reſpirationis magnitudine comitata:quę ſi perſeueret,labor eſt:motus enim articulorũ durorũ,nẽpe oſsium, cartilaginũ &ligamentorum,affluentẽ ſpiritum attenuando & rarefaciendo calefacit:qui per arterias in corde latus recalfacit viciſſim aliquã eius ſubſtãtiam,præſertim ſpirituoſam:idque impẽſius& cum febre(motu diutius perſeuerãte.)Motus animi(id eſt ſymptomata)calorem natiuũ accendunt: dũ variis motibus,alias foras impellãtur, alias reuocãtur intro ab animoſa facultate cordis. Itaq; mœror qui potius quies eſt caloris,per conculcationẽ calfacit: neque tamen febrẽ parit,qui ſine cõtentione animi arduaq; cogitatione eſt. Ira calfacit vehemẽter prę motu caloris natiui & feruore cordis. Verecundia (cõpoſita ex metu & lętitia) ſpiritũ non calfacit in febrilẽ,ob contrariũ motũ leuẽ Lętitia nõ calfacit quoque in febrilẽ,ſed refrigerat potius:& aliquan-

do examinat, præ caloris & ſpirituum exhalatione.

Alius modus eſt per adhæſionem & contactum, vel immediatum, vel mediatum & viciniam tãtùm rei calidæ, vt ſolis, medicamenti, ignis: à qua alteratio ſpiritus eſt infebrilẽ, quæ perſeuerat, ablata etiã cauſa calfaciẽte externa: ſicuti domus remota face ardere pergit. Sæpe etiam calfaciens cauſa, vt aër, minus quidem calida quàm ſpiritus aut ſãguis cordis eſt: mutat tamen eum in febrilem, ex accidẽti: quod ſcilicet impediat idoneam eius decẽtemque refrigerationem.

Tertius modus eſt per communicationem (id eſt mixtionem eum præexiſtente ſpiritu aut ſanguine cordis (rei calidę, id eſt alimẽtorum, vel poculorũ, aut medicamentorum calidorum &c.

Quartus modus eſt, per retentionem rei calidę, id eſt vaporum acriorum tertiæ coctionis: quorum vacuatio continua per poros maiores, minoreſque totius corporis & cutis, vocatur trãſpiratio, & perſpiratio inſenſilis & occulta, partibus duabus conſtãs: intromiſſione aëris; & emiſſione vaporoſi acriſque tertij excremẽti. Eius igitur vſus eſt tẽperatio caloris natiui in ſingulis partibus, ſicuti inſpirationis in corde. Cauſæ eiuſdem, ſine qua non, pori ſũt &c. quorum vitia duo, vnum maiorũ & internorũ, vocatur obſtructio, id eſt repletio ab aliquo humore infarciente. Alterum eſt minorum & ſuperficialium cutis, vocatur denſitas, conniuentia, anguſtia.

Ab obſtructione (qui eſt quintus generandæ febris modus) fit putredo, à putredine humorũ inflãmatio febrilis: calfacit enim putredo, vel aucto calore natiuo, à mixto alieno & putrido: vel potius eodem

eodem per ſe aucto per diuortiũ ab alijs elementis factum, quorum conſortio mitigabatur, & obtũdebatur. Euocatur enim ab alieno, natiuus calor: vnde deſtitutum ab eo mixtum tandem refrigeratur ſiccaturque. De hoc febrium genere eiuſque differentijs plura poſtea.

Denſitatis vel anguſtiæ pororum cauſæ ſunt triplices: refrigerantes paulo vehementius, non tamen vehementiſſimè Siccantes moderatè, nam immoderatas ſequitur laxitas pororum. Et aſtringentes: vt aquæ aluminoſæ.

Sunt autem excrementa tertiæ coctionis (vt reliquarum, duo. Vnum craſſum ſiccumque (ſordes vocatur.)

Alterum tenue & humidum (vocatur ſanies.) Quod ſi paucum ſit à calore tenuatum verſumque in vaporem, inſenſiliter digeritur: ſin multum ſit aquæ inſtar, ſenſiliter vacuatur, per ſudorem aut madorem. Porro hoc excrementum tenue, euadit acre, tribus de cauſis. Vel ob cruditates multiplicatas, vel ob vitium ciborum, vel ob naturam ægri: hæc enim alias per ſe eſt calidior, vt biliosa & atrabilaria: aliàs per accidens, ob vſum acriorum medicamentorum, exercitationes importunas, mœrorem, curas, cogitationes graues. Vitia ciborum vel ſunt natiua, vt acriora nimiſque terrena, qualia ſunt cæpe, porra, allia, braſſica, aliaque olera agreſtia.

Alia ſunt aduentitia, vel ab ortu, à rubigine: vel ab interitu, hæcque duplicia: vel ex longiori aſſeruatione: cuius iuſtum ſpatium æſtimandum eſt, tum ex ſubſtantia rei ſeruandæ: tum ex

coquentis ventriculi temperie: vel ex mala repoſitione corrumpente ciborum materiam, vt in loco vliginoſo. Cruditas denique duplex eſt: vna acida: quæ febrem non parit niſi rarò, putridam: alia eſt nidoroſa, quæ febrem accendit: ſi vel moretur in ventriculo & inteſtiuis diutius: vel in habitum rapiatur per importunum exercitium, balnea, inſolatum. Hanc febrem præcauet eiuſdem per aluum euacuatio: niſi per accidens & per motum ex crebro deſurgendi labore. vide cap. 3. lib. primi de differ. febrium. Inædia refertur ad motum caloris ſicuti & vigiliæ.

De Symptomatis febriū cōmunibus.

CAP. IIII.

TERTIVS in febre curanda affectus præter naturam ſymptoma eſt eiuſdem triplex: functio læſa, vitia qualitatum ſenſilium habitus: & excrementorum. Sunt autem omnibus febribus communia ſymptomata hæc, actiones cordis duæ, reſpiratio & pulſatio, læſæ auctæque in magnitudinem, velocitatem, & frequentiam: vigiliæ & ſitis atque inappetentia, ob ſiccitatem febri ſemper iunctam, aut proximè iungendam: habitus caliditas præſertim in thorace: aſperitas & ſiccitas, aut laxitas, madorque: prout denſus eſt habitus à concreto humore, vel laxus. Color item mutatus, vt ex albo in ſubrubrum, aut rubrum,

rubrum ex flauo in fuſcum. Multo plures ſunt ſenſibilium qualitatum mutationes in habitu per febrem, vt guſtabilium, odorabilium &c. quæ deinceps exponentur ſpeciatim in ſingulis eius generibus curandis. Denique excretiones vt deiectio, vrina, ſudor, parcius aut copioſius reddūtur, aut male coloratæ, aut olidæ, etiam liquidæ aut duræ nimis ſubſtantiæ.

De ſignis febrium communibus.

CAP. V.

TRES corporis affectus præter naturam, febris, cauſa, & ſymptoma, recognoſcuntur in ægrotante ſignis diagnoſticis, ſeu demonſtratiuis vocatis, & ſingulorum propriis.

Signa ergo febris cuiuſlibet, communia ſunt, vel ſenſilia & inartificioſa, vel artificioſa. Illius generis ſunt ſymptomatū tria genera prædicta, vt actiones læſæ, reſpiratio, pulſatioque, ſitis, vigiliæ, faſtidium: vel qualitates mutatæ habitus; ſiue tactiles, vt durities, aſperitas, mollities madida, & præſertim caliditas pectoris: ſiue viſiles, vt coloris alieni differentiæ omnes prædictæ. vt denique excrementa corporis largiora, pauciora, fœtida, aut malè colorata. Poſterioris generis ſunt affectiones internæ corporū ex prægreſſis & externis cauſis abſentibus vel præſentibus adhuc coniiciūtur. Deinde habili-

tas corporis ad ſuſcipiendum calorem alienum. Tū denique Iuuantia & Nocentia: ſiquidem febricitā-tem à calidis lædi, à frigidis iuuari compertum eſt.

Signa cauſarum internarum, tum ab internis, vt ætate, temperie & natura: tum externis captanda ſunt: quæ rurſus exploranda ſunt ab ægro, vel miniſtris vel familiaribus eius.

Signa denique ſymptomatum ſunt omnia ſenſilia, nullaque prorſus artificioſa.

De communi Methodo curatiua Febrium.

CAP. VI.

OMNIS artificioſa curatio, duabus rebus conſtat, cognitione affectus præter naturam, eiuſque curandi methodo. Cognoſcendi febrē cauſaſque eiuſdem & ſymptomata ratio generatim modo expoſita eſt. Curādi methodus eorū omniū generatim quoque mox exponetur. Hæc autē duobus conſtat, tū operibus medicis ad curandum neceſſariis; tum inſtrumentis tribus exercendorum operū idoneis, diæta, pharmacia & chirurgia.

Opera rurſum indicantur à curandis affectibus contraria (vt à febre duo, refrigeratio & humectatio, tanquam intemperie calida ſiccaque. Vtriuſque operis magnitudo indicatur à magnitudine febris

bris percipienda,tum ex ſymptomatis propriis, tũ ex receſſu à naturali conſtitutione. Cauſæ febris ſi deſint,vt externæ pleræque, nulla opera indicant: ſin ſuperſint contraria : ſicuti etiam internæ, ſiue antecedentes ſiue coniunctæ ſint:vt humorales vacuationem per loca conferentia, de quibus poſtea: vt qualitates alienæ alterationem. Symptomata leniora nullum opus particulare indicant,ſed quæ moleſtiora ſunt ægro, viribuſque nimis detrimentoſa:qualia ſunt cephalalgia, deliratio vigilia, ſitis, tarditas alui, dolor:Illa enim proprium & cõtrariũ opus indicant,refrigerationem nempe & humectationem partium : quæ potiſſimum à calore febrili fatigantur; vt capitis in delirio.Medicamenta autẽ alterantia,aliàs per ſe operantur & proximè ; aliàs per accidens, alioque interueniente. Illorum iudex incertus eſt,tactus:quia calida multa per ſe,vt pyrethrum,vinum,ſentiuntur frigida tactu : multa quoque ſentiuntur humida, vt pix liquata, ferrum fuſum,quæ tamen ſunt ſiccantiſſima. Quare experientia iungenda eſt ſenſui,in explorandis propriis qualitatibus.Poſterioris generis refrigerantia ſunt: vt vacuantia quælibet calidos acres que humores & excrementa, vt purgantia, phlebotomia,hydrotica & fuga ab omni motu animi & corporis, & à vigiliis.

De

De ordine generali curationis febriũ.

CAP. VII.

IN febrium curatiua methodo primus locus debet eſſe ephemerarum; tum ob earum frequentem originem, tum ob facillimam curationem; propter paucitatem indicationum curatiuarum : cum earum cauſæ ſæpius abſint internæ externæque: ſintque leuiſſima earundem ſymptomata. Secundus locus hecticarum, ob eandem curationis ſimplicitatem, tametſi aliquando difficultas eiuſdem ſumma ſit; ob multiplicem indicationum ſæpe cõtrariarum concurſum: quas variæ earundẽ cauſæ internæ, materiales, & effectrices, atque grauitas ſymptomatum curaturo medico exhibent. Tertius denique Putridarum.

De natura febris ephemeræ.

CAP. VIII.

IN hoc igitur Ephemerarum genere curando (ſicut in reliquis duobus) primum ſtudium, noſtrum erit in cognitione curandarum cauſarum. Alterum in docenda cognitarum methodo curatiua. Vltimum in operibus ad curationem neceſſarijs,

ſarijs,operumque iudicationibus & inſtrumentis explicandis. Eſt *febris Ephemera calor quidem alienus,ſed mitior, in ſpiritibus cordis accenſus*. Hoc ſubiecto diſſidet à putridis in humoribus,& ab hecticis in ſolida cordis ſubſtantia. Calefactio autem ſpiritus & caloris vitalis facilè communicatur naturalibus & animalibus, ob tenuitatem & continuitatem eorum inter ſe: vnde animales & naturales ſicuti vitales functiones læduntur. Porrò leuitate caloris ab vtriſque, id eſt à putridis & hecticis diſſident ephemeræ, idque ob tenuitatẽ ſubſtantiæ ſpirituoſæ, cum in illis calor acrior ſit. Craſſitudo enim accenſæ materię acrimoniam gignit in humoribus, & ſolida ſubſtantia cordis, ἐφημέρα, Græcis, Latinis diaria vocatur, à duratione & ſpatio diei vnius naturalis (id eſt viginti quatuor horarum) frequentiori quidem, ſed non perpetuo. Aliquando enim protrahitur in biduum, triduum, quatriduum, aut deniqueſextiduum: vel ob copiam materiæ, vt calfacti ſanguinis: aut ob affectum corporis ſuperſtitem, ſicuti denſitatem cutis & bubónem. Tranſpirat enim per ſe facile tenuis ſpiritus ſubſtantia: facileque deponit & recipit naturalem ſuam temperiem. Ephemera denique vnica acceſſione terminatur, omniq́ue caret circuitu: tum quia tota ſpirituum accenſorum copia eodem loco eſt cordis, neque noua ſuſcitatur, aut à corde ipſo; cùm caleſcat tantum leuiter, non calfactum ſit; neque ab alia parte ſummittitur: cum ſolius cordis propria ſit ſpirituum generatio. Quæ ergo per cruditates ſæpius recurrunt, non acceſsiones, ſed nouæ febre} ſunt ephemeræ

à noua

à noua cruditate genitæ. Febris diaria eſt vna exquiſita in calfactis ſpiritibus cordis. Altera minus exquiſita in vaporibus calidis ſanguinis vberioris à cauſa procathatica calfacti, corque ipſú viciſsim recalfacientibus. Hæcque Galeno ad Ephemeras relata eſt, ob communem leuitatem caloris: tametſi longius eius ſpatium eſſe ſoleat ſynochus eſt. De qua poſtea, ſicuti & de altera eiuſdem ſpecie Synocho putri vocata.

De cauſis Ephemeræ communibus.

CAP. IX.

DIARIAS & hecticas febres cauſa antecedēte carere à qua ſeruentur Gal. quidem 8. method. cap. 9. docuit: cum verſentur in ſpiritibus & ſolidis partibus calfactis. Quod intelligendum eſt de frequentiori euentu, ſed non perpetuò: ſæpe enim putredo fouet hecticam, ſicuti denſitas cutis obſtructio, & bubo, ephemeram, vtraque tamen ſine his cauſis poteſt perſiſtere. Cauſas ephemerarum procreatrices, Gal. libr. 1. de febrib. & κρίσεων, tradit omnes eſſe procatharticas externas & euidētes (ſunt enim hæc ſynonyma) quod intelligendum eſt vt plurimum, non ſemper: niſi procatharticarum nomen extendatur ad cauſas etiam corporeas, vt aſtrictionem cutis, obſtructionem, & perturbationes animi: quæ huius febris cauſæ, non externæ quidem,

quidem, ſed ab aliqua externa recenti & euidenti genitæ. Cauſæ autem procatharticæ ſpiritus calfaciunt, per ſe quidem, vt quæ per motum, per adhæſionem, & per communicationem rei calidæ operantur: Per accidens autem, quæ per retentionem rei calidæ, vt denſitas cutis à refrigerantibus &c. & obſtructio.

Diariæ non exquiſitæ cauſæ ſunt eædem: ſed & internæ duæ, obeſitas aſtringens poros, & plethora eoſdem infarciens.

Nō ſunt æqualiter vtrique ſpeciei ephemerarū omnes opportuni: ſed exquiſitis, naturæ, & ætates calidæ humidæque vel ſiccæ. Non exquiſitis, pletoricæ, ſymptomata ſunt exquiſitæ. vt non exquiſitæ, leuiſsima, niſi ſequantur affectum alium corporis ab externis cauſis genitum: ſicuti cephalalgia capitis intemperiem calidam: ab inſolatu diſtillatio frigida: exercitationem laſsitudo: crapulam & ingluuiem: cruditas dolor ventriculi.

De febris ephemeræ diagnoſticis ſignis communibus.

Atque in primis exquiſitæ.

CAP. X.

PRIMVM eſt calor ſuauis, minus quidē quàm naturalis, ſed magis quam in putridis, in quibus acrior eſt & vaporoſus: & in hecticis, vbi & acris ſeu mordax, & quallidus eſt. Diſsimilitudo caloris eſt ex varietate

materiæ ſubiectæ,ephemerarum tenuiſsimæ , aliarum craſſioris.Explorandus autem eſt appoſita manu præſertim thoraci ægrotãtis.Idem calor ephemerarum inuadit ſine horrore:niſi ab æſtu aut frigore,aut bubone oriatur.Motus caloris eius velox eſt: peruenitque intra duas horas ad vigorẽ ſuum; ob ſpirituum prætenuem prompteque inflammabilem & difflabilem ſubſtantiam.Durat diem vnũ, ſi abſit cauſa interna,à qua foueatur:vt denſitas cutis &c. Habet denique acceſſio eius quatuor tantum tempora ob vniformem materiam eamque leuem. Inæqualitatis tempore caret putridarum proprio.

Secundum ſignum commune , eſt , origo ab externa cauſa , recenti & manifeſta; ſiue immediatè , ſiue mediatè , & interueniente alio affectu genito ab externa cauſa recenti , qualis eſt adſtrictio , obſtructio , cruditas , &c. Atque ſic differt à putridis , quarum origo eſt ab interna cauſa: vt putredine & obſtructione ſenſim à prauis cibis ſuſcitata. Hectica autem fit quoque aliquando ab externa cauſa , ſed efficaciori aut diutius immorante.

Tertium ſignum commune eſt : quod vna acceſſione finiantur , ſine vllo circuitu (ob tenuitatem materiæ ſubiectæ & ſedem eandem in corde) cuius finem ſequitur vera ἀπυρεξία id eſt infebricitatio ceſſatioque omnium ſymptomatum, quæ per acceſſionem ægrum afflixerant, vt cephalalgiæ,ſitis,&c.

Quartum ſignum eſt habilitas corporis febricitan

citantis ob naturæ & ætatis caliditatem cum humiditate vel ſiccitate iunctam.

Quintum ſignum commune, eſt à ſymptomatis ephemeræ febris, & inprimis, à noxa actionum vitalium, reſpirationis ſcilicet & pulſationis: (naturalium, & animalium, minima læſio eſt, quod ſolida cordis & ſimilarium partium ſubſtantia leuiter incaleſcat) quarum vtraque augetur in magnitudinem & velocitatem naturali paulò maiorem: minus tamen quam in putridis, ob harum calorem acriorem; (pulſus tamen à mœrore, metu, labore, vigiliis, inedia, cura, paruus eſt, ob virium debilitatem, ſed frequentior.) Cæterum ex duabus pulſationis partibus, diaſtole citatior eſt, ſyſtole tardior: quia minima fuligo. Contra in putridis ſyſtolè breuior, in quibus multa fuligo eſt. Mollitie etiam ephemerarum pulſus ab hecticis differt. Denique ſoluta acceſſione pulſus ad naturalem ſtatum redit, quem nunquam recipit in intermiſſionibus putridarum, ne tertianarum quidem exquiſitarum.

Sextum commune ſignum eſt vrinæ & excrementa alui ſecundum naturam: quia ſpirituum tãtum ſit magna alteratio; ſanguinis & humorum parua: niſi fortaſſe ſubſit affectus aliquis corporis à cauſis externis relictus (vt cruditas & perturbatio aliqua animi) à quo hoc ſignum turbetur.

Ab illa enim cruditate vrina alba, ſicuti ab ira, ruffa eſt. Qui tamen receſſus vrinæ à naturali calore, ſubſtantia, & hypoſtaſi non eſt momentaneus:

Neque verò etiam primo putridarum die vrina ſecundum naturam omnino reddi poteſt. Quia ea accruata ſit in veſica ex neutro ſtatu antecedente earum irruptionem.

Septimum & vltimum ſignum commune, eſt, declinatio acceſſionis,cum aliquo ſudore,rore,aut vapore ſuaui. Horum materia ſpirituum vſtorum fuligo humorumque ab illis leuiter calefactorum. Quæ cum ſit naturali copioſior, ſuo ad cutem appulſu refrigeſcens,in triplicem illam materiam faceſſit: ratione multitudinis tantum diſcrepantem. Hic tamen ſudor intelligendus eſt moderatus,cum copioſus putridarum ſit proprius,hecticarū nullus.

De ſignis cauſarum febris ephemeræ diagnoſticis.

CAPVT XI.

QVIA morbus tolli non poteſt,niſi ſublata prius cauſa eiuſdem præſenti, aut affectu in corpore relicto ab eadem abſente:idcirco febrium ephemerarum cognitioni ſubnectenda eſt cauſarum ſuarū è propriis ſignis perceptio;aliorumque morborum ab iiſdem aliquando relictorum.

Sunt autem cauſæ illæ omnes procatharticæ,ex qui

quibus aliæ ad animum referuntur, aliæ ad corpus. Illæ ſunt mœror, metus, lætitia, ſpes, ira, verecundia: Hæ ſommus, vigilia, inædia, ſitis, ſatietas, crápula, labor, æſtus, frigus & bubo. Porro vtriuſque generis cauſæ aut perſiſtunt genita febre ephemera: aut recedunt. Harum duæ ſunt differentiæ: Quędam enim leuia tantũ ſymptomata, quędam mutationem ſenſilium qualitatum habitus & excremẽtorum relinquunt, quæ ſimul cum febre ipſa exoleſcant: quædam affectus morboſque alios, à quibus tanquam à cauſis continentibus febris ipſa ephemera ſæpe fouetur, & in plures dies protrahitur.

Cauſæ quidem præſentes ſunt, animi perturbationes aliquando, (corporeæ enim ferè ſemper abſunt excepta inanitate, ſatietate, & bubone) quæ ex pulſu vario noſcuntur pro vario caloris natiui motu, vel effuſi foras, vel contracti intro, vel feruẽtis intus. Ergo ira, ex magno crebroq́ue & celeri: triſtitia, ex paruo, languido, tardoq́ue: timor recens ex celeri & inordinato. Sed eædem abſentes perturbationes animi noſcuntur quidem: ſine arte ab ægro & familiaribus, & artificioſè, non ex pulſu, ſed ex caloris & vrinarum differentiis: & præterea ex habitudine mutata corporis reliqui & oculorum. Nam calor ex iracundia vberior eſt & blandior (ob copioſum vaporem è ſanguine feruido excitatum in cutem: qui in mœrore parcior eſt acriorque ob conſumptum humorem.) Vrinæ ex ira magis ruffeſcunt ob admixtam bilem. Corporis macies maior eſt moeſtorum, quam ſollicitorum & vigilum: quia in illis calor collectus ad cor partem calidiſſi-

mam,accenſusque, ſanguinem & ſpiritum magis reſoluit: quam vbi in cerebro parte frigidiore,colligitur. Maior quoque eſt in mœſtis oculorum cauitas, & decoloratio: (calore ſeſe cum ſanguine & ſpiritu intro recondente) habitus ſiccior, pulſus minor, vrina crudior, & immotæ palpebræ.

Ex cauſis corporeis abſentibus, quæ leuia tantum ſymptomata relinquunt, ſunt, fatigatio & labor: cuius moderati ſigna ſunt, pulſus magnus (vrgente euentandi ventilandique caloris acuti neceſſitate) ſiccior habitus ad vigorem vſque acceſſionis: à quo tandem ſudores. Eiuſdem laboris immodici ſigna ſunt, pulſus paruus (debilitata facultate) & celer, vrgente neceſſitate, & ſiccitas habitus perſeuerans reſoluto vapore humoreque, ob motus vehementiam. Maximè ſi vſtio ſolis aut frigus aeris acceſſerit. Ex quibus illa ſudoris materiam digerit: hoc eiuſdem eruptionem prohibet. Inediæ, ſitis, & inanitatis ſigna ſunt, pulſus paruus & debilis, vrina colorata.

Vigiliarum, pulſus paruus, vrinæ crudæ, cutis dura, facies pallida & tumida: (calore naturali & ſpiritu animali reſoluto) vnde cruditas tertiæ coctionis, flatuſque craſſior. Inde quoque palpebrarum humiditas (defluentibus crudis & ſeroſis humoribus è ſyncipite) oculorum cauitas, grauis quoque palpebrarum motus: non ex ſiccitate; ſed ex defatigatione facultatis. Somni contraria ſigna ſunt, pulſus magnus, excre-

excrementa cocta, cutis mollior. Satietatis, cutis mollior, pulſus plenus. Ebrietatis, pulſus vehemens, vrina multa, cutis mollis, & vaporoſa. Aeſtus, reſpiratio & pulſatio maior, caput calidius, eiuſque venæ diſtentæ, & in oculis, & temporibus, ſitis moderata vel modica, ob diſtillationem è cerebro: frigoris, pulſus paruus, vrina alba.

Affectuum à cauſis externis corporeis relictorum diagnoſticè quoque neceſſaria eſt: cum ipſi gerant vim antecedentium caſuum à quibus febris ipſa ephemera fouetur: & plerumque protrahitur.

Sunt autem hi affectus, adſtrictio, abſtructioque, cruditas, & bubo. Bubonis ſigna ſunt: habilitas corporis, calidi & humidi ſcilicet, atque ſanguinei: vlcus vicinæ partis fluxionem incitans, pulſus plenus, velox, frequenſque, vrinæ aquoſæ, (bile rapta ad locum affectuum, ſicuti phreneticis accidit:) rubor totius corporis & faciei. Denique propria bubonis accidentia tanquam phlegmones.

Cruditatis vtriuſque ructus duplex, acidus, & nidoroſus: gignit vero diariam vtraque vel expiratione calida ad cor, vel leui obſtructione, de qua poſtea.

Adſtrictio cutis noſcitur tum ex habilitate corporum, quibus multa fuligo eſt, habituſque laxior, vt calidorum, humidorum, vel ſiccorum: tum ex cauſis externis adſtringentibus, vt frigore, & aluminoſis aquis: tum ex pulſu debili & par-

uo(debilitata facultate cordis oppreſſaque à fuligine retenta) vrina alba,& tenui,duritie cutis, calore ab initio miti, tandem acri,ſudore nullo.

Obructio denique duplex eſt: vna foraminum cutis à ſordibus retentis. Altera internorum, ſed minorum: eaque minor (maior enim putredinem febremque putridam accendit) fit â craſſis lentiſque humoribus & cibis ſimilibus, è quibus noſcitur,ſicuti è pulſu crebro velocique,vrina colorata, calore acri,& nullo ſudore.

De curatione febris ephemeræ ſimplicis.

CAP. XII.

EPHEMERARVM neceſſaria eſt curatio matura ne in hecticas cõmutentur, præſertim ex longiori, quam vnius diei inedia: aut diutius vno die protractæ, in putridas faceſſant. Idque tum vel propter neglectam cauſarum præſentium, eaſque fouentium curationem: (vt ſtipationis cutis & obſtructionis minorum meatuum) tum propter refrigerationem importunam medici, ægri, aut miniſtrorũ errorea dſcitam ſiue per aëris frigidio

dioris appulſum, in nudatum corpus, media acceſſione; ſiue per frigidæ ingurgitationem potumque profuſiorem; ſiue per vnguenta & epithemata algida, thoracis regioni, & cordis impoſita. Conſtipatis enim poris internis externiſque & cohibitis vaporibus fuliginoſis humores facilè putreſcunt in pletoricis præſertim & cacochymis corporibus.

Febrium ephemerarum methodum curatiuam cum indicationibus ſuis ſicuti & aliorum duorum generum proſequitur Galenus libro primo methodi hoc pacto. Febres ephemeræ,aut ſimplices ſunt(ademptis cauſis externis à quibus primùm accendi eas contigit) vt ſolis vſtione, fatigatione, vigiliis,ira. Aut compoſitę cum cauſis fouentibus, vel externis (vt mœrore,iracundia) vel internis & antecedentibus(vt ſtipatione cutis, & obſtructione.) Simplicium vnica indicatio eſt:compoſitarum duplex, vna febris, altera cauſæ. Febris igitur ephemeræ (quia morbus eſt) natura calida contrarium opus, id eſt refrigerationem, indicat: ſicuti ſiccitas iuncta humectationem. Vtriuſque operis.i.alterationis quantitas, indicatur à magnitudine febris,ſed limitatur certius à natura ægri, aere, & conſuetudine (tanquam coindicantibus) calida enim ſiccaque natura magis refrigeranda, quam contraria,aere præſertim ſimili, qui cauſæ vicem gerit: Nam frigidus cauſæ contraindicantis vim obtinet:& refrigerationem indicatam minuit.

Virium exigua ratio habetur:ob breuitatem & lenitatem huiuſce ſpeciei febris, & ſimptomatum

eius:atque remediorũ neceſſariorũ:clementiã niſi fortè,vires ſint ex inedia,vigilijs,labore,& vſtione Solis,atque peregrinatione antea afflictæ affectæque. Exercendorum iſtorum operum inſtrumenta duo Galeno ibidem diſtincta ſunt, diæta quidem ſemper, pharmacia rariſſimè. Illa conſtat rebus ſex non naturalibus frigidis : vt aëre actu quidem frigido humidoque(id ex natura, vel arte) inſpirando quidem ſed nunquam tranſpirando nudato corpore, vt cibo euchymo,coctili, pauco,frigido & humido, actu, vel poteſtate. Vt ptiſſana,pane in aqua vel cocto vel madefacto lotoque: piſcibus ſaxatilibus : aquæ potione ſi aſſueta ſit, aut vini holigophori valdediluti. Alendi tempus eſt in remiſſione acceſſionis (vt vires confirmatæ ſudores profundant) niſi virium debilitas vt ex prægreſſo labore, vigiliis &c. aut hecticæ metus in picrocholis naturis,& ſimili aëre remiſſionem anticipari cogat. Excrementa alui retenta molli clyſtere antè cibum euocentur, vrinæ prouocentur : eadem illa fluentia nimis cohibeantur litibus aſtringentibus abdominis : Vt ex melino leniſſimo myrthino oleo. Motus omnis & exercitatio fugiatur, animi tranquillitas quæratur. Sudor deñique,mador,vapor-ve,quiete,& veſte, aut balneis proliciatur tepidæ aquæ ſimplicis aſſuetis & lautioribus hominibus (inſueti enim &operarij ſolo victu contenti ſint:redeantque ad ſua minima tutò & ſecurè). Balnea autem ad victum veterum pertinebant: ſicuti hodiè quoque Orientalium : ſed apud Septentrionales

les ad pharmaciam relegata ſunt. Erant balneorum antiquorum partes quatuor: prima aëris calidi: ſecunda aquæ calidæ, vel tepidæ : tertia aquæ frigidæ : Quarta vbi detergebantur & inungebantur corpora poſt lotionem. Aër calidus ſicuti & aqua tepida refrigerant per accidens: laxato habitu & excluſis vaporibus fuliginoſis, modo in vtroque moderata ſit mora) frigida lotio non vſurpetur (ne aſtricta cute febris protrahatur) niſi fortaſſe in metu degenerationis ephemeræ in hecticam : Vt in picrocholis corporibus & ſimilibus cauſis externis: In quibus poſt tepidam frigida lotio ex vſu eſt, non antè : ſicuti eodem tempore epithemata & vnguenta frigida actu & poteſtate thoraci & hypocondrijs vtiliter impinguntur.

Febres ephemeræ cõponuntur aliàs cum cauſis ſuis procatharticis adhuc vigentibus: quales ſunt perturbationes animi. (Reliquæ enim procatharticæ nunquam adſunt genitæ febri Ephemeræ.) Aliàs cum affectibus relictis in corpore à cauſis iiſdem iam exoletis, quorum alij vicem gerunt cauſarum antecedentium, & febrem ipſam ephemeram conſeruantium. Quales ſunt denſitas cutis, cruditas & bubo. Alię ſunt leniores quædam intemperies omnis generis, vel totius corporis, vel quarundam eius partium : quæ tamen cauſarum ephemeras antecedentium viribus non funguntur : tametſi earum indicationes, aut peruertant omnino, aut tantum mutent. Huiuſce generis febres vocantur ſimplices, quod

cauſis

cauſis internis & antecedentibus careant: ſuntque vere diariæ, niſi importuna refrigeratio & inædia obſit. Atque in hoc genere cenſet Gal. ephemeras omnes initio lib. 10. meth. quæcunque ortæ ſunt ab æſtu, frigore, inædia, ſiti, labore, vigilia. Illius generis febres ephemeræ verè compoſitæ ſunt: ſolentque extendi & protrahi in quatuor, quinque aut ſex dierum ſpatium ad ſummum. Quin etiam in alias ſpecies hecticarum & putridarum commutari ex curationis errore. Cæterum à febribus compoſitis opera diuerſa indicantur à febrium quidem natura calida ſiccaque, refrigeratio & humectatio (vt ante expoſitum eſt) à cauſis & affectibus coniunctis, aut alteratio, aut vacuatio etiam inſinuatur: prout vel intemperies (nuda quæcunque ſit) vel materialis febrem ephemeram comitatur. Curationis ordo prior eſſe ſolet cauſarum: ſed aliorum tamen affectuum vt intemperierum & febrium ipſarum ephemerarum indicationes eodem tempore exercentur. Communis quidem eſt omnibus animi ſymptomatis ſiccatio, eiuſdemque intemperiei ſiccæ indicatio, eſt humectatio, ſcilicet maior, quàm in ephemeris à cauſa non ſiccante ortis, (vt ſatietate, crapula, ſomno, frigore.) Hæc autem indicatio communis ipſis febribus: proinde ſimul exercetur per omnes diætæ partes: & lauationem vnctionemque longiorem.

Item intemperies calida ab inſolatu, igni medicamento externo impreſſa, refrigerationem & humectationem maiorem indicat; quam in ephemera ab alia cauſa non calefaciente orta, tum totius

cor

corporis: vt per aerem & cibos frigidiores potumque aquæ gelidæ,(vitato prorſus vino:) & per largiorem lauationem in frigida,aut (ſi quid obſit) in tepida : Breuiſſimam in laconico moram , tum partium, vt capitis à ſole vſti per embrocationem ex oleo roſaceo vel hydræleo in niue , puteo , aut fonte refrigerato. Commode etiam iis embrocationibus deſtillatio comes comprimitur (ardore ſedato) Contra intemperies frigida à cauſis refrigerantibus,vt vento aquilonio,maiorem calfactionẽ indicat:tum corporis vniuerſi per victum, vt per aerem ignibus luculentis calfactum: Vini generoſi & parum diluti potum. Condimenta aromatica: moram in laconico longiorem : & lauationem in calida(niſi vrgeat deſtillatio & grauedo)tum priuatim capitis per embrocationem, ex oleo calido & in vaſe duplici calfacto vt anethino,laurino & de ſtæchade.

Intemperies humida à ſatietate inducta contrarium opus indicat ſiccationem , nempe per inædiam.

Intemperies ſicca à fame & ſiti humectationem refectionemque indicat maiorem : per cibum potumque vini diluti , & per fugam omniũ motuum animi & corporis:Denique per longiorem lauationem breuemque in laconico moram. Eadem eſt indicatio ſyncopis ex euacuatione & diſſipatione ſpirituum.Reficiũtur autem ſpiritus promptiſſimè odoribus bonis,deinde potione vini generoſi , aut aquæ eius ſtillatitiæ, (quam ardentem vocant) aut ſimili vt inmperialis & angelicæ ; tardiſſimè cibo. Intemperies ſicca à vigilia indicat humectationem maio

maiorem totius corporis cerebrique, per omnes diætæ partes, ſomnum longiorem, & lauationem. Contra humida intemperies à ſomno relicta, ſiccationem indicat per vigilias: longam in laconico moram: frictionem duram (vitato oleo, & aqua.) Siccitas & durities à labore, humectationem & emollitionem maiorem, vt per cibum copioſum, multi vini potionem, & per multam lauationem ex aqua tepida, atque ex hydræleo perfuſionem.

De curatione febris ephemeræ compoſitæ.

CAP. XIII.

EIVSMODI febris (vt mox docebamus) duplex indicatio eſt, vna, à febre, refrigeratio & humectatio: altera, à cauſa externa, internáque præſente, alteratio vel vacuatio, vel vtraque. Eſtque Prior exercitationis & curationis ordo cauſarum febrem à ſeipſis genitam fouentium: poſterior febris ſimplicis per opera & inſtrumenta paulò antè indicata: niſi febris ipſa vnà cum ſuis cauſis deleatur, neque propriam curationem exigat. Ergo præſentes animi perturbationes contrarijs motibus primum ſedantur: vt ægritudo per

per lætitiam & contra : timor per ſpem & contra: ira per ludicras & ſerias occupationes & cogitationes: deinde febri extinguendæ idonea opera eorumque inſtrumenta adhibebuntur.

Cauſæ quoque internæ prius ſunt ſubmouendæ : deinde febris reliquiæ ſi quæ ſuperſint, extinguendæ. Ergo adſtrictis pororum cutis & habitus febrem ephemeram aliquando accendit fouetque (reliquæ cauſæ externæ multo frequetius) & producit ſæpiſſimè in ſecundum tertium aut quartum etiam diem, ob acrimoniam vaporum intus ſuppreſſorum (nam in alijs vt ſanguineis plethoram eadem ſuppreſſio potius gignit, libro primo de febribus (in naturis præſertim ſiccis, quales ſunt vel inſitæ, quarum ſigna ſunt tactus acris, vrinæ flauæ, & acres, deiectio rara exiguaque, habitus gracilis & piloſus color nigellus, mores iracundi, ſolliciti, anxijque : vel acquiſititiæ ab his cauſis (quæ etiam earum ſigna ſunt demonſtratiua) ætate iuuenili, æſtate æſtuoſa, & regione, ſimili cibo aut tenui nimis, aut cacochymo, exercitatione vehementi, frictione multa, & dura, ira, cutis grauibus, triſtitia, vſtione ſolis, defatigatione, vigilijs. Adſtrictionis autem cauſa externa, vel refrigerans tantum eſt, vt, aër borealis, aqua frigida, ſiue ex lauatione in balneo ; ſiue, ex natatione in fluuio, ſiue ex imbrium perfuſione : vel adſtringens etiam, vt, litus ex oleo leniſsimo & ſimili, vel, aqua frigida aluminoſa : vel, ſiccans etiam, vt lauatio in aqua nitroſa, ſalſa, vſtio, ſolis,

&

& exercitatio nimia, frictio dura & ſicca. Atque hæ adſtrictionis externæ cauſæ & ſigna eiuſdem tradita ſunt.

Adſtrictio, contrarium opus indicat, relaxationem, cuius inſtrumenta ſunt balnei partes, aër tepidus, lauatio intepida, vnctio plurima ex oleo tepido, & frictio mollis. (Ab his enim rarefiunt pori cutis) ea tamen varianda ſunt, pro varietate cauſarum frigidarum ſiccantium & adſtringentium: & intemperierum in corporibus ab Illis relictarum, ſicuti demonſtratum eſt. Hæc autem ſunt vſurpanda quotidie in remiſſione acceſſionis, ſiue vnius diei, ſiue plurium, vt duorum, trium, vel quatuor dierum. A balneo adhibendus eſt cibus, primus quidem cremor ptiſſanæ, deinde, piſces ſaxatiles, & vinum dilutum holigophorum. Febris iiſdem laxantibus remedijs tepidis commodius curatur, per vaporum acrium eductionem, quam per actu frigida, & externa refrigerantia vnguenta, cataplaſmata, & epithemata, à quibus adſtringitur rurſus cutis; febriſque inualeſcit.

Obſtructio, alia eſt febris ephemeræ antecedens & interna, ab externis relicta cauſa: vt prauo victu, (ſicuti expoſitum eſt antea ex primo Galeni de differ. febrium) & incuria deterſionis corporum per balnea, aut mutationes crebras induſiorum, & frictiones.

Obſtructionis ſigna ſunt, tum, abſentia omniũ aliarum externarum cauſarum, tum quod primæ acceſſionis remiſsio careat idonea euacuatione ſudorum madorumq́, & vaporum halituoſorum, quibus

bus diſſolui aliæ febres ephem. nō impeditis meatibus, ſolent. Eſt autem obſtructio duplex, vna pororum externorum & ſuperficiariorum cutis, vt, à ſordibus inhærentibus: Altera internorum, ſed minorum & anguſtorum, vel, à plethora, vel cacochymia craſſa lentáque confertim in prædictos poros affluente(maiorū enim obſtructio ſemper febrem continuam parit.) Porro obſtructio parua, vt pororū cutis leni deterſione curatur, & prohibetur, ne, in plures dies febris prorogetur. Deterſionis inſtrumenta ſunt, vel, balnei temperatæ partes, (quibus laxandi abſtergendique vis eſt) qualis eſt aër tepidus, lauatio aquæ tepidæ, frictio mediocris, vel, cum ſtrigilibus antiquorum, vel, linteolis nouis, vel, cum ſacculis lineis, farina hordei, iridis florentiæ, fabarum, erui, ariſtolochiæ, repletis. Horum remediorum tempus eſt, in remiſſione primæ acceſſionis, quibus ſuccedat victus euchymus antè expoſitus, eadem obſtructio, ſi, mediocris & momentanea ſit, minorumque meatuum, protrahit febrem ephemeram in plures dies, vt tres aut quatuor: eademque aliquãdo (niſi diligenter ſoluatur) mutat in putridas: quippe multus ſuccus niſi tranſpiretur, facilè putreſcit. Illius autem protractionis & extenſionis ephemeræ ab oſtructione, ſignum eſt, mediocritas pulſus & vrinarum in tres primos dies perſeuerans: Mutationis autem in putridas, ſignum eſt, cruditas in vrinis, & inæqualitas pulſus in fine tertij diei apparens.

Obſtructio autem magna febres putridas ac-

cendit 1. Ipſo die de quarum curatione poſtea; nunc de methodo ephemerarum, ortarum à mediocri obſtructione.

Itaque obſtructio genita, à plethora, curatur, ſicuti deinceps in ſynocho non putri exponetur. a cachochymia, vacuatione, & alteratione, ſiue coctione.

Vacuatio duplex, phlebotomia, & purgatio: Illa quidem, vt ſit iter liberum medicamentis aperientibus, tergentibus, ſine obſtructionis augmento: tum, vt excrementis fuliginoſis vnà cum ſáguine vacuatis febrilis calor reprimatur, & deinceps facilè tranſpiret, cum ſit parua reliqua obſtructio.

Phlebothomiæ indicatio, etiam ſine plenitudine, ab obſtructione eſt: cuius quantitas coniicienda, tum, ex viribus, & ęgri ætate: tum, ex obſtructionis magnitudine, quæ rurſus ex febris obſtructionem ſequentis magnitudine colligenda eſt. Purgatio à cacochymia indicatur; quam tamen omiſit Galenus libro 8. methodi, ſolamque cacochymiæ coctionem, attenuationem & deterſionem poſt phlebotomiam molitur. Id fortaſſe, quia ea pauca ſit, &, in minoribus habitus, & tertiæ regionis venis condita, vnde per ſudores facilius vacuetur, quam per primam regionem: In quam niſi à medicamento validiſſimo deduci non poſſit, (aucta interim febre): Inde enim balneum tertio die præcipit, poſt coctionem, hancque inſtituit, ex detergentibus & attenuantibus, ſine calefactione inſigni, ne delendo obſtructionem

nem febris interim creſcat. Tale eſt, oxymel ſimplex, frigidum & acidum, ex aqua, aceto, & melle: & apomeli, ex melle &, aqua minus acidum: tales quoque ſunt ſyrupi, acetoſus ſimplex, & oxyſaccarum ſimplex. Eis vtendi modus eſt, vt, dupla aqua diluantur, vel, ſtillatitia, vel hepaticarum herbarum, vel ſimplici cocta cum hordeo. Doſis ſyrupi ad onc.ij. vel iij. Nihilominus inteſtinorum obſtructio paulò antè, aut paulò poſt phlebotomiam clyſtere molli liberanda, aut, (ſi metus ſit impurioris ventris, primæ regionis partium, vt meſenterij & cauæ hepatis) minoratiuo medicamento exoneretur, quod vtrique, tum vacuationi, tum coctioni, iure præmittendum eſt: ne, rapta earum partium cacochymia à venis inanitis in habitum, obſtructio, febriſque augeatur. Denique in remiſſione acceſſionis, tertio die, ſi quidem nulla adhuc putredinis nota in pulſu appareat, (omnis autem extenſa eiuſmodi ephemera quarto die deſinere ſolet; etiam ſi in putridam abitura, ex obſtructione, febris ipſa ſit) tum inquam, balneum aquę tepidæ relaxans cutem, & prætermittens cæcas expirationes adhibendum, cui tamen præponendus aër calidus: & poſtponenda deterſio multa, balneum frigidum actu, ſicuti quodlibet externum medicamentum omittetur. Victus denique à balneo non ſolùm euchymus, ſed detergens etiã, attenuans & obſtructionis materiam præparans, ſubnectendus eſt, vt ex ptiſſana hordeacea, & ex potu mulſæ dilutiſſimæ, aut aquæ ſolius in qua aliquid radicum apij incoctum ſit.

IOANNIS

HVCHERI,

DE FEBRE HECTICA, EIVSQVE DIFferentijs, cauſis, ſignis & curatione.

Liber Secvndvs.

Capvt Primvm.

FEbris hecticæ methodus curatiua ephemeris ſubiūgenda eſt, ob naturę affinitatem: (cum vtraque vt plurimū facta ſit, non fiēs, careatque ferè omni cauſa generatrice:) tum ob curationis ſimilitudinem, vnica alterationis & refrigerationis indicatione conſtantis: ſiccitas enim iuncta, eſſentialis huic febri nō eſt, poteſtque ab illa abeſſe, ſaltem in priori ſuo gradu. Hic ordo febrium curationis Galeni propriè eſt, ſcilicet 8. methodi libro ephem. 9 ſynocham: 10 hecticarum: 11. putridarum. Febris contrà putridæ compoſitio perpetua eſt, cū ſuis cauſis internis, & curatiua indicatio ſemper duplex.

Hecti

Hectica febris nomen ſortita eſt, tũ à ſubiecto ſuo : tum à natura contumaci & rebelli: ἕξις enim, & habitum. Id eſt partes ſolidas corporis : & qualitatem firmam conſtantemque quamlibet, ſignificat, ſiue ſecundum naturam , ſiue contra eandem ſit. σχέσις ἕξει opponitur : eſtque propria febribus putridis , quę facilius amouentur (ſublatis cauſis) quam hectica ob difficilem partium ſolidæ ſubſtãtiæ alterationem. Conſtat febris hæc calore acri & ſquallido, paruo, aſſiduo , indolenti, & æquali. Acrimonia à denſitate calefactæ ſubſtantiæ: ſicuti ſqualor à ſiccitate eiuſdem. Hinc differt ab ephemerarum calore ſuaui, & à putridarum calore acri quidem , ſed fumoſo. Paruitas caloris ex inopia exhalationis, vnde pulſus paruus. Hinc differt ab humoralibus omnibus maximè à ſynocho: quarum calor pulſuſque maior eſt. Aſsiduitas , ob conſtantiam materiæ ſubiectæ partium : & cauſarum humoralium abſentiam , quarum circuitus proprij ſunt. Indolentia , ab intemperie partium facta, propeque naturali(dolor enim vt potè pathos à fiente tantũ & inæquali intemperie oritur) ideò non ſentitur ab ægro. Hoc intelligendum eſt, quantum ad ſenſum. Non enim temperies partiuũ omninò mutata eſt à calore hectico,(aliàs, neque viuerent, neque alerentur, neq, tumores hecticorum vnquam ſuppurarent : neque febris putridæ ſuperuenientis hecticæ calor ſentiretur. Æqualitas denique oritur, ab eadem intemperie facta, & ſine cauſis vllis permanente : neque verò impedit varia partium conſtitutio & repugnantia caloris ęqualitatem : quia ad illam ſatis eſt caloris il-

lius in corde fixio. Neque eo tempora tria (ſi quã fortaſſè notantur) vt principium , augmentum, vigor , varietatem caloris oſtendunt: quæ hic potius indicant varietatem impreſſionis : minoris in principio, maximè in vigore. Sentitur autem calor maior in regione arteriarum , quam per febres putridas ; tum quia , calefacto corde contiguæ arteriæ, magis quam reliquæ partes ſpermaticæ calent: Gal. 4. de cauſis pulſuum cap. 16. tum quia, per putridas , calor cum vapore , quoquo verſum effunditur ; At in hecticis, fixus eſt partibus ſolidis, ob inopiam vaporum : creſcit tamen ab externa cauſa & à paſtu potúque : (vnde maior pulſus , ob arteriæ mollitiem , & facultatis robur) idque , ob alitionem ; & ſubſtantiæ partis accretionem. Cibus enim frigidus , retundit vim caloris alieni, dum coqnitur , humidus, per accidens, calidam ſubſtantiam auget ; & per ſe , dum & apponitur, & poros obſtruit, denſatque. (Sic calcis calor perfuſione aquæ creſcit) à qua vel alitur intus , vel, cum aqua, in vaporem attenuata, foras per halitum effertur, (neque verò ob aquæ contrarietatem augetur calcis calor, cum à vino etiam feruido affuſo idem caloris augmentum accidat.) Sic, neque contrarietate, neque ſimilitudine, cibus, potuſvè calorem hecticum auget, ſed, alitione.

De

De differentiis febrium hecticarum.

Cap. II.

Febris hecticæ differentiæ ſubſtātiales nullæ ſunt: Ideoque nullæ ſpecies, cum ſit vnica eius ſubiectā ſubſtantia ſolida partium: nō enim accidens tanquam formā quædam, diuiſibile eſt; niſi pro varietate ſubiecti. Sic febris in Spirituoſam, Humoralem & Hecticam vniuerſim diuiditur. Sic Putrida in Tertianam, Quotidianam, Quartanam & Synochum: quas verius dixeris Bilioſam, Pituitoſam, Melancholicam, Sanguineam. Quare inanes ſunt diuiſiones hecticæ febris: Tum Arabum in tres ſpecies pro pari numero humiditatum ſecūdarum, roris, cambij & glutinis, cum hæ partes ſolidam partium ſubſtantiam non conſtituant. Tum aliorum quoque pro triplici ſubſtātia partium ſolidarum, vt roris, carnis, & humoris primigenij. Tametſi enim ſimilares partes conſtent ſubſtantijs illis diuerſis, quia tamen ſunt illæ inter ſe mixtæ & confuſæ, non ſecretæ, idcirco omnes æqualiter incenduntur, neque vnius incendium citra alterius inflammationem parem ſubſiſtere poteſt. Neque denique illæ quæ ex ſiccitatis ſpeciebus quatuor ab alijs deprōptæ, ſūt quæ tabis ſiue marcoris propriæ ſunt: qui ſymptoma eſt febris hecticæ. Verā tamen eſt diuiſio in ſimplicem & compoſitam: vt

illa ſit cuius origo fuit ab externa cauſa tantùm, impenſius calida ſiccaque : cuius nullus adhuc marcor ſit comes. Hæc verò quæ aut marcore comitetur, etiam ſi ab externa cauſa nata ſit: aut à cauſa interna, vt febre continua: eaque vel vehementi: vt quæ cauſus dicitur: & quæ viſcerum magnorum cordique vicinorum inflammationes & eryſipelata ſequitur: aut diuturna, qualis eſt Phlegmonarum purulentarum, obſtructionum in viſceribus putreſcentium (vt in cachexia fœdiſque virginum coloribus, vel vlcerum & corruptelæ viſcerum eorundem &c. vt per pthyſim.) Atque hæc diuiſio ad curationem neceſſaria eſt: ſicuti illa Gal. 10. de febrib. in duos gradus ad prædictionem: quod ſcilicet prior ſit curabilis, poſterior incurabilis, ſicuti exponetur poſtea in ſignorum cathalogo prognoſticorum. Eſt autem prior gradus vbi efferbuit tantum primigenius humor. Poſterior vbi ita efferbuit, vt diſſipatio triplicis ſubſtantię ſecuta ſit, vnde marcoris ſiue tabis differentiæ oriuntur paulo poſt exponendę. Differunt igitur hi gradus non quidẽ ſedis varietate, neque intẽſione caloris, ſed fixione eiuſdẽ & impreſſione maiori in poſteriori gradu.

De cauſis.

CAPVT III.

FEBRIS hecticę, cum facta ſit, nulla cauſa eſt: Ideoque perpetua & æqualis eſt: non aucta, aut diminuta pro humoris & cauſæ vario motu. Sic & ephemeræ: niſi hęc

hæc referatur ad cor & partes ſolidas : tum enim fouetur à calore ſpirituum tanquam à cauſa,at putrida omnis cauſam habet, qua alatur, continentem putredinem ſcilicet. Quod ſi qui alij cum hectica iungantur affectus: ab illis tamen non fit, aut conſeruatur : ideoque ijs curatis ipſa perſeuerat eadem.

Origo febris *Hectica* duplex eſt. Prima à cauſa externa calfaciente ſiccanteque (vt eſt iracundia, labor,potiſſimum ſub æſtuante cœlo,inędiæ,mœror) ſed vehementi, ob cordis ſolidam ſubſtantiã & à reſpiratione ſemper refrigeratam, quæ valde repugnat impreſſioni caloris alieni. Cum ſæuiores cauſæ externæ ſpiritus facile accēdant & ephemeras. Habilitas quoque ſubiecti corporis, & naturæ procliuitas:(quæ facile vim caloris alieni excipiet) neceſſaria eſt : ideoque naturæ hominum calidæ ſiccæ,ſępe,frigidæ aut humidæ,raro ab hectica febre tentantur : nunquam ſane ab externis cauſis: ſed aliquando ab internis : vt à phlegmonis & vlceribus viſcerũ.Siccitas quoque naturæ neceſſaria eſt,quod facile ex febricula incidit in hecticam per alui fluores longiores,vt lienteriam, dyſſenteriam, diarrheam. Tametſi autem ſpirituum ſubſtantia tenuis,facilius quam cordis partiumque ſolidarum inflãmetur,& incaleſcat: non eſt tamen neceſſe vt hecticam præcedat ſemper ephemera:tum ob cauſę externę vehementiam : tum ob corporis diſpoſitionem:cuius ſolidę partes calidiores ſicciorеſque ſunt; ſpiritus & ſanguis frigidiores ex victu pręgreſſo.Sic fulmen aurum liquat intacto corio aut lana : ſic putrida febris accedentibus cauſis

putrefacientibus humores inuadit, non ſpiritus aut habitum putredini ineptos. Quod ſi Gal. neget hecticam primis diebus incidere : ob raritatem euentus dixit .. criſium cap. vlt. Quod ſi idem glorietur 10. Therape. cap 5. à ſe cognitam eſſe hecticam die 4. eamque nihilominus incipientem, dicat: hoc quoque ob difficultatem dignotionis hecticę ab ephemera inculcauit. Sed tamen inter duas ſententias diuerſas nihil intereſt ad curationem : Vtrum ſcilicet diaria pręceſſerit nec ne, cum vtraque vnica indicatione refrigerationis curanda ſit. Altera origo eſt ab interna cauſa nempe à febre putri eaque vehementi, vel primaria, qualis eſt cauſonica, vel ſymptomatica, qualis eſt phlegmones & Eryſipelatis viſcerum (vt per febres lypyrias) diaphragmatis, pulmonis, hepatis, renis, vteri, veſicæ, ventriculi, lienis & inteſtini tenuis. Vel diuturna lentaque, qualis eſt abſceſſuum ſuppurantium, obſtructionum in viſceribus putreſcentium, vel vlcerum: quorum affectuum omnium dignotio ad curationem neceſſaria eſt.

De Symptomatis.

CAP. IIII.

FEBRIS hecticę ſimplicis ſymptomata multo pauciora leuioraque, ſicuti & ephemeræ, quam putridæ ſunt. Huius enim ſunt duplicia; quædam caloris propria, alia putredinis & humoris putreſcentis.

Illarum

Illarum autem ſymptomata caloris exuperantiam tantum ſequuntur:ſed hecticæ tamen ſecundi præſertim gradus multo plura grauioraque, quàm ephemeræ ſunt:in hac enim leuiſſima cordis alteratio eſt:in illa confirmata.Primum genus ſymptomatum eſt,debilitatio virium omnium:id eſt diminutio;tandemque abolitio, nunquam deprauatio. (Cum calor hecticus ſit paruus & ſine materia.) Debilitationis illius cauſa duplex eſt, tum intemperies:tum ſubſtantiæ diſſipatio. Vtriuſque enim (id eſt qualitatis & quantitatis)idonea ratione facultates omnes continentur; earumque robur, (Gal.lib.ij.meth. cap. 1. & 3.)ideoque intemperies facta & valida ſemper habet coniunctam functionum debilitatem;ſed facta,quæ adhuc leuior eſt,& exigui temporis (vt hectica primi gradus) valde parum & vix ſenſibiliter vires debilitat.(Gal.1. de febrib.) Sic intemperies fiens & inualida viribus non officit inſigniter.Vt in ephemeris.Gal.8.meth. & in quibuſdam putridis(Gal. ij. meth. cap. 2.)ſed fiens valida ſemper debilitat: cum in omni fiente aliquid ſit iam factum, quod lædat. Debilitatæ facultatis vitalis ſignum eſt pulſus paruus (ob languorem facultatis & duritiem atteriæ,)& velox(ob neceſſitatem refrigerandi cordis.) Reſpiratio parua quoque (ob animalis & naturalis facultatis infirmitatem)& velox. Eiuſdem infirmitatis ſigna ſunt, quod qualitates corporis præſertim tactiles mutantur ad caliditatem & ſiccitatem:tandemque ad duritiem & maciem;vbi coniuncta tabes eſt cōſpicua,ex cauitate oculorum,temporum collapſione;præcordiorum contractione,palpebrarum conniuentia,

niuentia,& ſordibus:de quibus poſtea in tabe. Excrementa denique vt ſtercus,vrina,ſudor, pauciora redduntur,conſumpta earum portione ab ariditate partiũ,& caloris aſſiduitate:nam cum paruus ipſe ſit calor, & partes corporis areſactæ:liquari à puſillo calore nequeunt carneæ & adipoſæ:neque liquatione ſua excrementa augere adeò,vt pinguedine obſita prodeant & ſtercora & vrinæ, ſicuti per ardentes febres excidere ſolent.

De ſignis diagnoſticis & prognoſticis febris hecticæ.

Cap. V.

Febris hecticæ ſimplicis (id eſt recentis) ſignorum primum genus eſt, origo ab aliqua cauſa externa vehementiſſima,cum corporis natura calida ſiccaque. Alterum ex proprietatibus caloris, id eſt acrimonia,ſiccitate,indolentia,aſſiduitate,& æqualitate.Sed tamen primis diebus,id eſt hecticæ recentis, calor non valde diſſidet acrimonia ab ephemera, multo minus à putridis, ſiccitate:proinde Gal. hecticam eiuſmodi non internouit niſi 4. die libro de marcore cap.7.nam ſi excedat primum diem,ſuſpicio hecticæ tantùm eſt:quæ extenſione ad tertium diem cum æqualitate & aſſiduitate certam dignotionem affert & diſtinctionem tum ab ephemera, tum à

tum à putrida & continua,& intermittente. Tertiũ ſignorum genus eſt à ſymptomatis,primùm quidẽ actione læſa cordis,& pulſu paruo & veloci,& reſpiratione ſimili. Deinde ab habitu calidiori ſicciorique &duriori.Poſtremò ab excrementis alui paucioribus & vrinis etiam laudatis, neutris ſane pinguibus.

Hecticæ compoſitæ id eſt inueteratæ & ſecundi gradus facilior notio eſt,ob iunctæ tabis differẽtias ſenſiles:ſed ægra magis aut nulla curatio : ob caloris natiui reliqui inopiam : qui abſolutæ euerſioni proximus eſt; neque ſuſtinet ciborum & remediorum impunè frigiditatem actualem neceſſariam.Cõtra atque in primo gradu.Noſcitur compoſita cum tabe ex propriis tabis ſignis paulo poſt exponendis,quæ cum febre putrida iuncta eſt, ex inæqualitate caloris,id eſt remiſſione & exacerbatione quæ ſenſibilis ſit etiam ægro:& ex æqualitate poſt inæqualitatem perſeuerante.Non eſt autem complicatio diuerſarum febris ſpecierum neceſſaria;ſed tamen frequens eſt ephemeræ & putridę in hectica:vt ſit calor vnus fiens, & alter factus : qui tamen natura caloris & ſpecie nõ differat.Sed tantum æqualitatis & inæqualitatis, ratione:cuius idcirco diuerſa ſedes eſt : inæqualis & fientis in quibuſdam tantum particulis coaleſcentium partium: ęqualis in omnibus.Porrò præuidetur euentus ſalutaris vel funeſtus febris hæcticæ,tũ ex robore ægri & ægritudinis.Illius quidẽ ,tum ex natura& pulſu: nam bene habita remediorum frigiditatem facile fert,obſiſtitque diutius calori alieno. Contra male habita, cuius etiam primigenius humor inſtaurari nequit,

dens,cui medeatur:ſiue imminens,quam arceat:ſiue acrimoniam caloris obtundat;tuta eſt ſemper, quia lenta eſt,& ſenſim fit ob renitentiam aduerſę qualitatis,propriamque debilitatem. At refrigeratio prompta quidem eſt, ab efficaci qualitate: ſed periculoſa, ne calorem natiuum extinguat: aut in toto, aut in parte,gracili pręſertim corpore. Sint ergo duo opera indicata,refrigeratio ſine ſiccitate, humectatio ſine caliditate.

Alteratio vtraque in febre hectica tanto debet eſſe validior, quam in qualibet alia ephemera, vel putrida,quanto impreſſa infixaque eſt altius partibus ſolidis.

Duo ſunt inſtrumenta exercendorum operum horum,diçta & pharmacia: Illius materia conſtat ſex rebus vocatis nō naturalibus:primùm aëre, qui ſi frigidus humiduſque natura ſit, retineatur:ſed,ſi frigidiſsimus, inſpiretur tantum, non tranſpiretur: benè tecto corpore reliquo,ſoloque vultu detecto. Calidus temperetur, abacta hominum frequentia, apertis ad boream feneſtris,ſternendo ſolo frigidarum ſtirpium folijs, & perfundendo aqua frigida pauco aceto mixta: Temperatus aër retineatur:prodeſt autem imprimis aër, pulmoni & cordi accenſo,ſicuti cibus potuſque ventriculo, & reliquis viſceribus epithemata,aliaque externa remedia, mox exponenda, (Gal. cap.8. libri 10.) Deinde,cibo frigido,humidoque,euchymo,eupepto, & lento.Veſcatur itaque carnibus gallinaceorum omnium, perdicum,conturnicum,lepuſculorum, veruecum, vitulorum,agnorum, capreolorum, porcellorum, capitibus pedibuſque eorundem,

dem,& anniculorum porcorum,&hœdorum. Carnes hæ,aut aſſentur,aut elixentur, cũ refrigerantibus herbis, lactuca, borragine, acetoſa &c. fructibus,cucurbitæ, cucumeris domeſtici & melonum. Ex earum iuſculis, comparentur hordeata, amygdalata, panatellæ, quæ etiam ex ſolo pane loto & aqua cum pauco butyro vtilis eſt. Panis ſit albus ex aqua frigida: Condimenta ſint ex ſucco granatorum acido dulcium, agreſtæ, acetoſæ,mali aurantij, cum pauco admixto ſaccaro. Denique cibus elaboratus ex oriza, pectore gallinæ, ſaccaro & lacte caprillo ſimul coctis, in pultis modũ: fructus æſtiui omnes &acetaria ex lactucę parũ cocæ folijs cũ aceto pauco & ſaccaro atque vuis corinthiacis. Hi omnes cibi dentur,arte refrigerati,minus tamen quam potus, ob moram longiorem in ventriculo, cum potus celeriter diſtribuatur per venas & viſcera.

Materia potionis eſto in prandio & cœna, conſuetis, aqua pura,inſuetis, eadem cocta cum hordeo mundato: aut cum ſaccaro & pauco aniſo: Infirmioribus tamen ventriculis & naturis,vt tabidis vinum oligophorum dilutum concedendum eſt, quod & coctionem & diſtributionem maturet. Piſces quoque ſaxatiles,ſed elixati tantùm,(aut leuiter toſti, nunquam frixi) in aqua ſimplici cum pauco butyro & omphacio ex vſu ſunt, præcip[illegible] anguillæ, ranæ, teſtudines, limaces, & can[illegible] ſe, vel cum alijs carnibus elixati,ſed a[illegible] paratione paulò poſt docenda: tu[illegible] ri,vigilia breuior, (qui[illegible] lecto non plumaceo[illegible]

ex folijs ſiccatis frigidarum plantarum, tum tranquillitate & quiete animi & corporis, tum deniq́ue excrementorum moderatione, plura enim ſiccant & exhauriunt: pauciora caleſaciunt excitatis, ſuppreſſiſq́ue vaporibus, lactis ſanè optimus vſus eſt, quia humectat & nutrit plurimùm, & refrigerat modicè & facilè concoquitur, magis tamen conuenit ſecundo gradui, vbi infirmiſſimus calor eſt cum tabe: quam primò vbi, viget de hoc victus genere Gal. cap. ij. lib. j. method.

Pharmacia alterum eſt inſtrumentum refrigerationis & humectationis, id eſt eorundem operum duorum: cuius materia idonea remedijs conſtat refrigerantibus ſine ſiccitate, & madefacientibus ſine caliditate. Ea verò ſunt interna externaq́ue, tùm vniuerſalia tū particularia, interna ſunt tum admittenda vt clyſteres, vel ex lacte, vel ex iuſculis prædictarum carnium cum refrigerantibus herbis, vel ex lacte, amygdalino, vel hordeato vel oleis ſimilibus, vt roſato, violato, addita etiam caſſiæ fiſtularis, ℥ I. vel etiam ℥ I. ſem. cum mucilagine ſeminis pſyllii & maluæ cum aqua roſarum extractæ onc. ij. & butyro recenti q. ſ. interna aſſumēda ſunt, copioſa aqu[illegible]frigeratæ potio extrà paſtus, quæ pro rem[illegible] refrigerat & madefaci[illegible] in priori[illegible]ilis. Tabe autem [illegible] pur[illegible]eſt, calorem e[illegible] gu[illegible]li tantùm, vel [illegible] corp[illegible]em auget, ob [illegible] oni[illegible]ū quoque diſ[illegible] ion[illegible]dit, incraſſan[illegible] at e[illegible]dium.

Item iulepi ex aquis lactucæ, endiuiæ, acetoſæ, cum ſyr. viol. nenuphar. Alexandr. manè & veſperi exhibendi. Intus quoque proſunt electuaria tum ſolida vt triaſātal. & diamargar. frig. tùm mollia ex floribus ſacchazatis violarum, borraginis, cichorii & nenupharis, tum ſeminibus acetoſę lactucæ & puluer. electar. prædictorum &c. quæ diſſoluantur aqua potabili inter paſtus ſitis tempore. Externum vniuerſale eſt balneum conſtans aqua ſimplici, idque vel frigidum vel tepidum (calidum enim febrem ſemper auget) tepidum humectat vehementer laxatis poris, præ voluptate ægri, & propria facultate refrigerat, tum obtundendo acrimoniam caloris: tum excludendo vapores febriles per meatus patentiores. Frigidum moleſtum magis eſt, quia inſuetum (laudatur enim à Galeno quia conſuetum ſuis temporibus) & calori languenti noxium: proinde tepidum noſtra ætate præferendum eſt, vel, ex aqua ſimplici, vel, ex mixto decocto plantarum refrigerantium (omnia tamen balnea noxia ſunt in hectica compoſita) frigida inprimis cum tabe: & vtraque id eſt frigida humidaque cum phlegmonis cordis: & cum obſtructionum putredine. Apparatus balnei eiuſmodi eſt. Vt ingreſſus æger alatur quatuor vel quinque horis antè ingreſſum, vel ouis ſorbilibus duobus, vel iuſculo carnium prædictarum, vel cremore hordei: deinde vt vacua ſint ægri inteſtina, vel natura, vel arte, ex clyſtere præſcripto. Hora ingreſſus, eſto, in æſtate, ſeptima matutina, in vere octaua, in autumno & hieme, quarta, vel quinta, poſt meridie: denique locus balnei ſit tepidus, vt ipſum balneum. Altera,

tera, in balneo, cautio eſt, vt ſpatium & mora reſpondeat voluptati,& delectationi ægri, ne defatigatione & ſudore diſſoluatur. Itaque ſemel, vel bis in die,ſi vires ferant,ſin, eædem debiliores ſint, bis, aut ter, in vna hebdomade. Poſtrema cautio eſt, à balneo; vt deterſo leniter madore, vngatur tota ſpina thorax & hepar oleis & vnguentis mox deſcribendis. Vel etiam lactè tepido: tum vt incluſa balnei humiditas,lentore olei intus cohibeatur, tum vt frigiditas humiditaſque noua addatur. Deinde quieſcat æger in lecto:alaturque cremore hordei facto ex iuſculo gallinæ & ranarum aut teſtudinum. Externa particularia,ſunt,topica imponenda ſemper quidem thoraci & regioni cordis(vt ſedi febris hecticæ)aliàs etiã viſceribus phlegmone aut eryſipelate obſeſſis quæ omnia frigida humidaque ſint tenuium partiũ & ſine adſtrictione.

Talis eſt embroche ex oleo violato, roſato, nenupharino,& refrigerato in aqua,aut niue, additis aceti guttis aliquot.

Tale eſt vnguentum refrigerans Gal. ex oleo roſaceo & cera alba ſimul liquatis: multumque cũ frigida aqua ſubactis,quibus guttæ aliquot aceti addantur.Tale vnguentũ.populeũ,ceratum ſantalinum, vnguent. roſac.ſed aqua frigidiori ſæpius lota,additoque pauco aceto.

Talis fotus ex ſuccis lactucæ, intybi, ſemperuiui, nymphææ, vuæ immaturæ,& portulacæ, qui excipiantur linteolis duplicatis & imponantur.

Tale denique cataplaſma ex iiſdem ſuccis polẽta exceptis.

Frequenter frigida imponi debent, omnia topica ſæpeque mutari, ne calefacta, partem viciſſim calefaciant.

Tandiu autem vſurpanda ſunt, dum, æger ſeſe refrigeratum ſentiat, ſitique liberatum: de ijs remedijs Gal. cap. 9. lib. eiuſdem. Sic ergo ſimplicis hecticæ curatio vnica conſtat indicatione, refrigerationis & humectationis. Compoſitæ autem, ſiue, cum tabe, ſiue, cú febre putrida, duplici indicatione curantur, vna à iuncto affectu, ſiue tabe, ſiue, putrida febre. Altera, ab ipſa hectica febre, poſterior enim hæc eſſe debet, prior, iuncti affectus qui vicem gerit cauſæ conſeruantis. Porro, indicationes curatiuæ, cuiuſcunque generis febrium putridarum, exponentur deinceps in putridis. Nunc tabis pathologia, & theraphia exponenda eſt, vtraque ex toto libro Galeni de maraſmo.

Pathologia Tabis.

CAPVT VII.

TABES morbus eſt, nempe ſicca intemperies cordis & totius corporis. Hinc tabida corpora, id eſt exſiccata & conſumpta, & tabificæ cauſæ. Maraſmus Græcè dicitur ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι, id eſt tabeſcere & exſiccari non μεμαράνθαι id eſt tabefactum eſſe: nó enim viueret corpus eiuſmodi (marcor Latinis) Itaque Gal. definitur, *tabes corruptio fiens non facta corporis*

corporis viuentis propter ſiccitatem.(Sæpe tamen eodem nomine maraſmi mors ſignificatur ex ſiccitate incurabili. Sicut ex ſingularum qualitatum exuperantia quæ contraria penitus obliterat, mors quoque accidere ſolet. Nomen eſt vtrunque metaphoricum à flammis præ fomitis inopia deficientibus,ad animalia & ſtirpes earumque ſemina & fructus alimenti inopia& ſiccitate pereuntia,ſiue ætatis & ſenectutis, ſiue morbi ratione, ſiccitas inuehatur. Tabis, quia toti corpori communis eſt, ſedes eſt cor,alias primarió affectum,alias ſecũdario, & per conſenſum viſcerum inflammatorum, vel vlceratorum: hoc tamen poſtremum partium omnium tabuiſſe certum eſt, ob validiſſimam eius facultatem trahendi alimenti In arboribus marcor particularis poteſt eſſe ſingulorum ramorum, in quibus non eſt principium vitæ aut facultatum.

Tabis ſpecies duæ ſunt, ibidem Gal. vt vna ſit humiditatis ſolidorum corporum conſumptio:ſiue illa ſit ſecundaria proximumque ipſorum alimentum(quod ros illi vniuerſim vocatur)ſiue carnis & adipis. Altera ſolidorum corporum propriæ ſubſtantiæ id eſt humoris primigenii. Illam vocat incipientem maraſmum & curabilem, hanc, verum perfectum & incurabilem maraſmum, vbi ſcilicet partes omnes & ipſa quoque vitæ principia cor & hepar ſunt tabefacta: Cum illic aut non omnes partes emarcuerint, aut certe nondum principia ipſa. Hæc igitur diuiſio ad curationem & prædictionem neceſſaria eſt, vbi ſpecies non propriæ audiendæ ſunt, ſed pro gradibus tantùm ſiccitatis,cũ ſolida ſubſtãtia iis tribus ſubſtantiis conſtet.humo-

rali, carnea & ſolida. Alijs Medicis prima ſpecies ſiccitatis eſt bipartita, vt prima ſit roris, ſecunda carnis & adipis, tertia ſolidæ ſubſtantiæ. Eidem quoque Gal. lib. 7. meth. cap. 6. Quarta ſiccitatis ſpecies ſtatuitur in conſumptione ſanguinis venularum & arteriolarum: qui innominatus humor dicitur, primus ſcilicet ſecundariorum: cum tamen ſanguis partium ſubſtantiam non cõſtituat: neque earum actiones iuuet aut lædat: tabis ſpecies eſſe & morbus non poteſt. Succedunt denique ſibi viciſſim ſpecies illæ grauiores lenioribus, pro conditione cauſarum & varietate ſubſtantiarum.

. Porrò vtraque ſpecies tabis, vel ſimplex eſt, vel compoſita: Illa ſolius ſiccitatis eſt exceſſus, ſeruata mediocritate caloris, & frigoris, ſed non diu.

. ..gitur enim primum caliditas (repreſſa luxuria humoris à quo calor obtundebatur) tandemque frigus (prę humoris primigenii reſolutione & inopia:) Compoſita triplex eſt, vna ex caliditatis exuperãtia cum ſiccitate, vt in febre hectica Maraſmode ſiue primaria, ſiue ſecundaria, hæc dicitur μαρασμὸς, πειεφρυγὴς id eſt horridus. Secunda e x frigoris exceſſu cum ſiccitate, vel ſecundum naturam, & ſenectus in animalibus vocatur: in ſtirpibus ἀνανθὴς: vel præter naturam, & vocatur γῆρας ἐκ νόσυ, id eſt ſenectus ex morbo. Terria ex inæqualitate caloris & frigoris cum ſiccitate, Ob frequentes leipothymias συγκοπώδης, dicitur. Oritur autem hæc ex trãſmutatione febris non cõuenienter facta perfrigidę potum & remedia refrigerantia, thoraci & ſepto

tranſuer

tranſuerſo adhibita, vel immoderatiora, vel diuturniora.

Cauſæ tabificę ſunt omnes externę (vt aër, cibi, potiones &c.) Internęque, vt febris hectica & putrida: ſiue primaria, vt ardens: ſiue ſymptomatica, eaque vel vehemens, vel lenta. Cauſarum earum, aliæ per ſe, aliæ per accidens ſiccant & tabefaciunt corpus viuens. Illius generis cauſæ duplices ſunt, quædam enim actu ſiccæ ſunt & ſiccant: vt aër aquilonius in montibus & ſub canicula: cibi & piſces ſaliti, & medicamenta quædam, vt ſales theriaci: quædam poteſtate, vt acetum, muria, vinum generoſum & auſterum Huius generis cauſę, quæ non per ſe & proxime, ſed medio quodam interiecto ſiccant, ſunt triplices. Aliæ enim clã humorem noſtrum depopulantur: quæcunque ſcilicet impenſius calfaciunt, & attenuant, digerũtque, vt vehementes corporis animique motus, curæ graues, febres, venenum canis rabidi, dipſadis, viperæ. Alię apertè quæcũque vtilem è corpore materiam excludunt, vt diffluens ſudor, gonorrhęa, immodicus menſium fluor, alui profluuiorum differentiæ. Aliæ denique refici prohibent effluuium naturale ſubſtãtiæ noſtræ: vt inædia ſiue cibi & potionis abſtinentia, vel voluntaria, vel morboſa, ob vitium ventriculi & faſtidium, vel coacta per famen. Cauſa vna eſt ſine qua non, habilitas naturę exſiccandæ, vel ob caliditatem & ſiccitatem: vel ob mollitiem diſſipabilem: qualis puerorum eſt. Atque ab illis cauſis omnibus vel ſimplicibus, vel pluribus hauriuntur differentiæ tabis ſimplicis & cõpoſitę: Tabis autem ſimplicis, cuiuſcunque ſpeciei

& gradus ſit; ſymptomata ſunt communia hæc, tũ actionum omnium debilitas, maximè vitalium. Tũ excrementa nihil in ſubſtantia mutata, ſed duntaxat diminuta. Tum qualitates externæ corporis mutatæ: vt viuidus color in plumbeum, cutis mollis in duram & ſiccam: ſed in laxam primò ob carneæ & adipoſæ ſubſtãtiæ inanitatem. Deinde in tẽſam ob primigeniæ humiditatis conſumptionem, gracilitas denique & macies. Sunt autem ſymptomata hæc in prima ſpecie leuiora: grauiora in ſecunda: grauiſsima in tertia, quæ verus marcor eſt: in quo cutis ſola & oſſa ſupereſſe videntur Hinc enim adunci vngues ob cõſumptionem carnis ſubiectæ, propriamque ariditatem. Capillorum defluuium, ob inopiam alimenti, & laxitatem pororum. Facies denique hippocratica ex 1. Prognoſt. verſu. 5. cum naribus acutis(conſumpta carne & arefacta cartilagine.) Temporibus collapſis (ex conſumptione carnis) oculis cauis & obſcuris (ob ſubſtantiæ ſpirituoſæ humidæ & carneæ & adipoſæ cõſumptionem.) Palpebris nictantibus(non tam ob facultatis claudentis & aperientis debilitatem, quam ob cõtumaciam immobilem ex ſiccitate palpebrarum.) Cute frontis, dura, tenſa, arida. Auribus frigidis & contractis auerſiſque in extremitate.

Tabis compoſitę ſunt talia præterea ſymptomata vel ad frigus, vel ad calorem, vel ad inæqualitatem referenda: vt à calore & iuncta febre hectica, rubor genarum, habitus calidus, reſpiratio & pulſatio crebrior, & totius corporis caliditas. A frigore vt in ſenectute ex ætate & ex morbo. Color plũbeus, ſenſus hebetes, reſpiratio & pulſatio minor,

rarior

rariorque cruditas,excremẽtorũ,frigus & durities cutis. Ab inæqualitate denique permutatio crebra modo ad caliditatem,modo ad frigiditatem totius corporis,& ſyncopæ frequentes oriuntur.

Signa Tabis.

CAP. VIII.

SIGNA Tabis diagnoſtica,aut prognoſtica ſunt. Illa ſunt quædam communia : quædam propria ſpeciebus eius , & ſingulis differentiis.

Diagnoſticũ cõmune primũ eſt à cauſarũ ſiccantium prægreſſarũ aut vehementia, aut diuturnitate: tũ à naturæ laborantis habilitate,nẽpe ſiccitate & gracilitate, vel etiam mollitie diſſipabili,vt puerili. Secundum commune eſt læſio actionum præſertim vitalium , vnde pulſatio parua & dura ; ob arteriæ ſiccitatem : reſpiratio ſimilis.Naturalium etiam , vnde faſtidium & cruditas. Animalium denique externarum , vt motiuarum : nam internæ & ſenſitiuæ non læduntur per omnem tabem;vt per duos primos gradus:cum intelligere & ſentire ſit magis accipere quàm efficere:conſtetque paucioribus ſpiritibus quàm mouere.Tertium commune eſt in mutatione qualitatum externarum:coloris enim nitor perit,gracileſcit habitus cutis laxa primùm, deinde tenſa duraque fit, furfuracea & pediculoſa. Quartum commune eſt

in excrementis nihil mutantis in ſubſtantia,id eſt non pinguibus,non oleoſis,ſed in quantitate parciori.

Diagnoſtica,aliâ propria ſunt ſingulorum graduum tabis (non enim propriè ſunt ſpecies.) Primùm à cauſarum ſiccantium diſpari robore & varia corporum ſubiectorum habilitate. Leuiores enim,rorem . grauiores , carnem, & humorem,ex quo caro & adeps coijt. Grauiſſimæ humorem primigenium abſumunt. Alterum , eſt in gracilitatis differentiis,quæ,ſi leuis ſit,in partibus externis primum tabis gradum;ſi magna , ſecundum gradum: ſin maxima,vt corpus totum quaſi σκελετὸς videatur cum facie illa cadaueroſa ab hippocr.deſcripta primo prognoſt.aphor.4. & 5. tum tertius gradus tabis eſt perfectæ.

Alia diagnoſtica ſigna, ſunt propria tabis compoſitæ & ſimplicis,à cauſarum conditione,ſimplex enim fit à ſola inædia,ſed raro,nec diu durare ſine comitatu calidæ aut frigidæ intemperiei poteſt. Compoſita,fit,vel,à diuerſis cauſis ,vel , ab eadem vim diuerſam habente.Eius ergo,quæ, cum caliditate & febre hectica iuncta eſt,ſigna ſunt, ex habitu calido,pulſu paruo,veloci,& duro , & ſimili reſpiratione.Eius,quæ frigori implexa eſt:(ſi naturale eſt vt in ſenio) ſignum, ex longiori anteactæ vitæ ſpatio.Sin non naturale , ſed , ex immodica febris refrigeratione ortum,noſcitur,tum ex pulſu paruo, raroque,& ſimili reſpiratione , ex toto habitu frigido,etiam in thorace,& ſub alis, & ex remediorũ refrigerantium nimia , vel , diuturna vſurpatione. Eius denique,quæ, cum inæquali intemperie , frigida

gida calidaque innexa eſt, ſignum eſt, tū ex cauſis, vt ex vſu intempeſtiuo, per febrem, frigidorum remediorum, à quibus, quarundam partium calor natiuus cum febrili ſimul extinctus eſt: in aliis cum natiuo febrilis relictus integer, tum, ex effectibus vtriuſque intemperiei, ideſt ex permutatione habitus, modo ad caliditatem, modo ad frigiditatem, denique, ex frequentibus lipothymiis, ob frigus, & ſpirituum cordis penuriam.

Prognoſtica, ſumuntur, à comparatione roboris, morbi, & ægri, idque per ſpeciem cognitam ſiccitatis. Prima, curabilis eſt, conſtat enim partium ſolidarum temperie, quæ cibos euchymos facilè coquat, vertatque in ſanguinem, mox in rorem. Secunda ſpecies, curabilis quoque eſt, ſed tamen ægre ob temperiei ſolidarum partium mutationē, carneæque ſubſtantiæ diſſipationem, ſicuti poſt lōgas, aut acutiſſimas ægritudines accidit. Tertia ſpecies, incurabilis omnino eſt, tùm, ob intemperiem ſicciſſimam partium (vnde caloris ruina eſt functionumque naturalium;) tum, ob ſeminalis materiæ inopiam: in quam ſanguinis mutatio, multiplici eget caloris actione: tum denique, ob pororum excipientium alimentum conniuentiam, præ ſiccitate & denſitate. Sic conuulſio ab inanitione incurabilis: ſic ſenectus ab ætate inſanabilis eſt. Illa, ſunt prognoſtica graduum tabis, hæc, differentiarium. Simplex tabes, facilius curatur, quam quælibet compoſita. Quæ cum hæctica coijt, ægerrimè curatur: tum, ob affectuum multitudinem tum, ob frigiditatis remediorum noxam & periculum. Quæ cum

cum frigore,ægrè quoque curatur; quod validum frigus,valido calore expugnandum ſit,cui, eximia vis eſt ſiccandi. Quæ denique cum inæquali intemperie concurrit, periculoſiſſima omninò eſt:ob lipothymiarum frequentiam.

Therapia tabis ex libris Gal.de marcore & libro 7.method.

CAP. IX.

TABES ſimplex, vnicam humectationem indicat, cuius vis decernitur è gradibus tabis. Vis autem,variat, prò gradu humiditatis,& ſpatio vtendi. Tabes compoſita, præter humectationem, indicat aliud opus, vt refrigerationem, ſi cum hectica febre:calefactionem, ſi cum frigore ex morbo,ſicuti ex ætate,temperationem,ſi cum inæquali intemperie iuncta ſit:refectionem denique ſubitam,ſi cum lipothymia.

Horum operum duo ſunt inſtrumenta,diæta & pharmacia:illa,continet res ſex,non naturales vocatas,ex quibus,aliæ perſe humectāt,abſumptumque humorem partium reponunt,vt, cibus potuſque:aliæ per accidēs,tùm,quæ partes corporis præparant, ad accipiendum alimentum, id eſt humorem alimentarium, poros earum aperiendo, relaxandoque,vt aër humidus,balneum tepidum,mollis,&

lis,& pauca frictio:tum,quæ velocem partium ſiccationem remorantur,vt,ſomnus,quies,tranquillitas animi,quarum humorem,celeriter diſsipant vigiliæ,motus vehementes,& animi perturbationes, vt curæ, mœrores, iracundiæ, (vide cap. 5. lib.de marcore.)Cibi & potionis rectus vſus, cõſtat, idonea qualitate,quantitate,modo,& tempore:qualitas cibi,ſit tenuis,id eſt eupeptos & euchyma(craſſa enim & viſcoſa nimis ſubſtantia, ægrè coquitur, & diſtribuitur) atque humectans plurimum, id eſt nutriens & temperata(non auſtera, acerba, acida, non acris,ſalſa, amara-uè) cuiuſmodi cibi omnes, ſunt medicamentoſi & ſiccantes, horum materia ſpeciatim explicata eſt,in febre hectica,& retinenda,in duabus primis ſpeciebus tabis, vel gradibus. Potio aquæ ſimplicis,vel coctæ cum hordeo mundato humectat,irrigando,& per accidens, obtundendo calorem; ſcilicet ne celeriter abſumat humorem,non enim coquitur aſsimilaturvè. At potio vini,verè & celeriter multum nutrit:ſed ipſum, ſit tenuè,non craſſum & dulce (quod ægrè coquatur &diſtribuatur)non acerbum,auſterum,vel acre, ne,ſiccando nimis humorem abſumat: non vetus, neque recens,ne,craſſum nimis,& excrementoſum ſit:tale vocatur holigophorum quod etiam diluendum eſt.Quantitas victus præſcribendi, ab affectu, id eſt tabe,plurima indicatur,ſed,contra indicatur à virium,& caloris natiui debilitate,à quo paucum poteſt coqui.Itaque in plures vices, diuidendus eſt cibus,tres,quatuor,ſex,aut plures, quantò parciùs datur ſingulis diebus.Neque verò priùs dandus cibus eſt, quàm prior coctus ſit. Coctionis ſignum, leuitas

leuitas eſt ventriculi,& ructus non redolens cibos, eadem ratio potionis eſt, vt, imbecillo nimis ventriculo, aut oppreſſo thorace, non adhibeatur niſi parcè & cocto prius cibo, ne fluctuet, aut thoracē nimis opprimat. At,in tertia tabis ſpecie obſeruatis tamen iiſdem qualitatis,quantitatis,& vſus,quę præſcriptæ modò ſunt, indicationibus, multò tenuiſſimus victus adhibendus eſt: qui facilè concoquatur, & diducatur in partes nutriendas per anguſtiſſimos poros, ab infirmiſſimo calore. Huius generis ciborum eſt lac,plurimùm nutriens,humectans,modicè refrigerans, vt patet,ex ſubſtãtia ſeroſa & caſeoſa,frigidis,& vnica temperata butyroſa.Probatio lactis prima,eſt,è ſpecie animalis, humanæ enim fœminæ optimum lac eſt & maximè alimentoſum: (ſi è mammillis ſugatur) deinde aſininum, omnium humidiſſimum,vnde ventrem ſenum ſoluit.Gal.4.lib.diæt.acut. omniſque acrimoniæ eſt expers, tenuiſsimum, vnde, non cogitur, ſed,coquitur facilè in ventriculo,& diſtribuitur in partes alendas. Sumendum eſt, cum primum eſt mulctum,adhucque calens. Tertio bonitatis ordine caprillum collocandum eſt, mediæ ſubſtantiæ, & temperamenti, inter fœmininum & aſininum: at bubulum & ouillum nimis craſſum eſt, & facilè concreſcit in caſeũ, ægrè coquitur, & diſtribuitur: tametſi vtrumque magis alimentoſum.Item aſininum & caprillum magis tergent vlcera, vt pulmonis per phtiſim: bubulum & ouillum præſertim vſtulata magis adſtringunt,vt dyſſenterias,& cicatricem ducunt,vt,in vlceribus pulmonum, vſtulatur autem lac reſtinctis in eo ſilicibus vel lapidibus

bus fluuiatilibus:à quibus ſerum abſumitur, & butyrum, relicta caſeoſa & terrena magis ſubſtantia. Altera probatio lactis eſt,ex ætate,natura,& victu, cuiuſque fœminarum ſpeciei,vt ſcilicet vigeat,ſicuti humana,ab octodecim annis ad triginta,vt ſit eadem ſanguinea,benéque exercita & nutrita,tertio aut quarto menſe à partu. Aſina quoque ſit nigra,paſta humidis frigidiſque herbis, & quæ benecoxerit, perinde eſt ſentiendum de capra. Tertia probatio,eſt è propria ſubſtantia,vt æqualis ſit non varia,vt media ſit, ideóque non nimis hæreat vnguibus,neque celerius diffluat. Denique,vt quam dulciſsimum ſit,ſplendens & odoratum. Sumendum autem ad cyathos duos, tres, aut quatuor, prout melius peiuſvè concoquitur, idque ſemel aut bis,aut ter,aut ſępius,ſed vacuo ſemper ab aliis cibis ventriculo,ne corrumpatur:idque vel in exitu balnei,vel etiam ſine balneo, ſi non feratur ab ægro. Corruptela acida vitatur, (quæ cogitur in caſeum) melle mixto pauco, ne febrem augeat, & nidoroſa mixto ſaccaro roſato. Quod ſi vtraque vitari nequeat,lactis locum ſuppleat amigdalatum vel hordeatum. Denique cautiones in vſu lactis, ſunt hæ,Hipp.ſect.5. aphor. 64. ne per febrem putridam,vel continuam,vel intermittentem,per viſcerum phlegmonas, alioſque tumores, per catarrhum, per diarrhœam, & per cephalalgiam ægris propinetur.

Eiuſdem generis tenuiſſimi victus, ſunt præſcriptarum carnium iuſcula, conſummata vocata, iura colatitia earundem contuſarum, & ſucci expreſſi ex iiſdem toſtis modicè,(vel liquidi & concreti

creti & gelatinæ vocantur:)aut denique,aquæ ſtillatitiæ earundem carnium; quarum apparatus eſt eiuſmodi.

Gallinarum, perdicum, vitulorum, veruecum, carnes deglubuntur,& ab oſsibus continuò diuulſæ detracto omni adipe & membranulis, aqua roſarum vel bugloſsi lauantur, minutim inciduntur: & incluſæ alēbico vitreo in balneo Mariæ, id eſt in lebetem aqua feruida plenum dimittũtur, cuius fundum non attingant,deinde exprimuntur: aliàs, non minutùm, ſed membranatim tantùm diſcerpuntur poſt lotionem, & ſuſpenduntur in eodem alembico: aliàs auri folia, vel argenti, conſeruas florum cardiacorum,vt borraginis,& pulueres electariorum cardiacorum,vt diamargariti frigidi,admiſcent,tumque reſtaurantia vocant:aliàs denique cum prædictis carnibus pariter præparatis,herbas decoquunt idoneas, & poſt decoctionem addunt pulueres & conſeruas prædictàs: moxque omnia, vt dictum eſt, incluſa diſtillentur in vaſe duplici, harum aquarum quinque aut ſex cochlearia, cum pari quantitate iuſculi exhibenda ſunt tabidis,per interuallum quinque aut ſex horarum. Aqua quoque ex anguilla ob lentorem,frigiditatem, & humiditatem,eſt optima cum earũdem ſubſtantia,ſed tamen,ob originem è putredine,& alitionem, &, ob mixtionem cum ſerpentibus, ſæpe fit inſalubris.Deligatur ergo,& ex aqua ſalubri, & fluuiatili, cute ſua ſpolietur, ſecetur per medium, lauetur aqua roſarum ſalita, incidatur minutim, eiuſque fruſtulis impleatur venter gallinæ exenteratæ. & coquatur vtrumque, in ſufficienti quantitate aquæ

aquæ & hordei mundati, poſtremo, diſtillentur omnia. Doſis eſt onc.ij.huius aquæ,cum pauco ſaccaro.Iuſculum tamen vtiliſſimum eſt, ſine diſtillatione.

Eodem exemplo,ex teſtudinibus,limacibus, & cancris fluuiatilibus, cum herbis frigidis humidiſque elixatus, tabi ſaluberrimam diſtillationem moliri licet. Carnes quoque cancrorum, tabidis idoneæ fiunt,primùm lotione,cum cineribus,ſale, & furfure,deinde,cum aqua dulci:denique coctione cum hordeo mundato & aqua. Sic teſtudinum nemoralium carnes, eodẽ apparatu ſalubres fiunt, ſed earum ius tamen coctu facilius eſt:limaces denique montani præparati primum per inædiam bidui,deinde per paſtum ſaccari, & farinæ triduanum, tùm coctione leui cum aqua & pauco ſale, tandemque, perfecta & exquiſita, cum iure gallinæ,veruecis,& vituli,vel potius cum lacte. Ex ijs tamen ſtillatitia aqua coctu facilior eſt:polletque eadem refrigerandi & humectandi poteſtate.

Poſſunt denique,ſolentque,confectiones ex teſtudinum carnibus,gallis, hoc pacto concinnari.

℞. carnis teſtudinum nemoralium vt dictum eſt decoctarum onc. ij. pulpæ paſſularum & amigdalarum dulcium excorticatarum an.onc.1.granorum pini aqua roſ. frigida priùs infuſorum onc. ſ. pulu.elect.triaſant.ʒ iij.ſeminis papau.albi ʒ j.pulpæ ſeminis cucurbitæ ʒ ij. cum ſaccaro diſſoluto ex aqua borraginis, fiat electt.ſolidum tabulatum vel vt manus Chriſti.Eandem vim gerunt pignolata dicta,biſcocta,torrones,tartelta.ex amigdalis,&

panis marſus, ſed hi cibi verè tabidis noxij, quia craſſiores.

Adhuc tabis ſimplicis, ideſt, cum moderatione caliditatis & frigiditatis, Therapia ſimplex & vnica conſtans humectationis indicatione expoſita eſt.

Nunc eiuſdem tabis compoſitæ therapeia ſequitur, conſtans duplici indicatione, vna, tabis, altera iuncti affectus vt in tabis implexu cum hectica febre, refrigerationis & humectationis, eadem ſcilicet, quæ ante expoſita eſt in hectica, niſi, quod ſi verus marcor ſit, & tabes tertiæ ſpeciei, non ſubſtantiæ ciborum præſcriptorum, ſed iuſcula carnium, ſuccique liquidi vel concreti earundem, aquæ & lac, cum vino holigophoro tantum vſurpantur.

Balnea quoque, & topica remedia, non actu, ſed facultate tantum frigida, vſurpentur; idque omnino modicè, ne, puſillus iamque fatiſcens omnino calor extinguatur. Tabis cum frigiditate morboſa iunctæ, duplex indicatio eſt, humectationis plurimæ, & calefactionis modicæ, (ne maior reliquias caloris digerẽdo, abſumat) eadem inſtrumẽta duo, diæta & pharmacia; illius materia ſit, iuſcula prædictarum carniũ cum herbis calidis: cum hyſſopo, mentha, elixatarum, hordeatum coctum cum aniſo, ſale pauco, cinamomo, & ſaccaro: gelatinæ mixtæ, cum cinamomo & vino albo, potio vini non holigophori ſed generoſi & mediæ ætatis, parum diluti, lac mulſum. Huius materia, balnea, vel in oleo ſimplici, vel in aqua, incoctis herbis calidis. Topica ſint cordis & hepatis & totius ſpinæ ex oleo nardino, chamæmelino, vel per ſe, vel cum cera,

ra, vt fiat linimentum, diutius partibus adhæſurũ. Denique catellus vel pullus ſtomacho vel cordi appoſitus: pulueres denique, vocati digeſtiui, cibos incluſuri in ſtomacho, cocturiuè.

Eadem eſt ſenum gerocomica, qua ſenectus differatur, de qua in fine tertij libri de arte parua. Tabis compoſitæ cum immoderatione caloris & frigoris, duplex quoque indicatio eſt, humectationis & moderationis per temperata, tum edulia tum medicamenta. Quod ſi cum leipothymia, tota medicatio, ob magnitudinẽ, ad eam conuertenda eſt; per hauſtum vini tenuis, & aquas carnium, vel ſtillatitias dictas aureas, qualis eſt imperialis & cœleſtis vocata, & per prohibitionem etiam exhalationis, ex aquæ frigidæ aſperſione.

IOANNIS

HVCHERI,

DE FEBRIBVS PVTRIDIS, EARVMQVE differentijs, ſignis cauſiſque & curatione, tum ordinaria, tum extraordinaria.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

EXPEDITA duorum febris generum curatiua methodo: Tertiū & vltimum ſupereſt propoſiti operis argumenti de therapia tertij febrium generis quod putridarum eſt. In hac ergo explicanda, tripartitus labor noſter futurus eſt. Primum enim febriū iſtarum communes cauſas omnes, ſymptomata, ſignaque tum diagnoſtica, tum prognoſtica vniuerſim enarrabimus: mox indicationes generales operum curationi neceſſariarum, tum cauſarum, tum febrium, tum denique ſymptomatum grauiſſimorum,

rum, atque operum exercendorum inſtrumenta, eorumque materiã totam generatim complectar: poſtremo putridarum genus totum, in proprias ſpecies, ita diducam: vt proprias ſingularum cauſas, ſymptomata, ſignaque ſubiungam, tandemque propriam curationem apponam. Sit igitur explicationis exordium à repetita febris putridæ definitione: quæ eſt, *Intemperies calida cordis, omnes corporis functiones lædens, & ex putrefactis humoribus accenſa.* In hac definitione (intemperies) genus eſt, reliquæ ſunt differentiæ, vt antea ſatis ſuperque explicatum eſt.

De cauſis febrium putridarum.

CAP. II.

PVTRIDÆ febris cauſa proxima continens putredo vulgo ſtatuitur: Cauſſæ antecedentes mediatæque complures: è quibus aliæ ſunt cauſæ & ſymptomata, vt prohibita tranſpiratio: (quæ eſt expulſio vel diminuta, vel abolita tertiæ coctionis excrementorum fuliginoſorum indeque calor excitatus putredinis eſt author.) Aliæ cauſſæ ſunt & morbi, vt obſtructio, adſtrictioque, à quibus tranſpiratio prohibetur: Aliæ ſunt cauſæ tantùm: vt quęcunque obſtruūt adſtringūtque poros, tum obſcuros cutis, tum manifeſtos interiores. Putredinis cauſa eſt calor putribus, in putreſcente materia (ſicuti & ſpiri-

tibus calefactis ſimplex)accenſus & in cor emanās: ipſumque viciſſim accendens.

Febris,huius quod à putredine oriatur,indicium eſt, caloris acrimonia ſiue ſāguis totus eiuſue pars aliqua putreſcat,ſiue moribundis per frigidos etiā affectus ægris febricula ſuperueniat:hæc enim non ſpirituoſa quidem,aut hectica:ſed putrida, & à putreſcentibus(præ imbecillitate caloris fatiſcentis) excrementis,ſic aquarum profuſionem , ex aperto hydropicorum abdomine febris putrida ſemper conſequitur.

Putreſcens autem materia calet : non ab extraneo quidem calore,quum per hiemē , vt per æſtatem,& in locis frigidis,non in calidis tantùm, ipſa putreſcat:ſed potius à natiuo ſuo calore cum ſubiecto humore expanſo,&,poſt diuortium à paſſiuis qualitatibus factum,efferueſcente:à quibus in mixto,ante,putredinem repreſſus,neque feruebat, neque calefaciebat(ſic calix irrigata magis ardet) hic vero calor materiæ putreſcentis ad cor delatus, illud ipſum cum calore eiuſdem & ſpiritu fluente vehementer inflammat:cum quo ſparſus in totum corpus idē ipſum calefacit:ſed id de interna putredine accipiēdū eſt:ab externa enim, vt ſcabiei, elephantiaſis,cācri,nulla febris putrida:quod craſſiori hęreat materię:vel quod è loco diſtātiori digeratur: antequā arteriarū pulſatione in cor rapiatur.Sed tamen cū rerū animatarum cadauera,& inanimatarū corpora ſæpius putreſcār,ob inſiti caloris eorū exiguitatem,eorunedm tamen calor putridus valdè eſt inefficax,& veluti potētialis tantùm, (ideoque defunctorum putreſcentes partes etiam frigent rigēt-

que)

ſque)multoque minor quam qui per febres ægrotantium ſentitur.Hinc febris putridæ cauſſa proxima putredo non videtur, ſed calor fluens in corde collectus,vel coquendi, vel pellendi humoris putridi cauſa,in vniuerſum corpus refuſus. Sic enim caloris natiui multiplices fiunt,ab indita cordis doctrina in varias corporum partes pro vrgente earundem neceſſitate motus.ſic in plantis per hiemē ad radices calor recurrit:per æſtatem,ad ramos excurrit:in animantibus,per hiemem,& ſomnum,ad viſcera;per vigilias & æſtatem, ad habitum & cutem:in cogitatione, ad cerebrum; in mœrore, ad cor;in pudore,ad vultum; in ſenſu, ad ſenſoria; in motu voluntario,ad muſculos;in coctione cibi, ad ventriculum. Iidem fiunt caloris per morbos motus; vel ad partem dolentem cum tumore, & per initia acceſſionum,ad focum. Vnio tamen ſola,collectioque caloris fluentis in corde, ad febrem ſatis non eſt,niſi idem ſit immoderatus,vel, à cauſa externa,vel,à putrido vapore.Proinde febris putridæ proxima cauſa,ſtatuenda eſt, calor innatus fluens, & à putrido auctus,à quo,tum cor ipſum,tum reliquum corpus, ſupra modum incaleſcit. Putridi autē caloris ſolùm meminere medici, quod princeps ſit cauſſa & occaſio, agitandi caloris illius innati. Hoc patere poteſt,his exēplis,quod ſuppurās pleuritidis materia ſit calidior quàm antea, cū non tam vigeret calor natiuus.

Item febres iuuenum,maiores ſunt,quàm ſenū; ergo magnitudo earum reſpondet magnitudini caloris natiui.Denique,febres ſalubres, in ſtatu ſuo, ſunt maiores,quando coctio maior eſt,&, putredo

minor;ergo magnitudo febris, non reſpondet magnitudini putredinis; ſed vnioni caloris natiui coctionem promouentis.

De putredinis ſpeciebus.

CAP. III.

EST autem putredo duplex, vna phyſica: altera medica. Illam definit Ariſtoteles libr. 4. meteorum cap. 1. *Interitum abſolutum caloris interni in humore à calore extraneo*, Id eſt, aëris ambientis. In hac definitione, genus, eſt *Interitus*, tanquam forma accidentis, nempe putredinis: reliquæ duæ ſunt differentiæ: è quibus prima ſubiectam materiam putredinis continet, nempe calorem naturalem in humore. Altera cauſam putredinis, calorem externum, id eſt, aeris. Vt ſit putredo, nihil aliud, quam *corruptio materiæ putrefactæ per diſſolutionem partium mixti corporis à calore externo inducta: à qua natiuus calor cum humore ſubſtantifico ſubiecto foràs è mixto educitur*. Quare putredo illa phyſica ab eodem Ariſtotele ſimplici ortui opponitur, finiſque omnium natura conſtantium ſtatuitur: niſi quid violentum interueniat: vt extinctio à frigore, & combuſtio ab igne: habent enim illi effectus terminos contrarios: nam mixtio & ortus, à qualitatibus diuiſis ad coniunctas, ſicuti putredo à coniunctis ad diuiſas progreditur. Nam calor frigore temperatus (ne abſu.

abſumat) dum humorem terrena ſiccitate repreſſum (ne diffluat) coercet,definit & terminat mixtum. Mixtionis quatuor elementorum, omniumque mixtorum procreationis author, eſt calor. Hic inſidet humori,(refugiēs ſiccitaté) in quo ebullitionem excitat, per quam fit vera mixtio qualitatum paſſiuarum cum agente. Eſtque illa ſolius naturæ non artis,ſic in muſto,tandiu fit ebullitio caloris in humore, donec muſtum coctum, eiuſque pars humida calidaque cum ſicca iuncta ſit. At calor natiuus, dùm interit in humore quo continebatur, eumque ampliùs non regit aut terminat: tum diſſoluitur mixtio, calore cum humido ſuo ſubſtantifico ad mixti ſuperficiem ſecedente,(hinc putreſcentia corpora foris nigreſcunt humeſcuntque,ob humoris affluentiam, & fœtent) putrefacta arida ſunt & alba Ariſtoteli. Iure tamen excipias corpora aridiſſima, vt mineralia & metallica, in quibus ob magnam ſiccitatem & exquiſitam paſſiuarum qualitatum mixtionem,parum admodum humiditatis ad ſuperficiem vergit eorum: vnde nō humida,ſed carioſa potiùs, & rubiginoſa, aut friabilia etiam fiunt: neque fœtida:fœtor, enim eſt ab humido crudo, qui rebus crudis à natura inditus eſt: vt tanquam prauæ & incoctæ ab animantibus fugiantur.Contra ſuaue olentia,à perfecta coctione eſt, & caloris in humidum dominatu. Perimit autem calorem naturalem,tum frigus contrarietatis vi, & extinctio) tum ignis adurens, & combuſtio dicitur:vterque affectus violentus eſt. Putredo naturalis eſt,*Interitus caloris ab aSmenti,id eſt, humoris primigenij inopia*, ad quam putredinem omnium

animatorum caloris naturalis interitus,vt ſenectus in animalibus, & marcor in plantis,via eſt. Quandiu enim vis aliqua caloris natiui, ſupereſt in mixto:nec abſolutus omnino eſt eius interitus:non putredo,ſed ad putredinem eſt via. Itaque in congelatis & ambuſtis, fœtor non eſt: neque generatio vtrique congelationi & extinctioni ſuccedit,quia, illi,calor,huic, humiditas deeſt, quæ putredinem ſępe ſequitur:quia licet calor debilior humido non dominetur ad priſtinam formam humidi retinendam:parti eius tamẽ dominari ad nouam formam poteſt. Cæterum hoc modo putreſcunt ſimplicia elementorum trium corpora, ſed non ſimpliciſſima,vt,aqua,terra,aer, ex mutuo commercio mixta, ſolus ignis non putreſcit,quia, neque calor eius augeri ab extraneo; neque refrigerari poteſt, neque rurſus humorem habet in quo putreſcat. Putreſcũt quoque animata poſt mortem, & inanimata corpora, quæ ſunt calida humidaque facillimè: quæ aduerſas qualitates vtraſque gerunt,frigiditatem & ſiccitatẽ,difficillimè.qualia ſunt acerba, auſtera,acida.Quæ vnicam tantùm vt ſiccitatem,aut humiditatem,medio modo ſe habet.

Quinetiam,locus calidus humiduſque putredinem accelerat,aucto rerum putreſcentium humore, & natiuo calore debilitato, ab externo. Contra motus, rerumque moles, arcet putredinem: ille, ob aëris mutationem refrigerantem quem aſſiduò excipiunt quieſcentia,ſicuti & quę pauca ſunt &c.

Putredo medica definitur. Gal. ij. method. *Corruptio materiæ putreſcentis*: diſtatque à phyſica: primùm

primùm quidem genere: neque enim naturalis eſt, ſed violenta: neque abſolutus caloris natiui interitus: aliàs putrefacta materia frigida ſcilicet ſiccaque, cineris inſtar, febrem non accenderet; tantumque cum vrinis excerneretur: ſed fiens adhuc, quandiu ſcilicet ab externo calore internus cum ſuo humore foras euocatur. Ab hoc enim tantiſper augetur calor natiuus, vnde febris, dum diſſoluto penitus calore, putrefacta materia à frigore occupetur. Benè enim Hippocr. aphor. 47. lib. 2. dum pus fit. febres, & dolores fiunt, facto pure omnia conquieſcunt.

De putredinis differentiis.

CAP. IIII.

PRIMA putredinis differentia, eſt, cõmunis vtrique putredinis ſpeciei, de ſubiecta caloris putridi materia humorali. Omnes enim humores putreſcunt, vt paulò ante dicebamus: tum, vniuerſi, mixtique, vt, ſanguis totua: tum, ſinguli, vel biliosi, vel pituitoſi, vel melancholici, nullus enim iſtorum, eſt omnino ſimplex & ſyncerus; eſtque omnis humor particeps alicuius humiditatis & ſiccitatis. Secunda differentia eſt, vtrique quoque putredini communis, calor ſcilicet externus, aeri circũfuſus: hic enim, vt reliqua rerum corpora, debilitato earum calore natiuo, vel diſſipato cum ſuo ſubiecto humo

humore putrefacit:ſic omnes humores idem tranſpiratus inſpiratuſque corrumpit. Sed medicæ putredinis, & humoralis, alius quoque calor author eſt, ex tranſpiratione cohibita fuliginoſorum tertiæ coctionis excrementorum accenſus. Sed hic tamen calor, cum ſit à morbo ortus, & à naturali diuerſus, pro externo haberi poteſt. Medicamenta quædam impropriè vocantur ſeptica, id eſt, putrefacientia cum partes potiùs adurant, quibus admouentur, eaſque penetrabili acrimonia exulcerent, erodantque, vtpotè quæ, ſint calidiſſima, ſine humiditate vlla. Externi denique caloris in corpore, cauſæ ſunt antè expeditæ. Putredinis humorum in venis ſpecies tres Gal. tributæ ſunt. cap. 7. lib. 2. de differ. febr. & ſimilium puris differentiarum exemplis explicatæ. Prima igitur eſt, vincente calore natiuo putridum, non tamen omnino, & alterante materiam ſubiectam, pro partium ſpermaticarum natura. Proinde vtriuſque notæ ſunt quatuor, ideſt tum puris, tum hypoſtaſeos optimæ, albedo, æqualitas mediocris, craſſities, minimuſque fœtor. Secunda primæ contraria eſt ex infirmitate caloris natiui, & malignitate indomita materiæ orta, cum victoria caloris putridi: vnde notæ primis illis ſunt contrariæ, calor flaueſcens, vel nigricans &c. plurimus fœtor, & inæqualitas maxima. Tertia eſt media, quaſi ex pari robore innati alienique caloris, proindéque communes mediæ, quaſi notæ ſunt vtriuſque, puris & hypoſtaſeos: niſi ad hunc vel illum calorem validiorem propiùs accedant. Eſt enim vtriuſque cauſa efficiens, calor natiuus partium, ſed putrido mixtus: qui tamē non

agit:

agit: ſed prohibet actionem natiui. Materia puris diuerſa eſt ſanguis nempe:locus diuerſus, caro ſcilicet muſculorum,& parenchyma viſcerum:magis tamen fœtet pus quam hypoſtaſis: quia anguſtiori loco minuſque perſpirabili,& magis coactū concluditur:hypoſtaſeos materia,& parcior eſt:& magis ſparſa per vaſa. Hypoſtaſeos autem materia in ſanis reliquiæ ſunt cibi & ſanguinis imperfectè confecti:quæ aſſimilari quidem à vaſis potuerunt, penes qualitatem,non ſubſtantiam.Exeunt autem à poris ipſorum vaſorum vbi exalbeſcunt: non in ipſis ductibus vaſorum: in quibus omnia rubent: ſed,per eoſdem ductus redeunt ad venas,cum ſero ſanguinis:neque præ craſſitie poſſūt inſenſibiliter reſolui.Hinc hypoſtaſeos materia,ea eſt portio putreſcentis humoris quæ à calore natiuo vinci & aſsimilari nō potuit. Bilis enim & quilibet humor alius non poteſt ſyncerus concoqui, aut ſuppurari: ſed mixtus cum ſanguine coquitur & ſuppurat.

Hinc hypoſtaſes, creſcunt cum temporibus febris putridæ,quæ in principio non erant,aut ſaltem aſſumptorum antè alimentotum erant propriæ.

De Communibus ſymptomatis febrium putridarum.

Capvt v.

Ebris putridæ ſymptomatum duo ſunt genera, vnum, communium, omnium febris ſpecierum, quatenus intemperies eſt calida ſiccaque. Hæc ſunt antè expedita, cuiuſmodi ſunt, à calore quidem, mutatio pulſus & reſpirationis, in magnitudinem, celeritatem, & crebritatem, & totius habitus caliditas intemperata: à ſiccitate, ſitis vigilia, adſtrictio alui, totius habitus ſiccitas, & aſperitas linguæ, tandemque fiſſura eiuſdem: caliditas quidem habitus, acris & fumoſa eſt. Alterum genus, eſt propriorum febris, quatenùs putridæ, & à putridis humoribus ortæ: eaque, non ſolùm grauiſsima ſunt, quantò ſcilicet, putredo ſimplici febre eſt calidior: ſed etiam multiplicia. Idque tùm ob varietatem putreſcentis humoris: tum etiam loci ſiue foci: in quo materia collecta putreſcit: ſiue, ibidem genita ſit: ſiue, aliunde tranſmiſſa, attractauè; ſiue, ad quem per acceſsiones materia putreſcens impellitur: vel certè, vapor eius expiratur, hinc in capite ſomnolentia, vigilia, deliratio, cephalalgia, grauitas; in ore, palati & linguæ ſiccitas, aſperitas, fiſſura, nigrities, guſtus deprauatus; in faucibus, tranſglutiendi difficultas: vel, ob ſiccitatem, vel, ob lento

lentorem hærentis pituitæ; in ventriculo, ſitis implacabilis, faſtidium, nauſea, vomitio, ſingultus, lipothymia;in corde,oppreſsio,tremor, vel potiùs palpitatio ſyncope,& aliquando mors;in hepate& liene,tenſio,tumor,dolor;in lumbis, dolor, & grauitas;in habitu,id eſt muſculis,laſsitudo,membrorum grauitas, dolores, & per initia acceſsionum, frigus,horror,rigor diſſolutio articulorum,& præterea, pectoris oppreſsio, cum ingenti ſiti, dolor oſtocopos,pulſus obſcurus,ideſt,paruus, & tardus cephalalgia grauans,oſcitatio, pandiculatio. Hæc vltima,quæ habitus ſunt, deinceps explicāda ſunt, Prima illa,reliquarum partium poſteà explicabuntur in eorundem therapia.

Eſt igitur *rigor, ſymptoma facultatis expultricis nempe,motus inuoluntarius, & inæqualis totius corporis, cum refrigeratione vehementi & dolorifica partium neruoſarum.* Refrigerationis cauſa proxima, eſt, inopia,vel,priuatio caloris fluentis:quæ, tribus modis accidit:vel oppreſsione & interceptione viarū, per quas à corde calor excurrit in totū corpus (qui caſus,oritur à copia putreſcentis materiæ, vel vapo rū eius in cor incurrentiū)vel reuocatione; quādo, cor calorē cū ſpiritu & ſanguine,ab ambitu corporis ad ſeipſum, & vicina corpora colligit ſubſidij cauſa; & pellēdi humoris gratia, cuius irritationē, ſenſerūt partes eū ipſum continētes,& vicinæ,(hic caſus eſt in intermittentibus frequens, æſtuante circa viſcera putredine, turgenteque)vel denique, repulſione à contrariis vaporibus, id eſt, frigidis, (qui caſus, eſt vitreæ pituitæ conſuetus,vt & liberaliori frigidæ potioni.) Cæterum refrigerationē

cam

eam inducunt cauſæ frigidæ calidæq́ue,tam externæ, quam internæ, illæ quidem, in ſanis, vt perfuſio repentina aquæ vel gelidæ, vel calidiſſimæ, vel borealis flatus. Vtriuſque enim alterationis moleſtiam, refugiens calor, vel, ſponte ſua,vel potius à corde euocatus, extimas partes deſtituit, hæ, in ægris, ob ſubitam eorum alterationem.Dolorifica autem eſt, non tantum, quia magna & repentina eſt illa alteratio:ſed etiam tum,ob vellicationem partium membranearum & neruearum, in quas commota putredo vel irrumpit ipſa,vel,acres vapores ſummittit, tum etiam ob crebros inſultus reſultuſq́ue caloris in corde collecti: qui, quia hæret aëreæ ſubſtantiæ,non poteſt eſſe quietus in vno loco, & torpidus, præterquã quod à corde,ad pellendum humorem continenter amandatur. Motus denique inæqualis oritur,ab expultrice muſculorũ vi, conantium inuicem ſe liberare, moleſtãte humore,vel vapore: eumque in vicinas partes deponere,adiuuante interim caloris ipſius impetu, vnde materia ſæpe repulſa in ventriculum,vomitionem, in inteſtina diarrhœam; in renes, vrinas; in habitum,ſudores ſæpe commouet: quibus excretionibus,finiri acceſſiones,conſueuerunt ab initio, præſertim billioſæ, nam melancholicæ aut pituitoſæ,non niſi,in augmento aut ſtatu.Oritur denique rigor, à partibus à corde diſtantioribus, magiſque exanguibus: vt naſo auriculis, digitus manuum pedumq́ue, deinde articulis, denique & lumbis, atque interim pectus ardet & opprimitur, & cruciatur ſiti æger, collecto ad cor calore.

Rigoris differentiæ, triplices ſunt, quædam à

loco

loco originis ſæpius enim à partibus prædictis aliquando tamen à parte continente materiã frigidã, cuius vaporibus, ſimilibus retruditurcalor, ad ſuum fontem; ſic accidit ventriculo frigido poſt cibos, & veſicę poſt mictionem hyemalem & borealẽ. Alię, ſunt à magnitudine, qua ſola diſſidet à frigore & horrore, nam illic ſola cutis alſioſa eſt, ſine agitatione, hic, & alſioſa eſt, & agitata leniter: in rigore, cum refrigeratione ſumma, concuſſio corporis maxima eſt. Diſcriminis huius ratio poſita eſt, in diſſimili quantitate, qualitate, & motu putreſcentis materiæ, hinc bilioſa ſi multa & acris ſit, (quia mobilis eſt) rigorem: Contra pauca eadem horrorem tantum. Pituitoſa autem, ob tarditatem motus, & lenitatem acrimoniæ, frigus tantùm, etiamſi multa ſit: melancholica quoque ob craſſitiem & grauitatem immobilis minuſque acris, ob frigiditatem, in principio quidem, frigus; ſed in augmento horrorẽ tandemque in ſtatu, rigorem aliquando concitat, vbi attenuata & calefacta magis eſt. Aliæ denique, ex duratione & ſpatio, multa enim & craſſa, putreſcens materia, & deſes, diutius; contraria, breuius hæc ſymptomata fouet. Rigorem comitantur oſcitatio & pandiculatio, *qui motus; ſunt inuoluntarij, muſculorum oris, aut totius corporis, ad expellẽdum vapores receptos, à materia putreſcente*; ab eadem cauſa ſomnolentia, & grauans capitis dolor, oppreſſo vaporibus cerebro, dolor oſtocopos, id eſt, profundus, vſque ad oſſa, præ craſſitie vaporum pituitæ aut melancholiæ putris intus hærentium ſub membranis oſſium vel muſculorum: tenuiores enim in muſculos & cutem

erumpũt: vnde laſſitudo, ab eadem cauſſa obſcuritas pulſus,id eſt,paruitas & raritas. Atque his ſymptomatis definitur principium acceſſionis,cui ſuccedit augmentum, pulſu iam creſcente in magnitudinem & crebritatem, atque inualeſcente calore, ſenſimque corpus totum perluſtrante, pulſis vaporibus. Hoc ipſum excipit ſtatus,ſummo calore, & maximis pulſibus, ac plerumque ſudore,quẽ declinatio conſequitur acceſſionis, tandemque integritas. Eſt autem ſudoris materia in ſanis, venarum ſeroſus humor attenuatus à calefaciente cauſa ſiue externa,vt,ſole,exercitatione;ſiue interna, vt, decocto Guaiacino. Eadem eſt in continuis febribus materia;ſed,in intermittentibus, humoris ſunt putreſcentis reliquiæ, quæ reſolui in halitus non potuerunt, nõ autẽ ipſi halitus. Cauſſa efficiens eſt facultas partiũ expultrix,ſed prſertim impetus delationis ſpirituũ & caloris natiui. Cauſſa ſine qua nõ,eſt raritas cutis,ideòque frigido aëri non eſt exponenda. Integritas denique(quod tẽpus à febre liberum dicitur)inter duas acceſſiones, aut perfecta ex toto eſt,quantùm ad ſenſum, nullumque caloris febrilis veſtigium præ ſe fert, in habitu, pulſibus, aut vrinis,ob perfectam vacuationem putrefactæ materiæ tenuis & aereæ, qualis eſt bilioſæ,in tertianis præſertim æſtiuis. Imperfecta autem ex contrariis cauſis eſſe ſolet;vt, ex copia,& lentore materiæ pituitoſæ,in quotidianis & intermittentibus, mixtis & ſpurijs. De rigore,lege Gal.lib.de eod. ca. 7.& ij.vbi diſtinguitur à palpitatione,quæ, & breuior eſt,& vnius partis eſt,&,ſine facultate motrice,vt

ce,vt in muſculis. A tremore,qui fit à facultate animali,& cauſa morbifica,vt,vel obſtructione,vel refrigeratione,eſtque particularis. A conuulſione denique,quæ, fit tantùm originem neruorum verſus, ſimiliter atque motus naturalis.

De ſignis diagnoſticis communibus febrium putridarum & cauſſarum.

CAP. VI.

GALENVS lib.2.de differ.febr.febris putridæ ſigna communia commemorat;tum originem eius ſine cauſſa externa, recenti (cum putreſcens humor ſenſim colligatur,ex vitioſo victu,aut intemperie viſcerum,aut vtroque) quæ tamen præparatam anteà plerunque cacochymiam, putrefacit. Cum ephemeræ & hecticæ,ab externa cauſſa oriãtur, tũ à ſymptomatis eius,vt,pulſus inæqualitate, in variis ictibus vario tempore febris & acceſſionũ eius:in principio enim languidus,id eſt, paruus & rarus, in ſtatu, maximus & celerrimus eſt in vno ictu;ſemper enim ſyſtole velocior eſt diaſtole, ob copiam fuliginum pellendarum. Pulſus, ſemper æqualis eſt in ephemera & hectica, vt à motu deprauato animalis facultatis per horrorem, rigorẽ, & frigus,vt ab vrinis parùm vel valdè crudis, quæ

in alijs febribus ſemper cocta ſunt: tum denique, à caliditate acri pungente & fumoſa; quæ in ephemeris ſuauis eſt;in hectica,acris quidem,ſed ſqualida.Huic iungi poſſunt reliqua ſymptomatum genera antè expoſita,partium,in quibus humor, vel putreſcit,vel ad quas putridos vapores emittit.

Cauſſarum autem internarum omnium quibus febrium ſpecies coniicienda eſt : coniectura certa erit,ex cauſſis,tum internis, natura & ætate, tum externis,vt ex genere vitæ,& conſuetudine, id eſt, ex ſtudio vſuque ſex rerum non naturalium : tum denique ex febris ipſius more,motu, & magnitudine.

Symptomatum denique σημειωτικὴ non eſt neceſſaria cum ſenſibus omnia ſubiiciantur.

Febrium putridarum methodus curatiua communis per diætam ex ii.libro methodi 1. ad Glauconem.

CAP. VI.

FEBRIS putridæ therapia,conſtat operibus duobus contrariis : conſeruatione affectus ſecundum naturam;id eſt,virium,&, mutatione ſiue ablatione eius qui contra naturam eſt,febris, cauſæ febrificæ, & ſymptomatum. Virium eſſentia continetur,propriè

priè quidem,temperie,quæ in idonea qualitate, & quantitate triplicis corporum ſubſtantiæ, ſpirituoſæ,humoralis, & ſolidæ verſatur. Conſeruationis earum inſtrumentum eſt diæta:cuius materia, rebus ſex,non naturalibus vocatis,conſtat:ex quibus, & per quas reponitur ſubſtantia æqualis, & ſimilis ei quæ,à calore natiuo continenter digeritur, vt ſpirituoſa,ex aëre;humoralis ex potu;ſolida,ex cibo:(quanquam potus cibuſque vtramque diuerſam reſtaurat,ille quidem,aëream,& ſolidam, hic aëreā & humoralem) reliquæ autem res non naturales, vt,ſomnus,vigilia,motus,& quies, excrementa retenta, expulſaque,animi perturbationes, & tranquillitas,triplicis ſubſtantię conſeruationem & virium iuuant, dum, alimenti crudi coctionem, vel cocti diſtributionem, aut excrementorum eius expulſionem,accelerant.

Ratio autem exercendæ huius materiæ methodica & artificioſa,verſatur in qualitate idonea,quātitate,tempore,modo,& ordine,quorum omnium, à viribus & natura indicatio eſt; ſicuti contraindicatio vel permiſſio à febre,eiuſque cauſa interna,& ſymptomatis,ſicuti deinceps patebit.

Aer igitur à natura indicatur purus & temperatus,vt vitales ſpiritus reficiat, & cordis calorem modicè temperet:ſed à febre iuncta pro temperato,quaſi medicamentum,frigidus humiduſque indicatur:ſiue arte ſiue ſponte ſua talis ſit:vt reficiēdo ſpiritus febrem reſtringuat. Cuius indicatio hic potentior eſt,modò ore tantùm excipiatur, corpore reliquo veſtibus bene munito; ne tranſpiratione putrium vaporum intercluſa, ob denſatos ſu-

gore anguſtos cutis poros,putredo,febriſque inualeſcant.

Cibi ſumendi indicatio,ſolius naturæ eſt, vt vires eius reficiantur. Contra-indicatio,febris,&cauſæ eius,ideſt,putreſcentis materiæ:quæ coctionem & eductionem ſui indicat,repudiato cibo, vtramque remorante. In hac contrarietate indicantis, & contraindicantis, robur, & dignitas conferenda ſunt: vt, ſi vires ſint validæ, tolerent inædiam, à morbi cauſſa indicatam:ſin imbecillæ, morbuſque maximus,minuatur cibus tantùm,non omninò ſub ducatur: ſi denique morbus leuior, non adhibeatur,ſiue validæ,ſiue inualidæ vires fuerint.

Qualitas,non propriè tantum audienda eſt, pro prima,(vt,caliditate,frigiditate,ſiccitate &c.)& ſecunda,vt tenuitate,craſſitie,mollitie, duritie, ſed, pro ſubſtantia etiam. Indicatur autem à natura ſimilis ſemper & euchyma, coctiliſque: à morbo eiuſque cauſis,diſſimilis &contraria:ne,à ſimili augeantur, vt eſt apud Hippocr.aphor.16. li.1. in hac igitur repugnantia indicationum,naturæ& febriū, eiuſque cauſarum,(vt quando natura blioſa febricitantis calidos ſiccoſque cibos poſtulat:febris frigidos humidos:vel,quando cauſſa febris, frigiditatem à febre indicatam recuſat,vt,obſtructio à craſſo lentoque humore:)tum (inquam) in hac indicationum contrarietate, ciborum ita temperandus eſt delectus,vſuſque,vt vrgentiori eorum qualitas magis accommodetur, non neglectis tamen, alijs affectibus,ſiue,ſecundum,ſiue,præter naturā. ſint:à quibus vrgentioris indicatio,nonnihil debilitatur.

Omnium

Omnium affectuum indicationibus ſubſeruit, apud Hippocr.lib.de victu acut.aqua ptiſſanæ,cremor ptiſſanæ, vel tota ptiſſana,febri quidem & naturæ, quia alit refrigerando & humectando; ſed modicè,& infrà febris acutæ gradum, cauſæ febrificæ; tergendo, tenuandoque & meatus expediendo. Similis cremor auenæ, aut tota auena, panis elotus aut in aqua decoctus: ex oleribus, lactuca, acetoſa, endiuia. Fructus æſtiui, prius refrigerati aqua vel niue,(vt ſint minus nauſeabundi,& in bilem procliues) modicè guſtati,ne, copia ventrem turbet, vt pepones: adſtringentes autem vt pyra, meſpila, cotonea, granata, à putredine humorum arceantur, quam augent, adſtringendo, ſeculo noſtro magis voraci, & febribus minus quam olim acutis ſynceriſque. Cibos quoque, ab animalibus quærunt medici, vt piſces ſaxatiles,teſtes gallorũ, alas gallinarum, oua ſorbilia, pedes ſuillos. Alij quoque,ex coctis gallinarum,caponum,veruecum, & vitulorum carnibus, cum herbis refrigerantibus, quarum febricitantibus iura propinant: aut eaſdem carnes contuſas & iuſculo ſuo dilutas excolant,& exhibent: vel,ex iiſdem carnibus aſſatis, ſuccos exprimũt:alij denique, eadem iuſcula, contuſaque,mixto ſaccaro pauoóque vino albo,& cinamomo,concreſcere ſinunt:(gelatinas vocãt)alij temperatioribus iuſcula pullorum cum frigidis herbis elixatorum concinnare ſolent: ſed vbique voluptati ægri aliquando ſeruiendum eſt, cibo etiam paulò deteriori.

Quãtitas cibi, indicatur à viribus,vt maioribus, plus; minoribus, minus cibi adhibeatur,(vide aph.

lib.1.13.14.& 15.Porro,æſtimandæ vires ſunt,tum, ex cauſſis internis,vt, temperie bilioſa,ſanguinea, pituitoſa,melancholica:vt, ætate iuuenili,puerili, & ſenili: tum ab externis, vt, tempore anni, ſtatu cœli,regione,& conſuetudine,ab his enim cauſſis, vt,vires validiores, vel infirmiores emergunt: ſic, ab iiſdem cauſſis coindicantibus, cum natura,cibi quantitas variatur. Contra maior febris, eiuſque cauſſa,maiorem inædiam,vt in ſtatu & in augmento:minor, minorem, vt in principio & declinatione,(vide aphor. 8. lib. eiuſdem.) In iſta indicationum repugnantia,vrgentioris,maior habebitur ratio, (altero non neglecto) vt in ſtatu, materiæ coquēdæ inædię magis incumbatur: ſi vires ſint validæ. Aliâs,ne debiles penitùs conuellantur, modico cibo ſuſtinendæ ſunt. Sin febrifica cauſſa eſt debilior, vt, in principio, vires maiores vberius alentur, tum etiam morbi conſtitutio breuior,minus cibi permittit, longior plus, quod indicant vires,vt febri pares eſſe poſſint,(vnde aph. 7. 9. 10. & 12.lib. 1.Itaque Hippocr.perperacutę febris ſolā potionem aquæ ptiſanæ: acutę deſituræ die ſeptimo,cremorem ptiſanæ:acutæ extinguendę die 14. totam ptiſanam conceſſit. Longioribus igitur febribus,vt,quæ ad 20. diem, aut vltra,prouehendæ ſunt,victum pleniorem,Hippocr.exemplo,ex carnium prædictarum vſu,concedere nobis licet.

Tertia cautio eſt, in modo cibi, exhibēdi, id eſt, vno,vel pluribus paſtibus.Modus hic, indicatur, à virium modo & conſuetudine: vt tantùm cibi ſingulis vicibus febricitanti tribuatur,quantùm concoqui ab illo vniuerſim poſſit. modus hic virium indi

indicatur à cauſſis externis,internisque antè expoſitis,& à conſuetudine.Itaque validis vniuerſus cibus,& vnicus paſtus, adhibeatur vno die:inualidis plures paſtus, ſeruata ſemper conſuetudine, quæ per morbum mutanda non eſt,authore Hippocr. 2.de victu acut.Ætatum quoque ſua vis eſt,coindicandi modum cibi,hinc iuuentus, conſiſtens ætas, & prima ſenectus, vnico paſtu, poſſunt eſſe contentæ, ob virium robur, multum cibi, & affatim coquentium. Contra conualeſcentes, & valdè ſenes qui debili calore paucum alimentum coquunt, frequentiori eodem indigent. Pueri multo & frequenti,ob reſolutionis mollioris ſubſtantiæ facilitatem,& coquentis caloris vbertatem. Eadem denique vis coindicandi eſt temporum anni:hinc æſtate, & autumno diuiſus in plures paſtus cibus: hieme contra & verè vniuerſus ſemel exhiberi poteſt.Præſtat tamen in vniuerſum pluribus paſtibus & frugalioribus, maximè ſi conſueti ſint per ſanitatem,quam vnico vberiori,febricitantem alere.Vide Aphor.Hippocr.ad finem lib.primi.

Tempus cibi dandi, indicatur à viribus & conſuetudine: vt ſcilicet cibus poſterior detur priori cocto:& è ventriculo in inteſtina delapſo.Deſcenſus ſignum eſt ventriculi leuitas, nulluſque prioris cibi odor,ex ructu ſaporvè.Contraindicat aliquando febris grauitas:ſicuti eiuſdem leuitas permittit, nam æſtuantibus febre viſceribus datus cibus, aut vritur, aut viſcera attractus obſtruit: ſicque vtroque modo putredinem auget.Sic,pariter nocet iis etiam ſanis, quibus ab ira, balneo, exercitatione, aut alia qualibet cauſſa, vehementius corpora in-

canduerunt. Quare, in febris putridæ intermittentis acceſſionibus temperandum à cibo eſt: tantúmque in intermiſſione exhibendus: ſic in remiſsione continuarum: niſi fortè magis vrgeat virium debilitas, quàm prauitas acceſsionis. Eſt enim indicantium virium & contraindicantis febris robur ita conferendum, vt vires eo tempore reficiantur cibo, quo minùs à morbo affliguntur, ſi ferre poſsint: aliàs quacunque hora acceſsionis & exacerbationis, opportunus cibus eſt. Vide aphor. 11. & 17. lib. 1. In ſynocho ſola temporis indicatio eſt à conſuetudine & viribus, cum ſit illius vnica acceſsio, creſcens, decreſcens, aut æqualis.

Ordo denique ſumptionis ciborum, raro eſt neceſſarius in victu febricitantium: quibus pauciores quàm plures: ſimplices magis quàm compoſiti ſunt ex vſu, & facilius concoquuntur. At ſi quando febricitantium conſuetudini, & libidini varietate epularum blandiendum ſit: aut denique faſtidio eorum oppitulandum: tum molles duris tenues craſsis præferantur. Potio vires reficit, vel per ſe: vt vini & mulſæ, dum humores inſtaurat, vel per accidens, vt aquæ ſimplicis, dum cibi coctionem & diſtributionē, diluendo chylo, iuuat. Potionis igitur, vt cibi, à natura indicatio eſt: Eſt enim vtriúſque appetitus naturalis, a febre permiſsio: cuius ſiccitati & caliditati medetur, cùm frigida ſit & humida. A cauſa febrifica contraindicatur: ne coctio & expulſio ſui à coctione cibi & potionis interuertatur. Quare ſi cauſſa validior ſit, quam, aut febris aut ſitis, ideſt, neceſsitas: à potione quantum licet, abſtinendum: vt in febribus pituitoſis, & melancholicis

cholicis: in primis ſaltem temporibus, ſin febris acrior, ſitiſque excrucians adſit: naturæ exigenti & indicanti, potio, febrique, comparetur, ſed modica: ne recrudeſcat cauſſa.

Potionis vſus ijſdem definitur cautionibus, quibus cibi vſus modò definitus eſt: qualitas itaque eius ſpectatur. tum in ſubſtantia, (impropriè tamē) vt ſit tenuis, coctuque & diſtributu facilis: & naturæ grata: tum in temperie, quæ indicatur ſimilis à natura ipſa, & conſuetudine, facileque coquatur. A febre indicatur frigida humidaque actu, & poteſtate: tanquam medicamentum. At à cauſa febrifica obſtruente, indicatur calida attenuans, detergēs. Illi igitur affectus naturales & non naturales contrarij inter ſe diſſimilem potionis vſum indicant. Quare in hoc diſſidio habita ſemper roboris indicantium affectuum & dignitatis ratione, validiſſimo plurimū tribuetur: vt febri ab acertima materia valdè bilioſa (vt in ardentibus) potus refrigeratus niue adhibeatur. Contrà febre leuiori & materia crudiori, vt pituitoſa. & melancholica potus modicè calefaciens, tenuanſque propinetur.

Quatuor potionum formulæ febricitantibus olim viitatæ leguntur apud Hippocr. de diæta acut. vini, mulſæ, oxymelitis & aquæ. Vinum promptiſſimè reficit, humores putreſcentes coquit, & vrinam ac ſudores pellit: ſed & febrem auget calore ſuo, & obſtructionem inuectis tenuitate ſua crudis humoribus primæ regionis in ſecundam & venas. Hæc noxa, vitatur, ſpecie vini electa. & tempore exhibendi. Vinum ergo, non ſit dulce, craſſum, adſtringens, vetus: ſed holigophorum: id eſt, te-

nue

nue & aquoſum dilutumque,tantumque apparentibus ſignis coctionis exhibitum, & in febre leuiori, debili præſertim crudoque ventriculo, & vini potioni aſſueto.

Aqua mulſa magis reficit vires, quam aqua ſimplex: magiſque medetur cauſæ febris, id eſt, obſtructioni à craſſo & viſcoſo humore: febremque minus auget, ob coctionis & diſtributionis celeritatem: minus quoque quam apomeli, quod ex aqua & fauis minus calidis quam ipſum mel conficitur, tardiuſque in corpus deducitur. Mulſæ vires variant, pro varia mellis & aquæ proportione.

Oxymeli tenue præſertim, in potu vſurpandũ, vires non reficit: ſed cauſſam febrificam obſtruẽtem attenuando & tergendo oppugnat: tenue autem dilutumque vſurpetur, ne neruis minus obſit in febre putrida, pituitoſa & melancholica.

Aqua minus apta eſt reficiendis viribus, & inſtaurandæ ſubſtantiæ: niſi quatenus humectando temperiem tuetur, cibique coctionem & diſtributionem adiuuat, febribus extinguẽdis idonea, cauſſis febrificis inepta, pituitoſis & melancholicis, ac bilioſis quoque, quas Hippocra. teſte, mora ſua in ventriculo & hepate longiori (vbi iam cum bile miſcetur, in eamque faceſſit) multum auget, magiſque quam mulſa.

At aqua ptiſſanæ noſtratium incommodum vtrumque vitat: & præſertim, quæ coquitur cum radice graminis: aut, quæ diluitur ſyrupo adianthino, acetoſo, de limonibus, de acetoſitate citri.

Hæc

Hæc enim potio pariter medetur febri,(refrigerando & humectando) & cauſſæ febrificæ incidendo tergendoque, neque bileſcit, ob celeritatem diſtributionis.

Modus dandæ potionis, vt alimenti, à viribus indicatur, validis quidem vniuerſus, & quantus appetitur: inualidis & debilibus partitus. A febre, permittitur vniuerſus præſertim quãdo maior eſt, vel maxima: vt in vigore acceſſionis cuiuſque intermittentium: aut continuarum etiam: tum enim, medicamentum, datur ad ciendum ſudorem, aut ſoluendam aluum. Alijs temporibus & vniuerſalibus, & particularibus principio & augmento contraindicatur à cauſſa morbifica coctionis indigenti: quæ potionis copia, vel cruditate interpellecur. Quare tum ſitienti ægro pauca potio ſuggeratur, in declinatione ceſſat febris & cauſæ febrificæ indicatio: tumque ſoli naturæ & appetitui eius ſeruiendum eſt.

Ordo denique is tenẽdus eſt, & tempus obſeruãdum: vt viciſſim inter cibos detur ſiue vniueſus, ſiue partitus, & poſt paſtus etiam, ſiti & febre vrgente: ſed tantiſper dum præcedens potio è ventre exciderit.

Vigilia & ſomnus vires inſtaurant: hic, coquẽdo: illa, diſtribuendo alimento: quare vtriuſque viciſſitudo à viribus indicatur. A febre, quoad humiditatem, toleratur, quoad caliditatem, repudiatur ſomnus, eodẽ pacto & vigilia à cauſa morbifica toleratur, coctionis cauſa, quare vtriuſque vſus, retinendus eſt, quia incrementum febris ex ſomno corrigitur, frigore inſpirati per vigiliam aëris,

ris, maiuſque commodum eſt coctionis materiæ. Somni ſpatium, à natura & cõſuetudine indicatur, coindicatur ab ætate, ſexu & anni tempore, humidioribus enim longior ſiccioribus breuior ſomnus præcipiendus. Conuenit ſomnus poſt cibum: cuius vapore allicitur, ab eoque viciſſim coquitur. In vigore acceſſionum permittitur, ab expellenda per ſudores materia, in principio & incremento contraindicatur, ne expulſioné materiæ retardet. Motus & quietis viciſſitudo, vt ſomni & vigiliæ, à viribus ſanorum indicatur: ſed quies contraindicatur à viribus debilibus, febricitantium: tum à febre ipſa, ne motu corp. augeatur: tum denique, à cauſſa febris, qua per quietem melius, quam per motũ coquitur, quia à partibus ſolidis ex omni parte comprehenditur. Motus vnica ſpecies, ad ſudoris prouocationem, per lenes frictiones, (in remiſſione acceſſionis) indicatur.

Excrementorum denique debet eſſe moderatio, ne aut retenta nimis febrem accendant, aut excluſa vberius vires debilitent. Omnis quoque animi perturbatio (inſtar motus) à viribus, febre, & cauſſa febrifica contraindicatur, ſiue calorem intrò cogat vt mœror, ſiue foras effundat: vt gaudium, ira, &c. Tranquillitas animi cõtrà, (inſtar quietis febricitanti vtilis eſt.

Methodus

Methodus curatiua febrium putridarum per pharmaciam & Chirurgiam.

CAP. VII.

HACTENVS de conſeruatione virium, eiuſque inſtrumento, & inſtrumenti materia, id eſt, diæta, rebuſque ſex non naturalibus vocatis, & earum congruo vſu: nũc indicationes ſunt exponendæ, cuiuſlibet præter naturam affectus, vt febris, cauſſarũ eius, & ſymptomatum variorum. Sunt autem indicationes multiplices pro affectuum indicantium numero, vt, febris, refrigeratio, humectatioque: vt cauſſæ proximæ, id eſt putredinis, alteratio, coctioque, & euacuatio, prout humor, vel omninò putridus eſt, vel ſemiputris: vt, cauſſæ antecedẽtis proximæ, (quæ prohibita tranſpiratio eſt) perſpiratio: vt antecedentis remotæ, (quæ obſtructio eſt & adſtrictio) apertio, & relaxatio: vt denique antecedẽtis remotiſſimæ, (quę, vel plethora, vel cacochymia eſt) vacuatio duplex, phebotomia & purgatio, & præterea, alteratio qualitatum primarũ, & ſecundarum: vt lentoris, duritiei, craſſitiei. Symptomatum denique grauiorum lenitio, propria indicatio eſt. Illorum operum, ſiue indicationum exercendarum inſtrumenta, ſunt, tum in rebus ſex non

non naturalibus vocatis, diæta medicamentoſa, tum pharmacia & chirurgia.

Illius materia eſt,medicamenta,huius ferramẽta. Cæterùm, in tam numeroſa indicationum operumque ſerie exercenda, methodus adhibenda eſt, quæ doceat, quid ante quod, quid cum quo, & quid poſt quod opus aggrediendum ſit. Indicationes enim plures ſi ſimiles ſunt, (vt febris ardentis & cauſſæ eius bilioſæ) refrigeratio & humectatio) exerceri ſimul poſſunt: quæ autem ſunt diſſimiles & contrariæ, neque poſſunt ſimul exerceri,cum curatio proficiſcatur à cauſſis ad effectus vel efficientibus materialibus,vel ſine quibus non. Exercenda igitur, imprimis indicatio eſt,eius affectus,qui reliquorũ fuit author,vel ſine quo reliqui, curari nequeant: ſed ſi indicationes diſſimiles illæ ſint, implicitorum affectuum ſiue cauſſarum,ſiue morborum, vt tum ſimul exerceri poſsint, & debeant, earum vires æſtimandæ ſunt, & non ex numero tantùm: ſed ex magnitudine quoque & dignitate: vt ſi pares inter ſe ſint paribus remediorũ contrariorum viribus oppugnentur: ſin inæquales ex quibus, quædam vel plures,vel validiores ſint: his efficaciora remedia opponentur, alijs mixtis infirmioribus.

Ergo in therapia febris putridæ, antè febrem ipſam putredo demenda eſt, vt continens cauſſa. Ante putredinem liberandus tranſpiratus, expedienda obſtructio vaſorum, adſtrictioque cutis. Ante obſtructionem denique & adſtrictionẽ, plethora & cacochyſmia detrahenda eſt. Quare febris putri-

putridæ therapia inchoãda eſt ab obſtructione,adſtrictioneque & cauſſis vtriuſque.

Obſtructioni contrarium opus, eſt apertio, adſtrictioni relaxatio: obſtructionis cauſsis vt plethoræ, contrarium opus,eſt vacuatio, per phlebotomiam: vt cacochymiæ,per purgationem. Hæc, vt facilior ſit, alteratio eiuſdem cachocymiæ præcedere debet, vt, craſſioris, atttenuatio, durioris, emollitio,lentæ,deterſio. Hanc autem alteratioнẽ ſequitur coctio, quam rurſus facilitas purgationis comitatur,ſicuti deinceps patebit.Nam paulò poſt de alteratione.

De coctionis ſpeciebus.

CAP. VIII.

EST autem coctio Ariſtot. 4. Metheor.cap. 2.*perfectio, à proprio & naturali calore, in humido & ſicco.* Cuius definitionis genus, à forma ducitur,differentiæ,à cauſſis,efficiente & materia.Perfectio enim,forma eſt,rebus coctis inter coquendum mutandumque accedens,vnde fiunt perfectiores, vt, in maturatis arborũ fructibus, cibis elixatis aſſatiſuè:& alimentis animalium aſſimilatis,conſtat. Eſt autem ea forma rebus inter coquendum accedens, aliàs eſſentialis,vt his quæ gignuntur, aliàs accidẽtalis tantùm, vt in his quæ aluntur, Talis eſt muta-

tio ſaporis,odoris,coloris, coctorum alimentorum. Nam ſubſtãtiæ eorundem,mutatio in ſubſtantiam coquentis partis,non concoctio, ſed vnio,& nutritio eſt.Cauſa efficiens coctionis,calor eſt proprius,id eſt inſitus,naturalis,id eſt, temperatus,qui tamen magis humidus, quam ſiccus ſit : Eſt enim coctio elixationi,non vſtioni ſimilis: puerique melius, quam iuuenes coquunt:Calor hic tamen propriè inſtrumentum tantum eſt animæ, ideoque diuinitatis particeps, à quibuſdam ſtatuitur ; eique, vt notiori, actio omnis à medicis tribuitur. Materia coctionis, eſt humor ſiccitati mixtus, ſed inæqualiter, neque enim aqua,aut terra ſimplex coquitur. Eſt igitur medicis coctio duplex: vna, alimentorum in ſanis, altera humorum vitioſorum in ægris & febricitantibus. Illa, eſt aſſimilatio alimenti ſiue cibi potuſque,ſiue ſanguinis in qualitates & ſubſtantiam coquentis partis.Eſtque triplex: prima, in ventriculo,χύλωσις, cuius materia eſt cibus,potuſque, opus, chylus, id eſt, ſuccus & cremor; excrementum, ſtercus & vrina. Secunda, in hepate, αἱμάτωσις:cuius materia, eſt chylus, opus, ſanguis; excrementa, duo, bilis & melancholia. Tertia eſt multiplex, in ſingulis particulis: cuius materia, eſt, ſanguis, opus, ros & gluten. Excrementa, ſordes & ſerum. Efficiens cauſa,eſt anima,inſtrumentum, calor natiuus,ex inſito & fluẽte mixtus, non ſolùm à corde, ſed à vicinis quoque viſceribus, vt, hepate, liene, epiploo. Quare iuuatur omnis coctio à calore ſimili,id eſt,humido,vel ciborum potuumue, vt vini,vel ſomni,vel quietis, vel oleorum atque vnguentorum. Facilius autem mollia quàm dura,tenuia quàm craſſa,pauca,quàm

multa,coquit, ob halituoſam eius ſubſtantiã quædam penetrantem faciliùs : alia difficiliùs. Forma, ipſa alimenti aſsimilatio , finis , incraſſatio ſubſtantiæ eiuſdem. Ab omnibus differt nutritio , ſiue vnio quas ſequitur: Oportet enim prius alimentum, quod diſſimile eſt, per ſe , coctione partibus aſſimilari , & ſimile fieri,in qualitatibus & ſubſtãtia : vt in earum ſubſtantiã vertatur. Coctio materiæ febrificæ,non eſt eius ad expulſionem pręparatio:neque attenuatio tãtum,emollitio, aut deterſio eiuſdem : ſed,eſt deductio eius,quod coquitur, in ſubſtantiam coquẽtis partis, vel corporis totius quantum per materię conditionem licet,cuius magna pars aliquando remanet incocta & incõfecta. Huius coctionis materia eſt humor quilibet mutatus à naturali ſtatu,qui neq; omninò bonus ſit,neq; omnino malus &putridus,ſed ſemimalus tantũ, & ſemiputridis,qui coctione ad ſalubritatẽ reduci poteſt,hic crudus dicitur. Eſtq; *cruditas illa, nihil aliud, quàm,mala illa qualitas,à caliditate aliena in humorib. introducta per aſtrictionem, & obſtructionem.* Per quã caliditatem , ad putredinem proxima humoris potentia eſt, quæ ſola coctione demitur. Eſt igitur illa coctionis morbificæ materia,febrium putridarum cauſſa, non coniuncta, (hæc enim omninò putris eſt , aliàs in venis per continuas febres, aliàs extra venas,per intermittentes) ſed eſt antecedens, in venis ferè ſemper condita,in vtroque genere febrium putridarum: id eſt continuarum & intermitentium:ſoláque dicitur cruda & coctione indiget: quæ(vt dicit Gal.)putredinem reprimat, manente ſubſtantia. At in phlegmonis cauſſa antecedens

ſemper bona eſt, coniuncta, cruda, & coctionis indigens, huius coctionis cauſſa efficiens, calor natiuus eſt, non mixtus ex naturali & putrido(niſi quatenus hic illius vim retardat.)Finalis cauſſa, eſt nutritio. Maior enim portio illius antecedentis cauſſæ, id eſt, materiæ, vincitur à natura, in febre quidem ſalubri: (nam in lethali remanet inuicta),reliqua portione putreſcēte:cuius poſt coctionem purgatio magis prompta eſt,quòd ſecreta ſit à bonis humoribus aſsimilatis, & qualitatū ſuarum atque ſubſtantiæ alterationem perpeſſa quandam: cuius cauſſa, minori moleſtia trahente medicamēto & expellente natura,per vias decurrat.Hæc autem qualitatum noxiarum & rebellis materiæ alteratio moderatioque largiori modo coctio dici poteſt:vnde Hippocr. Iubet cocta medicari, quod eo modo & penes qualitates ſolas alterata, nihilominus excrementa ſunt, & à nutritionis commoditate aliena, ideóque vacuanda. Eſt igitur vtraque coctio ſanorum & ægrorum eiuſdem ſpeciei,& ab iiſdem omninò propagata cauſsis.Nā calor inſitus, à ſolidarum partium fluente calore adiutus, eſt vtriuſque cauſſa efficiens: materia vtriuſque eadē, ſanguis ſcilicet, eiúſque partes. Quod ſi, in ægris & febricitantibus,ſemimali ſint humores,in ſanis, boni: non illi tamen inter ſe ſpecie differunt, imò nec numero, ſicuti neque Socrates,æger & ſanus: forma eadem eſt, aſsimilatio, finis idem, nutritio: ſicut enim ſemimali humores non omnes ad naturalium temperiem reducuntur coquendo, ſic, neque totus ſanguis, qui bonus eſt,alit.Itaque vtriuſque coctionis definitio eſt eadem Gal. nempe *de-*
ductio,

ductio eius, quod coquitur, in ſubſtantiam coquentis. Coctio denique morbifica, expectanda eſt in morbis materialibus tantùm, eorumque cauſſæ antecedentis, in febribus: ſicuti coniunctæ, in reliquis morbis febre carentibus: In quibus coctio largius pro alteratione tantùm audienda eſt primarum & ſecundarum qualitatum.

De pepticis remedijs.

CAP. IX.

ITAQVE cum ſit calor natiuus coctionis vtriuſque author, vti dictum eſt, tanto efficacior, quãtò magis temperatus & naturalis eſt: Idcircò coctio iuuatur duobus modis: primo calorem natiuum roborando, altero, materiam coquendã præparando. Roboratur quidem calor natiuus, dum ad temperiem perducitur, vt, dum intenſior remittitur, ne vrat: Remiſsior intenditur, ne cruditatem pariat. Remittendi caloris febrilis ratio omnis expoſita eſt in febribus ephemeris & hecticis, earumque diæta & pharmacia. At remiſsiorẽ augentia calorẽ remedia ſunt duplicia, alia per ſe, alia per accidens. Illius generis bipartita ſunt, actu, aut facultate calefaciẽtia: actu quidem, vt ignis, & catelli, puelli, & manus ventri oppoſitæ: facultate calefaciunt vinum, augẽs caloris ſubſtantiam, coquẽsque cruda excrementa, motus moderatus iu ſanis,

ſomnus & quies temperata,(quia calorem foras nō euocāt:)tum etiàm, foris linimenta, vnguēta,fotus,balnea,emplaſtra,ſacculi:ſicuti intus electuaria mollia,duráq;. Per accidēs,& medio interiecto,calefaciūt:quæcumque calorem intrò compellūt,ob antiperiſtaſin: ſicuti frigus hiemale, quod etiàm, retinet expirationem calidam intus denſatis poris cutis, ſicuti & cataplaſma ſuppurans. Atque his remedijs fere iuuari ſolet ſanorum coctio: ſuntqúe vere coquentia illa omnia. Alter modus iuuandæ coctionis præter caloris natiui corroborationem,in materiæ coquendæ præparatione poſitus eſt,vt,attenuatione, craſſæ; deterſione,glutinoſæ; emollitione, duræ: moderata incraſſatione,tenuioris, & denique, in vacuatione multitudinis. Quorum operum remedia ſiue interna, vt, iulepi, apozem. pulueres,electuaria ſolida,molliaqúe:ſiue externa, vt fotus, balnea, vnguenta,litus,emplaſtra,dicuntur coquentia:ipſaque opera coctiones,largiori ſignificatu: cum aſsimilatio tantùm ſit qualitatū & ſubſtantiæ, ſemiputrium humorum: non etiàm vnio & nutritio. Ab illis enim remedijs internis, externiſque,dum obſtructionum cauſſę expediuntur, perſpiratio reſtituitur, putredóque fiens inhibetur, factáque mitificatur, & ad moderationem quandam materiæ & qualitatum reducitur, vnde, eius expurgatio eſt tuta, promptáque, & facilis, (vt ante dictum eſt.) Eadem præparatio ciborum per attenuationem,emollitionē,elixationē prodeſt ſanorum coctioni, ſed infirmiori ſtomacho. Ergo alteratio humorum peccātium coctionem, coctio purgationem antecedat, ſicuti purgationem alteratio

rationéque phebotomia. Sic enim multitudine diminuta, reliquiæ faciliùs coquũtur, tutius alterãtur ſine periculo augendæ obſtructionis (humoribus à tenuis ſubſtantiæ medicamentis alterantibus, in anguſtiores venas delatis) & promptius expurgãtur per expeditos vaſorum meatus: ſic alteratio coctionem antecedat, vt ſublatis impedimentis, craſſitiei & lẽtoris peccantium humorum, eoſdem natura facilius vincat. Coctio denique purgationem: vt aſſimilatis bonis, mitificati ſecretíque mali, facilius tum à natura expellantur (vt excrementa) tum à medicãmento purgante trahantur.

Alterantium genus, ſiue qualitas indicatur à vitioſis qualitatibus humoris peccantis, vt, à pituitæ frigiditate, humiditate, craſſitie, & lentore: calefacientium, ſiccantium, incidentium & tergentium. Tale eſt apozem. ſeq.

℞ rad. enulæ campanæ vel cyperi aut galangæ ℥ ij. cort. mediani rad. cappar. & cort. citri ſicci an. ℥ ß. fol. origani, calaminthæ, hyſſopi, ſatureiæ, praſſij, & ſummitatem abſynth. pontici an. m. j. ſemis aniſi & fœniculi an. ʒ jj. cicerum rubeor. flo. geniſtæ, anthos & ſaluiæ an. p. j. decoquantur in hydromelite. Cape de copatura lib. ij. (longior debet eſſe præparatio humoris contumacioris, vt pituitæ & melancholiæ) in qua diſſol. mellis opt. deſpumati ℥ ij. nucis moſcatæ & cinamomi an. ʒ j. dentur in quatuor doſib. matutinis. quib. finitis reiteretur. Si cruditas perſeueret, talis eſt iulep.

℞ ſyr. de quinque radic. de hyſſopo de arthemiſ. & oxymelitis ſcyllitici an. ℥. ij. aquarum beton. hyſſop. menthæ & arthemiſ. an. ℥. iiij. nucis moſc. cina-

momi an. ℈ ij. fiat vt ſupra iulep. in doſes quatuor partiendus.

Talis quidem eſt pituitæ obſtruentis indicatio præparatioque: ſed febris iunctæ contraindicatio eſt,ne augeatur à medicam. Illis acribus amaris & tergentibus.Proinde horum vires remittendæ ſunt pro febris modo. Remittentur autem coctis ſimul refrigerantibus remediis vt,acetoſa,endiuia,cichorio, hepatica,floribus violarum & borraginis;ſi bilioſa materia, refrigerantibus humectantibuſque, ſed nonnihil etiam tergentibus & incidentibus(ob mixtam pituitam) vnde obſtruit putreſcitque, talis eſt iulepus.

℞.aquarum graminis,acetoſæ;cichorij,an.lib. ſ. ſyr.acetoſ.ſimplicis, oxymel. ſimplicis, oxyſaccari ſimplicis,vel de aggreſta,vel de limonibus, vel de cichorio an.℥ ij. ſantali albi.℈ iiij. ſacc.roſ.℥ ii. fiat iulep.pro iiij.doſib.matut.Tale eſt decoctum ex radicibus lapathi acuti,acetoſæ, cichorij, graminis, aſparagi,ruſci:ex folijs acetoſæ, endiuiæ, cichorij, hepaticæ, capillorum veneris,& ſeminib. cucurbitæ,melonum,cucumeris,&c.Hordeo mundato, & tribus floribus communibus. In hac ſpecie febris nulla eſt contraindicatio. Melancholiæ denique præparatio,quæ naturalis eſt, conſtat calefacientibus,humectantibus,& attenuantibus.Quæ non naturalis, ſed, vſtione genita eſt refrigerantibus, & humectantibus ſicuti & bilis.

Adſtrictio denique, quæ ſecunda cauſſa eſt, impediti tranſpiratus, curatur relaxatione obſcurorum cutis foraminum, per medicamenta externa calida humidaque,& ſudorifica vel arçotica,vt bal-

nea

nea,frictiones leues,oleorum perfuſiones. Sed contraindicatio eſt aliquando, à viribus debilibus, ne ſudoribus exhauriantur: & à copia ſuccorum peccantium crudorum, ne nimis incaleſcentes putreſcant; vel rapti in habitum obſtinctionem febremque augeant. Proinde, non niſi poſt vacuationem, id eſt, phlebotomiam & purgationem celebranda.

Communes leges omnium vacuationis ſpecierum.

Cap. X.

Alterationi coctionique cauſſæ antecedentis febrium putridarum,proxima eſt vacuatio ab eadem cauſſa indicata;quæ à viribus validis toleratur, ab inualidis vel repudiatur omnino,vel remittitur. Virium autem ſtatus æſtimandus eſt non ſolùm ex operibus,vt ſenſu motuque, vt pulſu & reſpiratione:vt denique nutririone,eique ſub ſeruientibus functionibus quatuor, attractione, retentione;&c. Sed multò magis, ex eatundem cauſſis effectricibus;tum internis,vt natura,id eſt,temperie febricitantium propria, ætate ſenili,puerili,iuuenili, & habitu macro,obeſo, molli, duro: tùm externis vt,ex conſuetudine, & vitæ genere;hinc ſub æſtu, & ſquallore cœli, poſt inediam,vigilias, mœrores, & excretiones quaſlibet copioſas debilitatæ vires,

vacuationem vel recuſant vel moderantur. Contraindicatur etiam vacuatio ex medicamentis purgantibus & diureticis actioribus. In hac indicantiũ & contraindicantium pugna, plus eſt tribuendum digniori & vrgentiori: non neglecta tamen omninò alterius indicatione, lege, Gal. j. ad Glauconem cap. 13.

In omni autem vacuatione diligenter obſeruandæ ſunt indicationes, tum generis vacuantium remediorum, tùm quantitatis temporis, modi, viæ, & ordinis.

Genus indicatur, ab humoris vacuandi ſpecie: vt phebotomia, à plethora pura impura-vè: eaque vel ad vires vel ad vaſa. A cacochymia purgatio, ab eiuſdem reliquiis, poſt purgationem, mictio, & ſudatio.

Quantitas & magnitudo vacuantis remedij, indicatur à quantitate humoris vacuandi, cuius integra ſit vacuatio, ne recidiua fiat, ab eius reliquiis.

Modus (vt ſit vacuatio integra, vel vniuerſa, vel partita, indicatur à virium ægri & humoris noxij modo. Vt ſi hic paucus ſit, aut etiam plurimus, & opprimens, vireſque robuſtæ, totus ſimul & vniuerſim vacuetur: (hinc in ſynocho, carbunculo, & internis viſcerum phlegmonis, ad lipothymiam vſque phlebotomia perducatur: (ſin vires inualidæ, humor-ve mediocris, à quo nullum ingens vrgenſque periculum ſit: partita vacuatio tum optabilior eſt quam vniuerſa.

Tempus vacuationi idoneum & vniuerſale indicatur à præſentia humoris vacuandi: particulare,

vt

vt diei & horæ,à motu humoris: vt ſcilicet vacuetur, cum quietus eſt, minimumque naturam fatigat; ſiue continua ſiue intermittens febris ſit.

Via vacuationis faciendæ indicatur à naturæ impetu,humoriſque ſede, & ſedis conformatione: vt ſcilicet per partem vacuetur,in quam ſponte fertur. Hinc æſtate vomitiones, hyeme deiectiones magis conueniunt; Aut ſi quietus & immotus eſt, per meatus patentiores deducatur, à ſede foras directos.

Ordo denique indicatur a regione obſeſſa corporis, quæ triplex eſt. Prima ab ore ad caua vſque hepatis, quæ continet ventriculum, inteſtina, meſenterium, epiploon, pancreas & lienem. Secunda maiores venas, alis & inguinibus interceptas, cum gibba hepatis parte complectitur. Tertia habitum minores venas & artus amplectitur. Ergo prima regio vel clyſtere molli, vel lenitiuo & eccoprotico medicamento ante ſecundam vacuanda eſt: rurſus ſecunda ante tertiam,

Indica

Indicationes legeſque particulares ſingularum vacuationis ſpecierum, primúmque de phlebotomia.

CAP. XI.

PORRO vacuationes cauſſę morbificæ ſunt quadripartitæ phlebotomia, purgatio, mictio & ſudatio. Phlebotomia indicatur à plethora, vt ante dictum eſt) & cauſſa antecedente omnium febrium putridarum. Indicatur quoque à febre ipſa, tanquam refrigerans remedium. Exhauritur enim ſimul cum humore vapor putris & febrificus. Indicatur denique à ſymptomatis grauibus febrili incendio ſuſcitatis, vt à dolore capitis lumborum, ſitique. Toleratur à viribus validis, ſicuti contraindicatur, ab ijſdem inualidioribus: aut remittitur ab ijſdem mediocribus, ſicuti repudiatur omninò ab immoderatis quibuſlibet excretionibus alijs. Hinc proditum eſt à Gal. tres eſſe ſcopos mittendi ſanguinis, ætatem, virium robur, & magnitudinem morbi. Phlebotomiæ quantitas, indicatur, à ſanguinis copia, minus tamen quàm, quod ſuperat, ſanguinis cacochymi vacuādum eſt, quia alijs vacuationibus, vt purgationibus, ſudoribus, & vrinis, integra eius vacuatio relinquitur. Modus Phlebotomiæ indicatur à virium & humoris modo, nam plethora pura, conſentiente ætate, & viribus,

ribus, vniuerſim vacuari poteſt. Atquæ impura eſt, aut ad vires, partitè tutius ac imperfectè. Via indicatur à copia humoris & viribus ægri: multa enim vacuatio, ex vena ampla cubiti citius fit, ſi vires cōſtent; At iiſdem debilibus, aut parua copia redundantis humoris, tutiùs, ex vena exili diſtantiorum partium hauritur: vt quæ in manu dicta ſaluatella eſt. In pedibus ſaphena, in ano hæmorrhois. Tempus phlebotomię vniuerſale indicatur principium febris, vt reliquam portionem natura facilius coquat, medicamētum alteret tutius, & ſine periculo augendæ obſtructionis, & purget etiam innocētiùs per apertos vaſorum meatus, neque in augmento inchoatam coctionē motu interpellet ſuo. Particulare à motu humoris indicatur, (ſicuti vniuerſale à cruditate) dies ſcilicet horaque quietior, extra acceſſionē intermittentium, & continuarum exacerbationem. Ordo denique indicatur, à ſecunda corporis regione. Prima enim primæ regionis vacuatio per clyſteres antecedere debet phlebotomiam: ne qua ſpurcities ab innanitis phlebotomia venis rapiatur.

De

De ſecunda vacuationis ſpecie id eſt purgatione, eiúſque indicationibus omnibus.

CAP. XII.

PVRGATIO indicatur à cachochymia, id eſt humore qui peccet in moderatione qualitatū primarum & ſecundarum, atque adeò propriæ ſubſtantiæ: eſtque excrementitius, ideóque vacuādus. Cōtraindicatur à viribus debilibus quacunque cauſa & occaſione: toleratur à validis: contraindicatur etiam à febre, ne medicinæ purgantis acrimonia augeatur. Quare in hac contraindicatione virtutis & febris, leuior tantum vſurpetur purgatio: niſi fortaſſe materia turgeat: maior enim noxa eſt, neglectæ purgationis, quam caliditatis febrilis ad tempus tantum augendæ. Species medicamenti purgantis à ſpecie cacochymiæ indicatur, vt talia purgentur qualia purgari oportet: vt à bile cholagωgum; à pituita phlegmagωgum: ab atra bile melanagωgum: ab aquis & ſero hydragωgum. Vis & facultas ſiue efficacia purgantis remedij indicatur à ſede humoris purgandi in quacunque regione corporis, prima, ſecunda, & tertia. Maior eſt enim agentis vis in propinquum, quam in diſtans obiectum. Contraindicatur tamen facultas vehemens à febre, viribus imbecillis, ætate puerili, ſenili, habitu

bitu molli,leuique. A contrarijs vt,à febre,ætate, habitu,& viribus mediocribus toleratur.Doſis indicatur à ſubſtantia,humoris tenui vel craſſa, lẽta, vel ſequaci, quæ faciliùs maiorique vel difficiliùs vel minori doſi vacuetur.

Purgationis copia indicatur à copia vitioſi humoris,vt totus expurgetur;nè,à reliquiis,recidiua fiat. Modus eſt purgationis,vt vel vniuerſè vel partitè, integra illa fiat euacuatio. Indicatur à virium & cacochymiæ modo. Nam pauca aut multa etiam turgẽs opprimenſ-ve affatim vacuanda eſt,ſi vires conſtent:ſin debilitatę ſint,ſenſim & per plures vices,ſicuti & quæ mediocris eſt. Tempus purgationis vniuerſale indicatur finis vigoris, vbi cocta iam materia eſt, ex Hippocr. ſententia aphor. 29. lib.2.tum enim natura medicamento trahenti pellẽdo humorem,adminiculatur, poſt coctum & aſſimilatum, benignum. Sed tamen in incremento licet partem coctæ materiæ detrahere:leuior enim eſt tardatæ pauliſper coctionis, ex motu medicamenti,quàm relictæ ad ſtatum totius materiæ noxa.Tum enim,aut ſymptomatum vehementia,aut virium infirmitas,aut criſis anticipans vacuationis opportunitatem ſæpe adimit;vt morbi ſæuitiæ æger proditus, videri à medico poſſit. Præſertim in febribus acutioribus,quarum ſtatus tẽpus breuiſſimũ eſt:in principio autẽ cruditas obſiſtit purgationi humoris nondũ cocti ſecretíq; à benigno. Turgẽs tamẽ opprimẽſque humor,quocúmque tẽpore vtiliter vacuatur,ſine præuia vlla coctione:vt in principiis morborũ moueatur,quod moueri debet.

Via purgationis duplex eſt, vna ſurſum per os,

(vomitio)

(vomitio) altera deorſum per anum, (defectio vocatur.) Indicatur autem vtraque tum à ſpecie humoris, tenuis enim & billioſus, vt per æſtatem, vomitione; craſſus & grauis, pituitoſus & melancholicus, vt per hyemen, deiectione facilius excluditur: tum ab ægri conſuetudine: tum denique à naturæ motu: non enim vomitus commouendus eſt arte, niſi natura & ſponte ſua moueri cœperit.

Ordo denique purgationis indicatur, à coctione humoris, poſt phlebotomiam, & medicamenta alterantia coquentiaque.

De mictione.

TErtia vacuationis ſpecies, mictio eſt: quæ per febres putridas indicatur, à putrium humorum reliquiis poſt purgationem. Contraindicantur, calidiora diuretica à febre calidiori: ſicuti ab vlcere alioue viarum vreticarum affectu, vt ſtranguria, dyſuria.

Quantitas mictionis indicatur, à copia reliquiarum putrium, toleratur à viribus etiam imbecillis: cum ſenſim fiat mictio & pluribus diebus.

Remedia, diuretica vocata, ſunt duplicia: alia, tertio gradu calida, ſiccaque, & tenui ſubſtantia: vt radices apij petroſelini fœniculi: alia leuiora, temperata calore, aut temperatis proxima, & tenuis ſubſtantiæ: quales ſunt radices, ruſci, graminis, aſparagi, herbæ capill. ſemina frig. maiora. Primum calidiorum genus contraindicatur à febre, etiam indicante, ne ab illis augeatur: quare leuioribus erit locus.

De

De ſudore.

SVdoris prouocatio, indicatur à bilioſis, & tenuibus craſſiſque & lentis, ſed priùs coctis in habitu humoribus. Sed contraindicatur aliquando à magnitudine febris, ne augeatur, & in declinatione & à viribus debilibus, ne, cum ſudore exhalent.

Modus prouocandi ſudores, eſt, vt, natura incipiens ab arte iuuetur, & medicamentis ſudorificis: illa autem, ſunt modicè calida humidáque, amara & tergentia, tum intus, tum foris adhibita, ad aperiendos minores meatus, exilium vaſorum & minimorum pororum cutis. Interna ſunt, vt aqua ptiſſanæ, decoctum chamæmeli, aut aqua decocti graminis cum pauco vino albo. Externa, vt balnea aquæ dulcis, & deterſiones, frictionéſque leues: vt poris expeditis, ſudor prodeat largior. Sudor tum eſt oportunus, cùm calor effunditur totus ad habitum. Ordo denique, vt vacuationi multitudinis per phlebotomiam, & cacochymiæ craſſæ lentæque ſedulò præcoctæ, purgatio, inclinante febre, vel acceſſione, ſuccedat.

De extraordinaria curatione febrium putridarum & ſympt.

CAPVT XIII.

ADHVC expoſita eſt methodus curatiua, febrium putridarum, idcirco ordinaria, quod ſequatur ordinem generationis variorum affectuum cum illis feb. implicitorum. Progreditur enim à cauſsis ad effectus, ideſt, febrē ipſam & ſymptomata, easque viciſsim delet (cum plures ſint) & eo ordine quo ſibi inuicem ſucceſserunt, & genitæ ſunt. Nam ſimplex curatio eſt: neque methodo indiget vnius contra naturam affectus: vt intemperiei ſimplicis, vel calidæ vel frigidæ &c.

Methodus, deinceps, extraordinaria eſt exponenda, quæ ab effectibus ſiue febre ipſa, ſiue ſymptomatis eiuſdem, ad cauſſas progreditur. Illóſque effectus, neglecto inuerſóque curationis eorūdem ordine remouet: quando ſcilicet, infeſtiores & periculoſiores ſunt: non tamen cauſſarum ipſarum curatione omninò omiſſa. Sic igitur febris ardentis, ideſt continuæ bilioſæ, æſtum (nondum vacuata etiam putri materia) temperare practici ſolent frigidis humidíſque remediis, ſumendis, & admouendis, ad partes externas maximo feruore conflagrantes; vt in vigore, apparentibus iam ſignis

gnis coctionis,non in principio, aut augmento:in quibus neque feruor maximus eſt, &, obſtructionis ex cruditate ſuſpicio eſt, quæ frigore augeatur. Itaque capiti admouentur topica,in vigiliis ſedandis, paulopòſt exponenda. In ore exhibent continenda verſandaque quæcunque ad ſitim poſteà exponentur. Vt oris collutiones ex aqua frigidiſſima ſimplici,vel pauco aceto mixta; (oxycratum & poſcam vocant)vel folia lactucæ portulacæ & acetoſæ in frigidiſſimam merſa.

Ad refrigerium ſtomachi propinant cochlear vnum ſucci malorum granatorum cùm pauco ſaccaro,vel arantiorum,vel limonium,tenella quóque lactucæ germina, calente poſca immerſa & pauco ſaccharo roſato aſperſa: vel eadem parum præcocta ex aceto & ſaccharo comedenda exhibent; ſicuti,pruna damaſcena multa aqua cocta & ſaccarata, poma, pyráque, potionem denique adhibent aquæ frigidæ, quæ prius tamen leuiter cocta ſit, vel ſimplicis, vel mixtæ ſyrupis frigidis ad quartam partem;vt Alexandrino, de granatis acidis, de limonibus,de aggreſta,acetoſo ſimplici,oxyſaccaro ſimplici.Inteſtina refrigerant clyſteribus mollibus & febris ardorem reſtinguentibus, vt è decocto fol. remoll. lactucæ, roſtri porcini, prunorum damaſcen. trium florum communiũ, & nenupharis in quo diſſoluatur ol.viol.& mel.violatũ ad ℥. ij. vel iij. medulla caſſiæ ad ℥. j. Viſcera temperant tũ intus per tabellas ex pulueribus electuar. viſcera roborantium concinnatas: vt diamargar.frig diarrhodonis abbat.& triaſãtali tũ, foris per epithemata,quæ imponunt viſcerum regioni cum ſplenijs

& diplomatis,vel pãno charmeſino tepida & ſępe reiteranda,ne minis incaleſcant, & longè à paſtu, & poſtea obtegũt partes eaſdẽ cerato refrigerante. Gal.vocato ex parte vna ceræ albæ & 4.olei roſac.ſimul liquatis in vaſe duplici; quod vbi refrixit, mox in aquam frigidiſſimam mergitur: probeque ſucco lactucæ, aut ſemperuiui lauatur. Alij tamen loco huius vnguenti conſeruas roſarum violar.nenupharis admouent, confection. quoque cardiacas, vt alkermes & de hyacintho; ſed vſu fere noxio,lentore ſaccari,quo conſtant meatus obfarciẽte, & fuliginem intus cohibente. Gal. lini ſemine decocto in hydrælęo eadem hypocõdria fouet,cuius exemplo recentiores quidam hapſum lanæ olei violacei vel roſacei,& aquæ æquis partibus ſubmerſum de ſublimi exprimunt. Alij linteola eodẽ hydræleo madefacta ijſdem viſceribus admouent: alij denique miſcellam ex olei chamam. ℥ iiij. aq. roſ.℥ ij.aceti roſ. ℥ ſ.applicant.(complures deniq;. pulmones mactatorum recens animalium, vel columbos,pullos,catellos per mediam ſpinã diuiſios, maiori populi noſtri plauſu vſuq; laudabili capiti raſo pectori, hypocondrijs & plantis admouent,vt tepido calore laxatis poris igneus calor & fuligo foras exhalet vaporetque ſic enim illa per accidẽs refrigerant.Manus quoque & pedes refrigerant cõ trectatis admotiſque folijs lactucæ,ramentis cucurbitæ & cucumeris hortenſis,ranis ex aqua paluſtri & marmoris fragmentis: in eãdem quoque aquam frigidiſſimam immerſione,cui tantillum vini ſit mixtum. Genitalia denique inuoluũt linteolo ſæpe inculcato(ne nimis incaleſcat) in miſcel-
lam

lam ex aqua roſar. vt ad ℥.iiij. & ex vino tenui alboque ad ℥.ij. aceto tenui ad ʒ.ſ. Nam teſtibus refrigeratis mirabiliter æſtus omnis compeſcitur,

Alterum methodi extraordinariæ ſubiectum, eſt ſymptomatũ lenitio; quæ, ſi, ipſa cauſſis febreque ſint grauiora, præponenda eſt, non omiſſis tamen penitus illis.

Eſt autem ſymptomatum genus duplex anteà diuiſum à nobis & ſpeciatim expreſſum, vnũ eorũ quæ febri vt intéperiei calefacienti, ſiccanti & aliquando liquanti ſuperueniunt. Alterum, eorũ quæ à putreſcentibus ſuccis eorumque vaporibus oriũtur, in partibus vbi putreſcunt, vel in quæ aliundè irrepunt: vel certe euaporant. Cæterum, ſymptomata omnia ſunt, vel non critica, & à morbo naturam perturbante, in principio, augmento, primaque ſtatus parte, inter curationem cauſſarum, & febris, obueniunt: atque hæc, ob grauitatẽ ſuam, aliquando curatione egent (leuiora enim ſimul cũ cauſſis amotis febribuſque exoleſcunt:) alia critica ſunt, à natura excretionem aliquam moliente noxij humoris, indeque corpus perturbante. Ex quibus rurſus alia tantùm ſunt ſymptomata, & actiones læſæ, vt vigiliæ, deliria, comata, lachrymæ inuoluntariæ, tenebræ, & ſplendores ante oculos obſeruantes, faciei & oculorum rubor, labiorũ tremor, dyſpnoea, præcordiorum retractio, ſtomachi faſtidium, nauſea, vomitus, ſitis crucias, cardialgia inquietudo, decubitus moleſtus. Alia, ſunt ſymptomata ſimul & cauſſæ criſeωn, bipartita quoque, alia κατ' ἔκκρισιν: alia κατὰ μετάστασιν, ſiue ἀπόστημα. Poſt, abceſſum. Prioris generis tot ſunt dif-

ferentiæ, quot euacuationum naturalium, vt, per aluum, per veſicam, & vrinas, ac, per hæmorroidum fluxium, per hæmorragiam narium, per vomitiones, per ſputa, per ſudores. Poſterioris generis ſunt abſceſſus, ponè aures, id eſt, parotides: ad alas & inguina, bubones, ad articulos & in cutem, icterus, & carbunculus. Porrò criticorum à non criticis diſcrimen eſt ex ſpecie morbi, motu, & tempore. Nam acutiſſimæ febres deſituræ intra 20. diē per excretionem, à 20. die remiſsiores, per abſceſſum magis iudicantur. Longiſſimæ & non acutæ, per coctionem: quin etiam, cum criſis ſequatur coctionem aut ſymptomatum vehementiā, in ſtatu tantùm & die critico ſymptomata critica emicare ſolēt. Itaque ſymptomata hæc prioris generis, ſi die theorico, id eſt, indice appareant, rurſuſque die critico proximo, eadem grauiora emergant, dubium non eſt quin eodem die criſim futuram polliceantur. Nam de huiuſmodi pronūtiauit Hippocr. noctem vel diem quæ criſim antecedit moleſtiſſimam eſſe conſueuiſſe: ſed tamen, terroris plus quam periculi inuehunt, ſi prægreſſis coctionis ſignis viribuſque conſtantibus ſuccedant, & in ſtatu: aliàs mortē denuntiant in ſtatu per criſim malam: in principio autem & augmento, morbi vehementiam. Non criticorum extraordinariam & lenitiuam curationem ad finem curationis ordinariæ febrium putridarum referimus.

Diui

Diuiſiones febrium putridarum ad therapeiam neceſſariæ.

CAP. XIIII.

HActenvs febrium putridarum cõmunis therapeia ordinaria clare quantũ fieri potuit,& cõpẽdioſe enarrata eſt: propria deinceps ſingularum ſpecierum tam intermittentium, quam continuarum eadem methodo analytica deinceps enarrabitur. Huic tamen enarrationi,febriũ diuiſiones aliquot iſti therapeiæ propriæ prorſus neceſſariæ præponẽdæ ſunt. Prima itaq; eſt ex caloris fumoſi, & mordacis(quem putridarum generi affinximus antea) ſicuti ſuauem,ephemerarum:& acrem ſquallidumque, hecticarum:) quadruplici diſcrimine apud Gal. lib. 2. de febribus pro quadruplici ſubiectæ materię,id eſt putreſcentium humorum varietate, nam ex ſanguine calor magis vaporoſus multuſque eſt, minuſque acris: ab vtraque bile ſquallidus magis acriſque: ſed à flaua celerius validiuſque ob tenuitatem: à melancholia tardius minuſque admotam manum medici ferit, ob craſſitiem ſubſtãtiæ à pituita primùm mitior,moxque acrior emicat, non in diuerſis tantùm temporibus generalibus, ſed in eadẽ manus admotione,ob eruptionem vaporum copioſorum laxata ægrotantis cute

tepore manus medicæ cum halitus ſit paulò craſſior lentuſque.

Secunda diuiſio eſt,ex conditione materiæ putreſcentis,vel ſimplicis vel compoſitæ,de qua poſteà.

Tertia diuiſio eſt à caloris conſtantia,in continuas & intermittentes.

Quarta ex caloris motu,in longas, acutas, breueſque.

Quinta ex tempore motus,in diurnas & nocturnas.

Sexta ex motus caloris eiuſdem ordine,in erraticas & ordinatas.

Septima,ab origine caloris,in primarias & ſymptomaticas.

DIGRESSIO.

De differentijs humorum putreſcentium.

PRo diuiſionis huius illuſtratione obſeruandum eſt qui humores putredini pateant. Sunt autem illorum ſpecies tres, naturalium,non naturaliũ,& contra naturam. Naturales, ſunt qui nutriunt corpus,& ex cibis temperatis & à moderato viſcerum calore, gignuntur: ſuntque naturales intra venas quatuor,quos cõtinet ſanguis,heterogeneus quidẽ & quatuor diuerſis partibus conſtans, ſed vnicus tamen actu & formæ vnitate.Ex his calida vna eſt humidáq;,ſapori dulci,& purpureo,calore ac ſubſtantia mediocri. Sanguis priuatim nomine totius, vocatur. Secunda calida ſiccaque guſtu amariuſculo, tenui ſubſtantia, & colore ex rubro flaueſcente

cente. Tertia frigida humida, craſſa & viſcoſa ſubſtantia, ſapore inſipido, colore ex rubro albicante. Quarta frigida ſiccáque, craſſa quoque ſubſtantia, ſapore auſtero, vel acerbo, & colore ex rubro nigricãte. Tota hæc humorũ naturaliũ cõpages vocatur cõmuni nomine (Sanguis) aliàs maſſa ſanguinaria: cuius partes ſingulę, (excepta dulci,) quę priuatim (vt diximus) ſanguis vocatur, excrementorũ ſuorũ nominibus vocãtur ob tẽperamentu & ſubſtãtię ſuæ cũ illis ſimilitudinem: Vt quæ frigida eſt & humida, pituita, vel pituitoſus ſanguis: calida ſiccaque, bilis, vel biliosus ſanguis: ſicuti frigida & ſicca melancholia vel melancholicus ſanguis. Nõ naturales quidem ſunt excrementa naturaliũ, non corporum, quibus vtilia ſunt: vt mucoſa pituita, leniendis inteſtinis ad prolapſionẽ duriorum fęcum; ijs quoque muniendis aduerſus acrimoniam humorum putrium vſtorum-vè. Bilis flaua inteſtinis ſtimulandis ad fæcum excretionem: melancholia adſtringendo & refrigerando ſtomacho, appetentiæ & coctionis gratia. Illa quidem ſunt à calore moderato genita. Sed tamen nõ naturalia: quod alendi facultate orbata ſint. Continentur ſingula proprijs cõceptaculis: vt bilis, cyſtide fellea. Melancholia, liene: pituita, ventriculo & inteſtinis: ſæpe tamen ſanguini in venis miſcentur, aut ibidẽ cumulata, vt bilis, ardore febris & cauſſarũ externarum: aut eodem refuſa viſcerum vitio, vt iecoris caliditate flàgranti: aut cyſtidis obſtructione: ſic è lienis debilitate vel obſtructione (vt in vtroque ictero apparet) & è ventriculo frigidiori. Cõtra naturam ſunt eadem excrementa, ſubſtantiæ ſuæ &

temperamenti corruptelam perpeſſa ab vſtione vel putredine. Sic bilis naturalis colore flauo & mediocri ſubſtantia &caliditate, mutatur in pallidam tenuem, magis flauam calidamque minus, ex mixtione feroſi humoris. Eadē fit vitellina craſſior ſcilicet acriorq; & magis fulua vſtione vel putredine:qua diutius pergēte,vertitur ipſa in praſſeam, deinde in æruginoſam,poſtremò in glaſteam ſiue iſatodem. Ex his, quæ flaua & pallida eſt, ſæpe in venis cum ſanguine occurit, vt dictum eſt. Tres vltimæ ſpecies(quæ differunt ſola craſſitie ſubſtātiæ & coloris viriditate magis minuſ-uè ad atram vergente)in venis rariſſimè,niſi fortè per ardētiſſimas febres &lethales cōſpiciūtur. At in vētriculo,praſſea ſępius,ex cibis præſertim calidioribus & crudiorib⁹ vt porris,alijs,cępis,ſinapi,naſturtio & pręſertim folijs: quorū nō bene coctorū color immutatus perſiſtit rarius in hepate calidiori & cyſtide.

Melancholiæ præter naturam tres ſunt differentiæ, omnes quidem à caloris alieni ardore: ſed ex diuerſa materia ſuſcitatæ.Prima eſt ex melancholia non naturali vſta, acris quidem & mordax. Secunda ex bile vitellina vſta,dum in atram euaſerit omnium deterrimam: quæ numquam ad ſalutem reiicitur: eſtque ita acris vt partes, erodat & vlceret, terram fermētet & in bullas attollat.Tertia eſt ex vſtione pituitæ,non dulcis quidem & acidæ, ſed ſalſæ,quæ omnium mitiſſima.

A ſanguine nulla fit atra bilis proximè,niſi prius in flauam bilem vertatur, illæque omnes extra venas. Pituitæ denique pręter naturam quatuor ſunt è ſubſtantiæ diſcrimine differentiæ: Vna

aquea

aquea : altera mucoſa ſiue albuginea : tertia vitrea: quarta gypſea, iam, & lapidea. Tres vltimæ ex aquea educuntur caloris vi, diſsipantis aqueam & tenuiorem portionem, & incraſſantis terrenam. Omnes quidem extra venas ſunt. Alias, tres tãtùm Galeno differẽtiæ notantur primò de febribus vt dulcis, acida & ſalſa.

Omnes iſtæ humorum ſpecies & differentiæ naturalium non naturaliũ, putreſcentes accẽdunt febres (humores autem contra naturam ob ſiccitatem temperamenti, ſuæque ſubſtantiæ duritiẽ, putredine raro tentari arbitramur) ſed alij intra venas putreſcunt tãtùm, vnde febres cõtinuę omnes. Alij extra venas, è quibus intermitẽttes ſuc cenduntur.

Continuarum febrium duæ ſunt differentiæ: vna ſynochωn, i. continentium, altera ſynechωn, id eſt continuarum ſimpliciter dictarum. Nam à ſanguine. j. maſſa ſanguinaria abundante venaſq; obſtruente, febris ſynochus oritur, duplex: vna imputris (ex ephemerarum extenſarum genere putata) à vaporibus feruidis calefacti, nec ſatis perſpirati ſanguinis, duratq; tãtum ad teritũ vel 4. diem: vna eius eſt & æqualis acceſſio, tuncq; ſoluitur critica hæmorragia vel ſudore, niſi ars anticipet: aliàs in putrem ſynochum migrat: Qui plerumq; eſt etiã incipiens : duratque vna eiuſdem acceſſio ad ſextum, aut ſaltem intra ſeptimum, eadem criſeos ſpecie ſoluitur: aliàs mutatur, (vſto iam ſanguine pinguiori (in aliam febris ſpeciem nempè bilioſæ: & poſtremo in melancholicam (vſta etiam bile.) Diſcrimen vtrumque ſynochi, è varietate conſtipationis cutis eſt & obſtuctionis venarum maioris vel

vel minoris, pro modo & cõditione redũdãtis ſanguinis,i. craſſioris lẽtiq; magis vel tenuioris. Hoc patet exemplo Galenici liberti & ſerui barbari: ex quibus ille imputri,hic putri ſynocho laborauit: vterque tamen adoleſcens fuit. At ex humoribus alijs id eſt ſingulis partibus ſanguinis ſupra naturalem mixtionis legẽ auctis(debet etenim calida pars copia reliquas ſuperare,ſicuti pituita reliquas duas quia in ſanguinem verti poteſt:& bilis,melancholiam vitæ principijs diuerſiſſimam)in qualitate vel quantitate etiam febres fiunt συνεχεῖς, i. continuæ proportionales dictæ:quod intermittentium acceſſionibus & intermiſsionibus ſimiles habeãt exacerbationes,& remiſſiones.Tametſi earum quoque vnica ſit acceſsio:vnde tertianæ,quotidianæ,& quartanæ continuæ dicuntur. Attamen à non naturalibus quoque intra venas ſanguini mixtis humoribus fiunt eædem continuæ: ſed multo grauiores, quam à naturalibus. Hinc tertiana continua à bile excremẽtitia in venis, verus cauſus eſt: multóque periculoſior,quam eadem tertiana continua à bilioſa ſanguinis parte. Sunt enim excrementa inde oriunda multo infeſtiora. At ex humoribus extra venas circa præcordia putreſcentibus, ſiue ibidem congeſti ſint circa præcordia:ſiue tranſmiſsi à venis maioribus per initia acceſſionum: ſiue attracti à calidioribus, aut dolentibus viſceribus, febres fiunt intermittentes,pluribus diſtinctæ acceſſionibus & inæqualibus.i. rarioribus, crebrioribus,longioribus,breuioribus.Putreſcit autem vnus humor intra venas ſiue naturalis,ſiue non naturalis ſit, nõ omninòquidẽ ſolus(hęc ante ſunt animaduerſa:)cũ nullus

nullus humor in corpore purus ſyncerusque ſit:ſed febris humori tribuitur, cuius copia viſque maior & motus euidentior apparet. Sic ſimplices qui-dam tumores vocantur;vt eryſipelas,œdema, ſcirrhus,ab vno humore,non ſyncero tamen ſed plurimo vincente. Quod ſi duorum mixtio motuſque ſit manifeſtus, ab vtriuſque mixtione dicitur eryſipelas œdematωdes,ſcirrhodes&c.Vt à vincente humore nomen ſit,à victo cognomen : ſic febris implexus duorum æquali putredine humorũ & mixtione conſtans vocatur notha, ſpuria, illegittima, quod ſi inæqualis ſit,à vincente, vt notha,dicatur, aut tertiana,aut quartana,aut quotidiana.Non omnis tamen febris humoralis eſt putrida : cum bilis ſola vſtione aliquando ſine vlla putredine febrem tertianam continuam accendat, quæ vomitione & diarrhæa biliosa ſæpe ſoluatur, ſine vllo fœtore & putredine : quod ſit ob caliditatem & ſiccitatem vſtioni propinquior : ſicuti humores calidi humidíque putredini. Apparet ex hiſtoria iuuenis vigintiquinque annorum apul Gal. lib. 10. meth. eius quidem & natura bilioſi & victu : vt inſolatu,inædia, fatigatione, curis,vigiliis, ideóque remedium promptiſſimum Galenus adhibuit nutrimentum, temperandæ ſiccitatis, & caliditatis gratia : ne in hecticum faceſſeret:cum putridis omnibus optima ſit inædia.

Ex illa igitur humorum enumeratione qui poſſunt putreſcere, quadripartita febriũ putridarum diuiſio iure inſtitui poteſt & debet : vt vna ſit ſanguinea,ſynochus dicta, duplex,putris & imputris. Altera bilioſa,duplex quoque, putris & imputris.

Tertia pituitoſa. Quarta melancholica: vtraque putris tantùm. Ex illis 4. differentiis tres vltimæ nominibus diſtinctæ ſunt circuituum: qui humorum ſpeciei peculiares vulgo putantur, vt pituitoſa dicatur quotidiana: bilioſa tertiana: melancholica quartana, ſiue continuæ ſint & exacerbationes ſubeant, ſiue intermittentes cum acceſſionibus & intermiſſionibus.

De Signis diagnoſticis febris putridæ.

Cap. XV.

PORRO noſcendæ ſunt differentiæ ſiue ſpecies ſingulæ febriũ non è circuitu: qui non humoris ſpeciẽ, ſed quãtitatẽ & qualitatẽ ſequitur, ſed è pathognomonicis ſignis & cauſis humorum putreſcentium generatricibus. Illa ſunt caloris, motus, pulſus, vrinarum, inuaſionis, & ſolutionis modus, & ſymptomata omnia quæ caloris modum ſequuntur. Hæ verò ſunt internæ vt natura, ætas, ſexus: externæ vt tota victus ratio prægreſſa. Sicuti bilioſorum natura calida ſiccáque, ætas iuuenilis, ſexus virilis, cœli, regionis, temporis conſtitutio æſtuoſa, inædiæ, ærumnarum, vigiliarum patientia, curæ graues, iracundia, calidiorum ſalſorumque & piperatorum ædulium vinique generoſi vſus. Huius temperiei

periei calidæ ſiccæque ſigna ſunt, habitus gracilis, color pallidus, mores iracundi, ingenium acre, venę amplæ, pilus flauus, excrementa alui, & vrinæ flaueſcentia. Sanguineorũ natura calida humidaque, ætas adoleſcentiæ, cœlum, regio, tempúſque anni temperata: vt ver, vita hilaris & curarum expers, lauta, deſidioſa, ſomnolenta: ſigna, habitus, denſus, obeſúſque & pinguis, color rubeus, pulſus maximus, mores hilares & faciles, ingenium ſtupidum, & confidens. Pituitoſorum natura frigida humidaque, ſexus muliebris, ætas puerilis & ſenilis, tempus hyemale, aut conſtitutio anni auſtrina pluuiáque, otium, crapula, balnea poſt paſtus. Signa tantùm, color plumbeus, habitus obeſus, mores ignaui, torpor mentis, & ad motus omnes ſegnities. Melancholicorum natura frigida ſiccáque, ætas declinãs, aer frigidus ſiccúſque, & conſtitutio autumnalis vita ærumniis, vigiliis, laboribus, curis & mœrore vehementer diu ve exercita: Signa, habitus gracilis & glaber, capillitium nigrum, mores mœſti & ignaui, ingenium ex ætate & ſtudio acutum, ex natura hebes & ſtupidum. Non ſunt autem plures putridarum febrium ſpecies, quatuor illis enumeratis: nam ros cum pars ſit membri ſine eiuſdem putredine non caleſcit, aut putreſcit: ſicque hectica eſt non humoralis. Ichor autem ferè putreſcit cum aliis ſanguinis partibus, quibus miſcetur: quorumque propria febris, non ichoris habetur. Vermes putres ad pituitam putrem referuntur; ſicuti ad eandem hydropicorum aquæ & cachexiæ virginũ. At ſuppuratio ad ſanguinem putreſcentem: vt & febris ab vlceribus internis, vt pulmonum, renum

&c.

&c.refertur ad pituitam putrem.

Neque rurſus pauciores ſunt quàm quatuor, tametſi Gal.lib.2.de differentiis febr. cap. 9. & lib. 2. de criſib.cap.12.ſanguineas retulerit inter billioſas, quas tamen tanquam diuerſas idem Gal.lib.9. method.cap.4.admittit: vbi ſynochum duplicẽ finxit, putrẽ imputremq́; ,quã vltimam ſententiã ſequuti ſunt omnes eius interpretes, vt Paulus lib. 2. cap. 28.Aëtius lib.5.cap.71.Actuarius lib.2.cap.1. Ratio eidem ſententiæ adſtipulatur, eſt enim bilioſæ ſynochus valde diſſimilis, tum caloris qualitate. (Nã in ſynocho copioſus maior eſt & minus acris: In bilioſa acrior parciorque) Tum caloris motu: qui in ſynocho continuus eſt & vnus: in bilioſa continuus quoque eſt: ſed pluribus exacerbationibus & remiſſionibus interciſis: Tum denique generatione & cauſis omnibus internis externiſque, & ſignis ante expoſitis: tum ſymptomatis multo mitioribus in ſynocho, quam in bilioſa. Tum denique curatione, Synochus enim largiſſima phlebotomia ſine purgatione curatur: bilioſa contra purgatione magis, & phlebotomia parciſſima aut nulla, Quinetiam Galenus ipſe 9. methodi cap.5.ſynochum fieri docet à plethora ad vaſa non ad vires: at nullus humor alius præter ſanguinem poteſt ita augeri: vt vaſa diſtẽdat. Tũ Gal.idem ibidem docet ſynochum fieri cum humor putreſcit æqualiter, & cito in omnibus vaſis: ſaltem maximis & calidiſſimis inter alas & inguina: at ſolus ſanguis citò putreſcere poteſt, (cùm ſit calidus & humidus) diſflatione prohibita, ob copiam & obſtructionem. Tum ex eodem Gal. ibidem ſynochus nõ inuadit frigidas naturas & ætates: Neque rurſus bi

lioſos & graciles: ſed iuuenes tantum, obæſos & rubicundos. Ergo à ſolo fit ſanguine. Tum ſynocho laborantium maximus eſt pulſus: in reliquis minor. Tum ſynochus ex eodem Gal. ibidem ex plethora ad vires non fit: ex qua putridarum aliarum ſpecies aliqua tantum oritur: neque ruborem aut tumorē habitus infert: neque denique vaſorum diſtentionem, aut obſtructionem; ſed à ſola plethora ad vaſa vel ſyncera vel parum declinante & impuriori, vt bilioſa, pituitoſa, melancholica. Ergo febris ſanguinea eſt putris. Neque ſequitur, ſanguis dum putreſcit, in bilem primum vertitur flauam pinguiori ſua portione: deinde in atram bilem, vſta bile flaua: ergo non eſt febris vlla ſanguinea putrida. Ea enim ſanguinis mutatio fit cum tempore, cumquè motus ſit, habet terminum à quo, & ad quem. Itaque dum putreſcit ſanguis, eſt ſynochus. Sic bilis putreſcens bilioſam febrem fouet donec ipſa bilis vſtione ſpeciem mutarit. Quod ſi in partibus phlegmone obſeſſis febris tertianis circuitibus moueatur, id fit, aut quia ſanguis magis bilioſus erat: vt in membranis inflāmatis, vt meningibus & ſuccingeute coſtas: vel quia conculcatus, perſpiratione ceſſante, calorem induit motumque bilioſis tertianis ſimilem. Quare Gal. putreſcentem quidē ſanguinē priorem formam ſuā ſubſtantilem etiamnum retinere putauit: non qualitatem tamen, ſed calorem & motum caloris ſenſim aſſumere bilioſis febribus ſimilem: quia ſanguinis portio per ſe calidior citius in bilem, tardius in melācholiam aſſando & putreſcendo conuertitur. Sanguis autem putreſcens cito mutatur in extrema, quia medium

quiddam eſt & parum à ſuis extremis diſtans. Itaque ſanguis putrere incipiens, non forma quidem, ſed qualitatibus cœpit eſſe bilioſus, ſimilemq; tertianis calorem & motum exhibere.

Secũda diuiſio febrium putridarum.

Cap. XVI.

SECVNDA diuiſio eſt febris in ſimplicem & compoſitam, in vnã & plures, idque non ex ſede febris ipſius & cauſæ eiuſdem coniũctæ; quæ ſemper vna eſt, id eſt cordis ſubſtantia, ſicq́ue febris vnus ſemper morbus eſt; ſed ratione cauſæ antecedentis ſediſq; in qua illa putreſcit, febris alias vnus eſt morbus, alias plures. Rurſus quæ vna eſt ratione ſedis vnius, duplex eſt, vná ſimplex. Siquidẽ in vna parte vnus humor putreſcit, vel etiam plures, ſed tanta imparitate mixti, vt vnius obſcuriſsima ſigna nuſquam compareant, alterius ſint illuſtriſſima, eaq́ue febris & ſimplex & exquiſita, & legitima appellatur. Altera eſt ſimplici oppoſita, id eſt compoſita è duorum humorum ſimul mixtorum in eadẽ parte putredine, & aliquãdo tanta paritate, vt neutrius ſigna ſeorſim ſint conſpicua: tumq́ue cõfuſa ſimpliciter vocatur. ſed notha & illegitima. Aliàs ea imparitate, vt vnius humoris vires motuſq́ue euidentiores ſint: tumq́ue confuſa febris à vincẽte humo

humore nomen ſortitur, vt tertiana notha à bile, quæ fit etiam à pituita ſed parciori,quotidiana à pituita, tametſi bilis, ſed parcior ſimul putris ſit: fit denique quotidiana notha.(Idem antea docuimus de tumorum præter naturam mixtione & nomenclatura.) Atque eiuſmodi febris confuſa vere vna eſt, ideóque vna accretio ſolutióque putreſcentibus ſimul & exhalantibus diuerſis humoribus.

Plures febres ſunt: quando in diuerſis partibus humor putreſcit:ſiue vnius ſit,ſiue diuerſæ ſpeciei: Ideóque febres eiuſmodi(quæ plures ſunt)diuerſis horis inuadunt deſinuntque,&proprijs ſymptomatis ſigniſq; comitantur omnibus.His quoque ſæpe accidit,vt vnius intermittentis inuaſio,in alterius intermittentis declinationem incurrat : tumque ſubintrantes vocantur.Niſi ſint eiuſdem ſpeciei potius (ſicuti poſtea exponetur).

Continuæ febres non poſſunt ſimul eſſe plures quandiu materia diuerſa in ijſdem venis mixta cõcluſaque putreſcit: tametſi vnam cacochymiam ab vna parte,alteram ab altera effundi, cũ Auicẽna conſtet: ideóque ſunt tantum vel ſimplices vel cõfuſæ ab vnius vel duorum humorum putredine intra venas maiores.

Plures igitur febres vocantur implicitæ,ſuntq; duorum generum. Prius eſt cum intermittens intermittenti implicatur. Poſterius cum intermittẽs continuæ.Rurſus prius genus bipartitum eſt,aut enim implicitæ intermittentes ſunt diuerſæ ſpeciei, vt quotidiana & tertiana,aut quartana etiam cum alterutra , ſed hæc implicatio rarior eſt, primiſq, diebus obſcurior : aut intermittens implicatur ei-

dem ſpecie:quæ implicatio multò frequentior eſt, vt tertianarum duarum,aut quotidianarum , aut quartarum etiam. Aliis tamen verius videtur vna febris quàm plures cuius acceſſiones ob quantitatem putredinis maiorem tenuitatem & mobilitatem, ſint crebriores : ſicuti ob contrarias humoris conditiones rariores nam & in ſtatu longiores vehementioreſquè ſunt quàm in principio ſimplici. Sic quoque acceſſiones colicæ, nephriticæ, comitiales,menſtruæ, arthriticæ variare ſolēt pro quantitate excrementorum:vix etiam duę pluresue corporis partes ſimiliter intemperatæ ſint quæ eandem congerant cacochymiam.Lenior eſt Auicennæ ratio aſſerentis cacochymiam eandem à natura partitam & in plures partes diſtributam,eſſe facilioris coctionis & diſſolutionis cauſa : cùm tamen humoris motus à putredine ſola cieri ſoleat per initia acceſſionum.Quod ſi ex ſententia Fernelij earum vna alteram aliquot dierum & acceſſionum interuallis antecedat,viciſſitudo illa non ex varietate partium , ſed putredinis oritur: quæ ſenſim augetur vel à febre ipſa,vel à vitioſo victu.

Alterum febrium implicitarum genus eſt,intermittentium cum continuis, ſiue tertianarum cum pituitoſis continuis, ſiue contra pituitoſarum intermittentium cum tertianis continuis, vtraque hemitritæos appellatur:eſtque vtraque vel exquiſita ex paribus putreſcentium humorum viribus: vel non exquiſita ex inæqualibus iiſdem.Prior ſpecies hemitritæi dignoſcitur , à ſimplici continua, quod huius exacerbationes ſine horrore & rigore recurrant inclinentque ſine ſudore,nec intergritas

incli

inclinationem ſequatur: at tertianæ ſimplicis acceſſiones cum rigore inuadunt, cum ſudore deſinunt, cũ integritate quieſcunt. Præterea hic hemitritæus vno die cum horrore inuadit, hincque grauius increſcit affligitque ægrum altero die lenius: vno etiam die acceſſiones duas habet, altero vnicã.

Altera ſpecies implicitarũ, quæ eſt quotidianæ intermittẽtis cũ tertiana cõtinua, graſſatur pariter per ſingulos dies duabus acceſſionibus ſed imparibus: vna vehementiori, altera mitiori. (De his implicationibus febrium vide Gal. lib 2. de criſib. c. 9. & lib. de differentijs febrium.) Hæc implicatio febrium intermittentium cum continuis quibuſdam impoſſibilis viſa eſt: quod per eam contingat hominem febrire & non febrire: adeóque perpetuò vna febre affligi, & tamen febrem deſinere. Abſurdum tamen, aut repugnans nihil eſt: ſiquidem continuationis & intermiſſionis ratio ad diuerſorum humorum putredinem pluresque febres referatur: quarum intermittens ſoluatur, diſcuſſo humore ſuo, continua perſeueret, humore intra venas condito non difflato.

Tertia diuiſio febr. putridarum.

Cap. XVII.

Tertia febrium diuiſio eſt ex caloris motu: in continuas & intermittentes. Illæ continenter & ſine vlla intermiſsione affligunt ægros pluribus diebus, ad ſolutionem vſque, ſuntque duplices.

putreſcens & concluſus humor. Contra qui extra venas eſt, ante diſſoluitur, à calore febrili tenuatur, vel in vaporem inſenſilem, vel in ſudorem, quam à partium diſpoſitione, licet ſuperſtite noua nouæ flammæ materia ſuccreſcat: hinc febris & ardoris intermiſsio eſt. Alijs tamen Galeno poſterioribus medicis apud Trallianum lib 10.cap. 2. continuitatis huius & intermiſsionis febrium cauſa, ſine vllo loci diſcrimine, ad humoris putreſcentis, aut copiam, aut lentorem, aut craſsitiem refertur. Nam à copia, lentore & craſsitie, diſsipationi humoris tandiu reſiſtit, dum noua materia noui incendij ſuſcitetur à viſcerum intemperie, vel alimenti prauitate: vnde febris continua fiat; vbicunque collectus humor ſit, ſiue intra, ſiue extra venas. Contra ab humoris paucitate & tenuitate intermittentes febres accendi; & qui ante diſſoluitur, quam noua repululet putredinis materia, etiam intra venas maximas. Nam & Galenum huius ſententię fautorē eſſe volunt alib. 2. de differentijs febrium, vbi promiſcuū febrium omnium, tum continuarum, tum intermittentium ortum ſine vlla loci diuerſi mentione refert ad partium, vel mittentium, vel generantium, vel attrahentium, vel ſuſcipientium diſpoſitionem. Eadem ſententia poteſt quoque his exemplis confirmari, lumbricorum, empyematis & inflammationum internarum: à quibus omnibus extra venas ſitis febris eſt continua: febres quoque ſubintrantes ab initio continuæ ſunt (fiunt tamen tandem intermittentes) quarum materia in præcordijs abdita eſt. Poſtremo Hippocrat. aphor. 43. ob malignam putredinem

fieri febrem continuam pronunciat, vnde aſſumitur. Cum eiuſmodi puttedo non intra venas tantùm, ſed extra eaſdem contineatur, febrem continuam ab humore extra venas ſæpe concitari.

Harum tamen contradictionum aſperitas leniri poſſit,quòd Gal. ſententia de loci diſcrimine ſit frequentiſſima:non tamen vſquequaque vera ſoláque (rara enim ſunt exempla hæc citata.) Proinde his quoque rationibus veriſſimis fulciatur:primũ-que, De intermittentium cauſa proxima extra venas. Rigor enim horror & frigus partium ſentientium morſum ab acrium humorum præcipiti deſcenſu è venis ſequuntur, per initium acceſſionis earum. Hinc vehemens concuſſio à bile acerrima, horror à melancholia minus acri,frigus ſolum à pituita hebetiori.Hinc Hippocrat. ſcribebat à cauſone habito rigor ſuperueniens morbi ſolutio.Soluitur enim morbus quia materia putris â venis fertur in cutem & carnem ſenſilem:vnde ſudore euacuatur. Idem quoque ſcripſit quibus quotidie rigores fiunt;quotidie febres ſoluuntur,materia ſcilicet earum initiis acceſſionum per habitum ſparſa:ibíque à calore febrili tenuata,& diſcuſſa.Quare probabile ſit febrium quoque intermittentiũ cauſam coniunctam in venis leuiter putreſcere ſaltem capillaribus : cum ſudore ſoluatur per meatus obſcuros cutis fluente : qui ſunt veluti venarum & arteriarum termini & clauſulæ, cotyledonibus vteri ſimiles : per quos idcirco inſpiratio tranſpiratióque fieri ſolet: vnde ſanguis euentilatur, ſicuti iiſdem occluſis idem incaleſcit,& inſtar aliorum humorũ aliquando putreſcit. Verius tamen eſt eam intermit

mittentium cauſam coniunctam extra quoque capillares venas in meatibus habitus, ideſt carneæ molis poris putreſcere. Aliàs enim rigor, horror ve non fiat deſcendente bile, vel melancholia per initia acceſſionum: cum venæ exiguæ non ſentiant exquiſitiùs quàm mediæ, aut maximæ. Hinc icterus & eryſipelas, rigore carent: tametſi in illis affectibus bilis à magnis venis in paruas trudatur: carneæ autem molis, ſui quoque ſunt meatus inſenſiles in cutem deſinentes: in quos deponitur à venis materia putreſcens coniuncta cum moleſtiſſimo eroſionis ſenſu: per quos eadem vel ſudore vel inſenſili tranſpiratione vacuatur. Neque enim ſudor venarum tantum eſt, ſed carnis multo magis excrementum. Sic phlegmonarum quoque aliorumque præter naturam tumorum materia è venis excluſa per eoſdem diſcutitur. Quare ex Gal. ſententia continuitatis febrium cauſa frequentiſſima ſtatuatur continuus humorum feruor, ex eorum retentione intra venas valde obſtructas: tandiu enim acceſſio continuatur, dum materia putreſcens ſudore aut inſenſili tranſpiratione diſſoluta ſit: & antecedens concocta vacuatáque ſolutis venarum obſtructionibus, ſicque continuarum vtraque cauſa, in eadem ſede, iiſdem venarum conceptaculis abdita eſt. Contra intermiſſionis cauſa eſt, materiæ extra venas putreſcentis vacuatio diſſolutióque antequam noua materia, ideſt antecedens cauſa colligatur: facilitatem autem & celeritatem vacuationis iuuat locus liber & expeditus extra venas. Cauſa antecedens in venis maioribus ſenſim coaceruatur. Ex quibus liberis præſertim & patẽtibus,

per initia acceſſionum effunditur ab expultrice venarum facultate, irritata à mala qualitate materiæ eiuſdem: quam non è putredine quidem, ſed ex propinquiſſima ad putredinem potentia, Ideſt caliditate aliena præ obſtructione aut adſtrictione contraxit. Aliquando tamen continuitatis & intermiſsionis febrium putridarum cauſa ſtatuenda eſt, non in loci differentia ſed in humoris quantitate, & qualitate. Vt febris continuæ cauſa vtraque, aliquando extra venas ſit poſita & coaceruata, quę præ multitudine ſua, vel craſsitie & lentore, minimè diſsipabili, in plures dies incendium producat. Contra paucitas & tenuitas materiæ putreſcentis, non ſolum extra venas, ſed intra eaſdem etiam febrem intermittentem accendat. Ergo febrium intermittentium à continuis diſcrimen, non ſemper eſt in loco: ſed etiam in materia: ex Gal. etiam ſententia (tametſi Fernelio aliter exponatur) quũ hæc tàm in venis quam extra eaſdem humor ſit excrementitius: in venis enim ſingulæ ſanguinis partes in ſua excrementa vertuntur, à vehementia cauſarum externarum: aut à putredine, dum à reliquo ſanguine per initia acceſſionis ſecernuntur: aut nõ ſecernuntur quidem, ſed ibidem putreſcunt, vt in continuis. Nam & ſine putredine ſecretæ, tumores ſuſcitant in habitu ab excrementis ſuis, œdema, ſcirrhum &c. aut in eaſdem venas eadem excrementa à viſceribus, vel intemperatis, vel obſtructis, vel aliter debilibus amandantur (ſic vterque icterus naſcitur) ideóque intermittens tertiana à cauſo non materiæ ſpecie, ſed loco tantum & continuitate differt. Locus præterea cauſæ antecedentis vtriuſ

vtriuſque generis putridarum frequentiſsimus eſt in venis: ex quibus portio eiuſdem per initia acceſſionum aliquando in habitum excutitur ab expultrice facultate: vbi fit cauſa coniuncta. Aliàs in venis obſtructis ſubſiſtit eadem: ſicque intra venas vtraque cauſa eſt, & antecedens, & coniuncta. Aliàs vtraque eſt extra venas & circa præcordia. Itaque continuam putridam ab intermittentibus hæ notæ à primo inſultu ſeparant. Quòd illa nullo horrore, aut rigore prægreſſo, repente hominem adoritur: aut ſemel tantum, idque rarius, à portione tenuiori antecedentis materiæ elabentis è venis obſtructis (craſſiori ſubſiſtente:) quòd acceſsio vltra vigintiquatuor horas producitur: neque interea deſinit, aut ſudore manifeſto: aut ſenſim obſcuráque tranſpiratione: ſed totum ſuum ſpatium conſtanter decurrit: donec penitus intercidat, & extinguatur. Intermittentiũ contra acceſsio ſæpius à frigore horrore aut rigore incipit: horror tamen rigorque ſuperuenit tantum augmento aut vigori: ſiquidem materia extra venas eſt antecedens & coniuncta: intra viginti quatuor horas finitur, ſudore vel tranſpiratione inſenſili; niſi producta ſit acceſſio: vt in triginta aut triginta ſex horas.

De

De Paroxyſmis febr. putridarum.

CAP. XVIII.

EST quidem συνεχῶν, id eſt continuarum exacerbatio remiſsioque propria: ſicuti intermittentium acceſsio & intermiſsio: Synochῶν neutra, ideſt neque exacerbatio, neque acceſsio. Exacerbatio nihil aliud eſt, quam febris reduplicatio quædam: per quam ex recenti materia putrefacta commotáque: noua quædam acceſsio prehendere videtur. Eaque vel grauior, vel leuior eſt pro recentis materiæ quantitate & qualitate motúque, nec non pro natura ſenſúque partium, in quas adigitur: grauiorem enim antecedunt frigus, & aliquando rigor horrorque, oſcitatio & pandiculatio, vomitio, ex largioris humoris aut malignioris putredinis in cor irruptione violenta, ſiue intra, ſiue extra venas abdita ſit.

Declinatio exacerbationis continuarum non eſt infebricitatio & quies: ſed remiſsio tantùm leuatióque caloris & ſymptomatum: ob reſolutam coniunctæ materiæ portionem à calore febrili. Cõtingunt autem eiuſmodi exacerbatio remiſsióque circuitibus intermittentium ſimilibus: vnde vocantur, tum proportionales (vt ante notatum eſt) tum continuæ quotidianæ, tertianæ continuæ, & quartanæ continuæ Acceſsio nihil aliud eſt quam noua febris inuaſio ex calore in materia recenti putreſcente

ſcente accenſo: qui tantiſper perſeuerat dum ea ab eodem calore attenuata, inſenſiliter digeratur: vel à natura euidenter vacuetur, ſudore, diarrhœa, vomitione, vrinis: ea enim antecedens materia vbi initium putredinis, ex eáque qualitatem naturæ moleſtam in venis maioribus contraxit: earundem facultate expultrice in habitum amandatur: vbi putreſcat magis; febremque foueat intermittentem, & acceſſionem: vel intra eaſdem venas nimis obſtructas cohibetur, & exacerbationem creat. Sæpe tamen eadẽ materia coniuncta & antecedens extra venas colligitur intermittentiũ febrium, ſunt enim facultatis expultricis obiecta duo tantum quãtitas & qualitas, Gal. lib. 2. de febrib. Alibi tamen tria eidem ſtatuũtur, copia, acrimonia & frigus. Alibi alia tria, moles ſiue pondus, qualitas mordens ſiue frigida, ſiue calida: & quæ toto genere præter naturam eſt, vt venenata: ſed tria hæc quantitatis & qualitatis ambitu continentur. Quæ duo acceſſionem mouent intermittentium, irritata facultate expultrice. Neque enim per febres ſine putredinis qualitate aliena, motus humoris fieri ſolet, à ſola quantitate. Locus deníque in quo putreſcit humor, vocatur focus. Frequens quidem circa præcordia: ſiue è venis in ea amandetur, veluti totius corporis ſentinam: ſiue ibidem congeratur ob viciniam duarum coctionis duplicis officinarum, ventriculi & hepatis. Sæpe tamen depræhẽditur in aliis partibus ex proprio earum labore: vt in ventriculo, ex nauſea, vomitu, deiectione, & in mezenterio, inteſtinis, epiploo, pancreate: hinc diuturnæ febres ſæpè deſinunt in dolorem colicum, ſiue arthriticum; mandato

dato à ſuperante natura humore: in capite ex cephalalgia,comate, vigilijs,deliratione: In lũbis ex dolore: in thorace ex æſtu, oppreſſione ,diſpnœa, ſicuti in partibus phlegmonoſis,ex calore earundẽ doloréque deprehenditur.

Intermiſsio ἀπυρεξία infebricitatio, integritas,eſt tempus inter duas acceſsiones vacuũ liberúmque à febre. Sed ea eſt alias perfecta(ad ſenſum) idque pro facultatis expultricis robore,corporis,partiúm que materiam putreſcentem continentium cõſtitutione diuerſa,rara, denſa,craſſa, tenui : denique pro humoris varietate , multi , pauci , craſsi,lentique & tenuis.

Eſt igitur acceſsionis cuiuſlibet vna communiſſima cauſa,Nouũ ſcilicet excrementũ:etiamſi non moueatur ipſum è ſuo foco:vt apparet invlceribus, vulneribus,& fracturis: in quibus dolor mouetur certis circuitib⁹:quibus excremẽta noua gignũtur ſine vlla tamẽ expulſione à loco affecto.Sic in phlegmonis tertiani ſunt circuitus: in ſynochis quotidiani & matutini. Altera cauſa per febres frequẽtiſſima,expultrix eſt facultas excremẽtorum moleſtia irritata ad eorũ expulſionẽ: ſiue à venis maioribus in minores:(vt per continuas)ſiue à venis in habitũ expellantur:ſiue etiam,quæ in præcordiis collecta ſunt, ab vna parte moleſtata in aliam expellantur. Non igitur cum Fernelio acceſſionum cauſa ad ſyderum vires, quæ ſunt indefinitæ:aut ad aliquam humoris proprietatem:ſed & ad huiuſce & quantitatem & qualitatem moleſtam refferenda eſt(neque enim excrementi ſola exuperantia ſine putredine febriles acceſsiones commouet:ſicuti in ictero

ro apparet) qua irritata expultrix facultas, idipſum in aliam partem depellit: vbi tanquam in foco, putreſcat. Sic acceſsiones epilepticę, colicę, arthriticæ, nephriticæ, podagricæ, & muliebres menſtruæ, à copia tantum excrementorum commouētur. Deinde nullus vapor aut flatus hos vel illos dolorum inſultus proprietate quadam proritat: quare neq; humor vllus. Poſtremo nulla humoris ſpecies eſt, cuius proprietati aſcribi poſsint Hippocratis acceſsiones quintanæ, ſextanæ, aut tardiores & anniuerſariæ, vel etiam tardiſsimæ, vt ſolemnes, eæq; vel diariæ vel humorales: quæ quotānis ſemel ipſoque tātū natiuitatis die affligere ſolēt. Sūt autē frequētiores vel rariores acceſsiones: prout cauſa antecedēs degenerat, citius tardiuſue in coniunctā. Degenerationis illius diſcrimē eſt maximè è quātitate & qualitate cauſæ antecedentis. Pauca enim materia diutius regitur à calore naturali: multa à nō naturali & putrido facilius vincitur, hinc fiūt duplices, ſimplices, & triplices tertianę, pauca enim bilis alternis diebus: multa quotidie putreſcit. Perinde eſt de Melancholia: vnde duplex, ſimplex, & triplex fit: eſtque verius vna febris duplicata, aut triplicata, ob copiam humoris in ea ſede putreſcētis, quàm plures febres, ſpeciei eiuſdem in diuerſis ſedibus humore putreſcente. Ergo ob diſsimilem copiam pituita frequentiſsime, bilis rarius, melāncholia rariſsimè humorum putreſcit.

Qualitas quoque diuerſa cauſæ antecedentis, diuerſitatem acceſsionum inuehit, nam humor humidus vt pituita facilius: ſiccus vt bilis, difficilius: frigidus & ſiccus vt melancholia, difficillime putreſ

putreſcit. Itáque pituita quantitatis & humiditatis ſuæ ratione frequentiſsime. Melancholia, paucitatis & ſiccitatis cum frigiditate, tardiſsimè putreſcit. Bilis ob caliditatem iunctam ſiccitati, mediam conditionem ſortita eſt.

Tertia à quibuſdam additur diſcriminis acceſſionum cauſa, naturæ robur diſsimile, quæ tãto frequentius pugnat expellitque excrementum: quãto leuius & minori cum labore, & contra. Itaque in pituita expellenda ob lenitatem febris & ſymptomatum eius, quotidie confligere poteſt. In bile expellẽda, ob magnitudinem febris & ſymptomatũ, vt horroris, rigoris, cephalalgię, ſitis, vomitionis, &c. alternis diebus. In melancholia, quarto tantũ die: Idque ob longitudinem & vehementiã laborum. Excrementum aliud cauſæ aliæ aceruant: aliæ commouent: Illæ quidem ſunt aliquando copia & cruditas alimentorum: aliquando facultatis coctricis debilitas. Alias expultricis & viarum anguſtia, obſtructióque vt in tumioribus præter naturam. Hinc aceruatũ prius excrementum commouẽt, vt facultatis expultricis laceſſitę robur (vt in febribus intermittentibus) humoris ipſius motus, vnde acceſſio fit Epilepſiæ & vertiginis eius, maximè, quæ eſt per conſenſum, humore commoto in ventriculo, aut alibi. Calor denique partis attrahentis, vel recipientis dolor.

De

De differentiis Acceſsionum.
CAP. XIX.

DVRAT acceſſio in bile breuius ob tenuitatem eius diſsipabilẽ: in pituita tardius ob lentorem:in melancholia tardiſsime ob craſsitiẽ: ideoque continuitas accidit, ob copiam & malitiam humoris,id eſt craſsitiem & lentorem:qui acceſsione vna ex vaſis tota extrudi non poteſt, ſicuti duplex, aut triplex etiam euadit, potius ob copiam materiæ eiuſdem, quàm ob varietatem loci ſui. At ſynochus. Vterque caret, tum acceſsione, tum exacerbatione omni ſaltem perceptibili: (matutina enim quædam eſt, ſed leuiſsima) quia ſanguis totus conceptam ſemel flammam eodem tenore nutrit, ſine vllius recentis materiæ & noui excrementi commeatu ad finem vſque. Neque enim mouetur è venis maioribus ſanguis: niſi fortaſſe per criticam hæmorrhagiam, extra corpus per nares, hæmorrhoidas, vterum. Neque etiam mouetur ex ijſdem venis maioribus in minores,cum omnes venæ æqualiter ſint impletæ) neque in habitum, in quo nullus locus eſt tam abundantis ſanguinis capax: cumquè ſint omnes venæ æqualiter obſtructæ. Quod ſi quis nouus humor alius, dum putreſcit ſanguis,aut excandeſcit tantum, vt biliosus,ſuccreſcat:ſanguinis tamen adhuc formam naturamquè retinet, ad quem propius accedit. Quinetiam ea mutatio

ſanguinis in bilem ſenſim fit, non affatim: atque interim ſanguis permanet ſui vndiquaque ſimilis, dum fit illa mutatio.

Porro ordo acceſsionum aliquando in die mutatur, ab excrementi noua ſpecie. Aliquando in hora, à quantitate & qualitate varia excrementi eiuſdem, vnde acceſsiones anticipant retardantve: protrahuntur & contrahuntur, duplicantur aut triplicantur etiam.

Quarta diuiſio febrium putridarum.

ERraticæ tamen quædam falſæ videntur, propter periodorum complicationem. Quædam veræ ſunt erraticæ: Suntque duplices: aliæ, vbi humor fouens febrem, mutatur in aliam humoris ſpeciē: quæ mutatio ſanguini citiſsimè accidit; alijs humoribus tardius. Aliæ quādo nouus humor cumulatur, febrem quoque accendens nouam diuerſamq́; & priori additā, cū propria ſua periodo. Siquidē tam in ægro quam in ſano nouus humor ex victu vario & vitioſo cumulatus, nouum parit morbum. Non ſunt denique febres intermittentes morbi recidiui, horum enim natura eſt, vt eiuſdem quidem ſint ſpeciei: ſed inter eos ſpatiū intercedat à morbo vacuum; ſuntq́ue eorum diuerſa tempora: adeò vt poſterioris inuaſio ſequatur prioris declinationē.

Quod ſi diſpoſitio partis remaneat: à qua ſuo tempore morbus repululet: hic non eſt inſalubris ſtatus, ſed neuter: cui non curatio ſed præcautio conuenit. Talis eſt inter acceſsiones epilepticas, phlegmaticas ſiue catarrhoſas ſtatus. At inter acceſsiones intermittentium tertianas, quartanas quotidianas, intercedens interuallum non eſt à febre

bre omnino vacuum:neque integræ ſunt omnino functiones cordis: ſicuti apparet ex inæqualitate pulſuum, eſt que locus Gal. 5.de placit.cap.2.audiẽdus, vt tales morbi extra morbum non ſint in die interualli:ſed extra πάθος, id eſt acceſsionis ſympto mata. Permanet autem inæqualitas pulſuum, ex intemperie perſeuerante cordis: ob continuatum à foco vaporum putrium,tametſi parciſsimum commeatum: vel quod cauſa coniuncta non omnino diſcuſſa ſit: vel quod noua ſenſim materia putreſcat, collecta ab intemperie partis, vel mandantis, vel recipientis,vel attrahentis,in qua focus eſt.

Quinta diuiſio febris. Putridæ.

ACceſsionum aliæ differentiæ ſunt, ex ſpatio motus caloris, in longam & breuem:iqdue tũ ad vniuerſale omnium acceſsionum tempus; tũ ad particulare ſingularum. Cauſa in vtriſque prorsũ eadem eſt; tum materię copia,craſsities,lentor,frigiditas cruditaſque; tum corporis conſtitutio denſa per ſe,vel adſtricta obſtructaue aliunde: tum partis, in qua focus, inueterata intemperies,facultas expultrix inualida,quæ excernat,tranſponat,repellat: & coctrix quæ coquat, tum externæ quoque cauſæ vt aër temporis,regionis,domicilij conſentaneus cauſæ & febri;impatientia ægrotantium: remediorum idoneorum inopia; & miniſtrorum errata. hæ omnes cauſæ ſunt longioris ægritudinis & acceſsionis: contrariæ omnino ſunt breuioris.

Sexta diuiſio febrium putridarum.

ALia differentia, ex hora motus caloris diurna & nocturna, ob aeris circumſiti ſimilis vel diſſimilis vim, cui reſpondet humoris cognati motus vel calidi, vel frigidi: ſic ſynochon exacerbationes matutinę ſunt; bilioſarum, meridianæ, quartanarum, veſpertinę: & pituitoſarum nocturnæ.

Septima diuiſio febrium putridarum.

SEptima diuiſio eſt è foco caloris in primigenias vel primarias; & ſymptomaticas vel ſecundarias. Illæ igitur in corde aut in trunco maioris venæ & arterię cordi vicinæ materiam habent: vt ſynochi, hæ ſequuntur viſceris alterius affectum & intemperiem cacochymiæ authorem: quæ putreſcens, vel ipſa aliunde, in cor & maiores venas irruit, vel putrem ſaltem de ſe vaporem in eaſdem ſedes exſpirat efflatque harum vnam ſpeciem, Gal. exponit lib...de febribus; quæ phlegmonē viſceris alicuius ſequitur, appellaturque non febris, ſed nomine partis focum continentis. Vt phrenitis, pleuritis peripneumonia. His addūtur à doctiſsimo Fernelio ſpecies aliæ duæ, vna ab oſtructione inueterata & putreſcente viſceris alicuius: altera à corruptione ſubſtantiæ & vlceratione viſceris, vtraque lenta dicitur: comitemque tandem accerſit hecticam, tabificam & læthalem: illa, frequens eſt in virginibus pallidioribus: hæc, in phtiſicis. Ab alijs denique quarta additur, quæcunque ſcilicet ma-

te

teriam habet, non in ipſo corde: ſed ſubminiſtratam ab intemperie viſceris alicuius: ſic omnes continuæ vocentur ſimpliciter ſymptomaticæ.

Octaua denique diuiſio, eſt in ſimplicem, & cõpoſitan cum grauiſsimis ſymptomatis anteà expoſitis curatiſque.

De ſpeciebus febrium putridarum ac primum de ſynocho.

CAP. XVII.

HACTENVS febrium putridarum communes cauſas, ſymptomata, ſignaque omnia dignoſtica, vniuerſim & primum enarrauimus, moxque Indicationes curatiuas omnes cauſſarum febriũque ipſarum & ſymptomatum generatim quoque complexi, ſumus; Quare hæc vna ſuſcepti operis pars ſupereſt: vt ſingularum totius febrium putridarum generis, & ſpecierum cauſſas, ſymptomata, ſignaque, propriam denique curationem exordio à ſynocho putri ducto, deinceps exponamus.

Synochi putris proxima cauſſa eſt putredo ſanguinis: remota, perſpiratio impedita: remotior venarum maiorum obſtructio: remotiſsima, plethorá, pura impurauè, & quæcunque huius cauſſæ procreatrices ſunt, ſiue internæ, vt natura calida, humida, ætas, adoleſcentia aut etiam iuuentus ſiue externa, vt aer, vel regionis, vel loci, vel tẽporis ratione temperatus, victus euchymus & opulentus, vita deſidioſa, ſomnolenta, & curarum expers, &

aliquando, quæ conſueta fuerat, ſanguinis vacuatio, vt per vterum, hæmorrhoidas, & nares diutius ſuppreſſa: hinc collecta plethora ad vaſa diſtendit, eadem obſtruit, putredinem mouet, non quæ ad vires eſt.

Signa febris ſynochi putris diagnoſtica, ſenſilia ex calore, pulſu & vrinis. Calor multus eſt & vaporoſus, (ex copia ſanguinis putreſcentis) & minus acris, quam melancholicæ aut bilioſæ continuæ, (ob ſanguinis humiditatem & bilis atque melancholiæ ſiccitatem) aut etiam pituitoſæ, (cuius calor initio leuior, ſed mox acrior ſentitur) acrior tamen eſt quàm in ſynocho imputri, & ephemera.

Quinetiam calor hic continenter mouetur, & æqualiter (hinc differt ab aliis continuis,) ſine circuitibus vllis, aut exacerbationibus aut remiſſionibus: quoniam tota eius materia, id eſt ſanguis totus in venis omnibus maioribus æqualiter putreſcit: non viciſsim & particulatim, vt in alijs putridis: quarum ſunt vel diuerſi foci: vel viſceris alicuius perſeuerans intemperies: à qua noua cacochymia & materia putredinis ſuſcitatur per interualla.

Mouetur quoque in ſynocho calor, vel augeſcendo, vel decreſcendo, vel æqualiter vrgendo: vnde tres eius differētiæ, acmaſtica creſcens, paracmaſtica decreſcens, & homotonos eiuſdem tenoris. hæc verò febris ſynochi conſtitutio propria oritur ex cauſſæ coniunctæ proportione: quæ vel vberius diſſoluitur quam noua putredo accendatur, vel parcius diſcutitur contraria ex cauſſa, vel denique

què par eſt diſsipatio putredinis factæ,& nouæ ſuc ceſſio. (neque enim totus ad amuſſim ſimul & ſemel,ſed particulatim ſanguis computreſcit) hæc verò diſparitas accidit pro vario obſtructionis modo,maioris vel minoris.Neque tamen ſingulæ illæ acceſſiones vnicum tempus habent ſenſile, declinationem ſcilicet augmentum & ſtatum.Reliqua enim tria ſunt ob breuitatem & exiguitatem inſenſilia:ſic enim phlebotomia in declinatione aut ſtatu vſurparetur,contra regulas artis ſed ſingulę habent,4.ſenſilia cruditatis, & coctionis ſignis diſtincta; per vrinas,calorem,&pulſum.Sic Gal In ſeruo ſynochum patiente agnouit putredinem ſecundo die ex cruditate vrinarum.

Quare febres eiuſmodi, ratione factæ putredinis & cauſſæ cõiunctæ creſcentes aut decreſcentes aut æquales: in augmento,vel in ſtatu,aut declinatione ſemper erunt,Ratione autem cauſſæ antecedentis (cuius propria eſt cruditas & coctio) poterunt in principio verſari.

Alterum ſignum eſt pulſus maximus , (ob viriũ conſtantiam) celerrimus & inæqualis , vrinæ ſubrubræ,& ſero ſanguinis ſimiles;plethoræ cauſſæ & ſigna ſunt expoſita paulò antè: at plethoræ ſigna tantum ſunt,rubor,faciei tumor. & diſtenſio venarum,obæſitas,habitus, πολυσαρκία, ſomnolentia , vita laboris & curarum fugax , laſſitudo grauans.

Signa prognoſtica euentus ſalubris ſunt , robur ægrj,& tempeſtiua phlebotomia:inſalubris,omiſſa phlebotomia,neglecta diæta:vnde ægri oppreſsio ſuffocato calore.

Tempus verò ſolutionis vtriuſque, quartus ferè dies eſt, ob acutiſſimam naturam, rarius ſextus, vix vnquam ſeptimus: cum careat hæc febris acceſſionibus. At poſt ſeptimam in aliam mutatur, bilioſam ſcilicet.

Soluitur denique aut copioſa hæmorragia, aut ſudore, aut diarrhæa, aut vrinis aut exanthematis: denique maculis purpureis. In habitum micantibus. Salubriter quidem, prægreſsis coctionis ſignis, alias inſalubriter.

Huius febris Curationi neceſſaria opera indicatur, partim, à rebus præter naturam, partim à rebus ſecundum naturam, id eſt viribus, (vt conſeruatio) partim à rebus contra naturam, mutatio multiplex: vt à febre refrigeratio humectatio: à putredine facta, vacuatio, vt à fiente & imminente coctio alteratioque: vtraque iuuatur, reſtituta perſpiratione, ablataque obſtructione & adſtrictione: illa quidem, per vacuationem copiæ ſanguinis, deterſionem lentoris, & attenuationem craſsitudinis, hæc, per habitus relaxationem.

Symptomatum denique grauiſsimorum: vt cephalalgiæ, comatis, vigiliæ, delirij, ſi quando nimis torqueant, expoſita ante eſt lenitio curatioque. In hac igitur indicationum varietate methodus adhibẽda eſt: quæ ſingulos affectus ordine ſuo tollat: ducto ab efficientibus cauſis initio. Quod ſi viciſsim tolli nequeant: plus illi vni tribuatur qui magnitudine & dignitate reliquis indicãtibus præſtare videatur. Sunt igitur operum tria inſtrumenta. diæta, pharmãcia & Chirurgia.

Diæta ſit tenuiſsima, non tamen in extremo ob

con

conſuetudinem noſtrorum temporum hominumque. inædiam enim indicat acutiſſima febris viriũ conſtantia. Eadem ſit frigida ſicca: tempus, modúsvé, conſuetudini reſpondeat. Materia diætæ antè expoſita eſt.

Alterum inſtrumentum eſt chirurgia & phlebotomia quæ affatim & copiosè plenitudinem venarum exhauriat. Proinde omittentur aliæ ſanguinis minuendi inefficaces rationes, vt frictio, exercitatio, vnctio. Ita ſcilicet indicante febris magnitudine, exquiſitum & extremum remedium: ideóque vena & maxima & hepati viciniſſima aperiatur, in cubito dextro, baſilica: vel certè mediana, preſſa interim digito, vena cephalica. Porro quantitas definitur à Gal. comm. in aphor. lib. j. *animi deliquio*, quod ſuccedat ſcilicet copiæ vacuationis non ignauiæ & puſillanimitati ægri: neque cardialgiæ, ex motu cacochymiæ in uentriculo, hæc enim vacuatio non ſolùm cauſſam coniunctam & antecedentem vacuat: ſed febrem quoque ſæpè & ſimul extinguit ex refrigeratione per lipothymiam inducta. Noſtris tamen temporibus & corporibus mollioribus iteratio phlebotomiæ diuiſióque in aliquot vices: ſed ex breuioribus interuallis (longioribus enim non egent vires robuſtæ) tutior eſt. Huic autem phlebotomiæ præmittendus eſt clyſter, emolliens aut potius poſtponendus. Nam phlebotomiam magnitudo febris præcipitat: ſicuti & minoratiua potio quæ ventriculum eluat.

Sublata vna obſtructionis cauſa, ideſt copia altera demenda eſt, per attenuationem & deterſionem ſanguinis lenti craſſique: vt fluxilis fiat. Neque

enim ſanguis in putri ſynocho omninò purus eſt, ſoláque πολυαιμία peccans, vt apparet apud Gal. 9. meth. exemplo *iuuenis liberti*:ex ſynocho imputri & ex ſynocho putri, ſerui, quam coctio ſequitur. Atque hoc tertium eſt inſtrumentum, pharmacia ſcilicet. Sint igitur tergentia& attenuantia remedia non calida quidem (ne febrem & putredinem accelerent)ſed frigida ſiccaque.

Tales ſunt ſyrupi de limonibus, de aggreſta, de acetoſitate citri, oxyſaccharum ſimplex, de cichorio, de endiuia, ex quibus mixtis cum aquis ſtillatitiis acetoſæ, endiuiæ, cichorij, & graminis iulepi fient:vel cum apozem.i. decoctis radic. grami. ruſci, aſparagi, oxylapathi, cichorij, oxalidis, fol. acetoſæ, cichorij, endiuiæ, roſtri porc. dentis leonis, hepaticæ capill. communium, ſeminum frigidorum maiorum, florum communium, & hord. mundati.

Mixtionis porportio, eſt: vt ſit dupla aquarum vel decocti ad ſyrupos: qui tandem clarificentur & condiantur pauco cinamomo vel ſantal. citrino & ſaccharo roſ. ad ℥ ſ. vel ℥ j. pro ſingulis doſibus. Doſis autem non tranſcendat. lib. ſ. vel ℥ viij. & repetatur matutinis & veſpertinis horis vbi coctionis notæ in vrinis videbuntur: tum vacuatio tentanda eſt: vel vberrima potione aquæ frigidiſſimæ, quantùm ſcilicet vno hauſtu, ſpirituque ab ægro poſſit abſorberi. Reſtinguit enim per ſe febrem, & totius corporis intemperiem calidam, materiam quoque coctam per accidens vacuat: roborata ſcilicet expultrice facultate ſingularum corporis partium (ob reſtinctam febrem) à qua

à qua exigitur foras, vel diarrhæa: vel vomitione: vel ſudore: vel mictione: ſed cautiones ſunt adhibendæ in hac verioris potionis ſpecie. Tum ne imbecillus ſit & frigidus ventriculus ægri, tum ne aquæ ſit inſuetudo, tum ne viſcera aut tumore aliquo obſeſſa, aut obſtructionibus implicata ſint: quo caſu purgationi locus eſſe debet: idque per cholagogum medicamentum (pingui portione feruidi ſanguinis in bilem verſa) idque leue & primi ordinis vel ſecundi ad ſummum: cum fluxilis ſit bilis: febriſque vehemens acrimoniam contraindicet.

Conſiſtentia denique liquida vel media; vtraque magis humectante, minus calefaciente humorem bilioſum & acrem: cum pillularum forma ſiccior acriorque humori pituitoſo & melancholico aptior ſit. Eius generis ſunt ſimplicia medulla caſſiæ fiſtulæ, pulpa thamarindorum, ſerum caprilli lactis, Hippocr. in cauſo conſuetũ: & cortex myrobalan. citrinar. Rhabarb. agaricus. Compoſita ſunt ſyr. roſ. lax. ſyr. de cichor. compoſitus cum rhabarb. elect. vt diapr. ſimplex, diacatholicum, triphera Perſica. Licebit tamen his addere parum ſcammoniatorum tarditatis & debilitatis eorum corrigendæ cauſa.

Exempla primùm mediæ conſiſtentiæ.

℞. medull. caſſ. & pulpæ thamarindorum an. ℥ ſ. vel ana ʒ vj. cum ſaccharo fiat bolus, fortior fiet additis ʒ ij. diaprun. ſolutiui.

Potionis.

Potionis.

℞. rhabarb. electi puluer. & infuſi in aqua endiuiæ per 12. horas ʒ.1.ſ. ſpic. nard. gr. vj. in expreſſ. diſſ. vel mannæ granatæ ℥.ij. vel ſyr. roſ. laxantis vel de cichorio compoſ. tantumdem, vel elect diaprun. ſimplicis vel tripheræ perſicæ aut catholici. ʒ j. fiat potio, detur mane.

Tertium remedium vacuans eſt, natatio in aqua frigida ſi iuuenis eſt æger εὔσαρκος: cœlumque æſtuoſum, & febris vehementiſſima ſit. Sic enim depulſa affatim intemperie febrili roboratæ partes promptius & vberius materiam coctam exigent. Sicuti de potione frigida ante monitum eſt. Nam in vtriuſque præſidij vſu eædem cautiones ſunt obſeruandæ. Ideoque Hippocr. tertio acut. natationem illam frigidam vetat: ob ſuſpectam virium debilitatem, nobis quoque vitanda eſt; tum etiam quòd eiuſmodi balneorũ vſus noſtris temporibus exoleuit. Neque tamen à balnei frigore habitum denſari & putredinem intus coërceri ſuſpicandum eſt: quin potius poros nimis dilatatos ad priſtinam denſitatem reuocari. Quare balneum aquæ tepidæ conueniens ſit: quod reliquias putris materiæ, ſudore reſoluat: febremque & intemperiem partiũ refrigerandi facultate ſua reſtinguat.

De

De ſpeciebus febrium bilioſarum.

Cap. XVIII.

SECVNDVM genus febrium putridarum eſt bilioſarum : quarum ſunt tres ſpecies. Vna enim eſt intermittens: duæ continuæ, ſcilicet vna cauſus dicta : altera tertiana continua. Diagnoſis & therapia quædam omnibus communis eſt. Illa quidem tum ex calore acri valde & fumoſo parum: ex motu æquali accenſionis eius,& circuitu tertiano; ex vrinis flaueſcentibus: ex pulſu veloci, crebro,& diaſtole velociori: tum ex cauſſis externis. Ideſt rebus ſex non naturalibus, ſiue illæ materiam præbeant gignendæ bilis : vt cibi omnes piperati,ſalſi,& vinum generoſum non dilutum : ſiue intemperiem calidam bilis effectric; vt aër æſtuoſus, vigiliæ, vehementes,corporis animique contentiones. At internæ cauſſæ ſunt eiuſdem intemperiei,tum iuuentus,tum natura calida ſiccáque, cuius index eſt vt antea notatum eſt. Gracilitas habitus, color pallidus,perſpicax ingenium, iracundi mores, pili flaueſcentes, aliæ cauſſæ non coaceruant quidem bilem ſed eandem putrefaciunt : vt adſtrictio habitus & obſtructio vaſorum, non ab ipſa quidem bile tergente potius & aperiente, quàm infarciente: ſed à pituita eidem mixta. Finiri ſolet etiam intermittens quæ ſyncera eſt, ſeptimo circuitu,

quæ

quæ longiſſima eſt. Aliàs etiam celerius, ſi parcior ſit materia, tenuiórque. Finitur autem diarrhœa, vomitione, vrinis, ſudore, & hæmorragia.

Therapia communis conſtat duobus operum generibus: vacuationis & alterationis. Hæc, indicatur tum à febre ipſa, tum à cauſſa, ideſt, bile putreſcente: illa, à cuaſſa tantùm. Cæterum refrigerationis primum inſtrumentum eſt diæta ante expoſita in ſynocho putri. Alterum eſt pharmacia per apozemata & ſyr. refrigerantes, tenuantes & alterantes: de quibus in ſynocho. Vacuatio ante coctionē rariſſima: niſi fortaſſe phlebotomia vel clyſter: ſed poſt eandem pluribus conſtet; tum gelidæ potione vberrima, aut lauatione frigida; ſi omnes numeri conſentiant, ſi conſuetudo, ſi iuuenis & bene carnoſus, & æſtuoſum cœlum: aliàs purgatio, deligenda eſt ex leuiori catharticorum ordine & doſi, de quibus in ſynocho putri. Febris quoque ipſa prçter victum frigidum & interna remedia, de quibus paulò ante, externis quoque, ob magnitudinem, temperanda eſt, dum coquitur materia febrifica; qualia ſunt epithemata & vnguenta regioni hepatis & cordis imponenda. Poſtremò reliquias febrilis materiæ & intemperiei viſcerum balneum tepidiſſimum commodiſſimè expurgat.

De

De Cauſo.

Cap. XXII.

Cavsvs igitur febris eſt bilioſa continua ex flaua bile in venis cordi vicinis purteſcente (vt in thorace & ventre) & aliquando etiam remotis; ſed per maiorum meatuum communitatem cum corde conſpirantibus (vt cerebri & vteri) ab ardoris vehementia nomine indito: quæ differt ab intermittente bilioſa non tam materiæ diſcrimine quã ſedis: cum in hac quoque bilis vel pallida vel flaua extra venas putreſcat, in partibus à corde diſtantioribus, minúſque patentes meatus ad cor ſortitis. A continua ſimplici bilioſa diſtat, & materiæ & foci varietate: in hac enim bilioſa ſanguinis pars putreſcit: & in venis longius à corde diſſitis, quantò materia exardeſcẽs craſſior eſt, & in loco cordi magis vicino, tantò vehementius cor inflammant. Cauſi quoque nomẽ minus propriè ad ſynochum tranſfertur, ob caloris copiam ſolam, non acrimoniam: qualis in Cauſo bilioſo viget. Transfertur quoque, ſed impropriè ad continuam à pituita ſalſa. Vt à Gal.4 acut. comment. 13. nõ ob caloris acrimoniã, ſed ob ſitim implacabilẽ vtriq; febri cõmunẽ: ſolet quidem ex bile flaua in viſcus aliquod effuſa eryſipelas excitari, comitãte febre ardẽtiſſima. quę tamẽ febris nequaquã, nedũ Cauſus vocetur, ſed potius nomine partis inflãmatæ, ſicuti phrenitis. pleuritis.

Cauſi

Cauſi ſignorum diagnoſticorum primum genus eſt à cauſis externis & internis calefacientibus impenſius, ſiccantibúſque: omnibus quidem viſcera & ſanguinē exurentibus, ex quo genere, ſi vna quæ ſit efficacior, aut plures etiā minus efficaces cauſæ deſint: cauſus non erit exquiſitus, ſed nothus, qualem commemorat Hippoc. epidit. 2. Per hyemen flante aquilone ſæuiiſſe ob adſtricta habitus foramina. Nam ab illo collecta pituita bili mixta eiuſdem craſſitiem & obſtructiones auxit.

Secundum ſignorum genus eſt à ſymptomatis: vt calore acerrimo: ſed minimum fumoſo, in thorace præſertim & hypochondriis: aſſiduo quidem, ſed tertianis circuitibus inualeſcente, vrinis rubris pulſu incitatiſſima.

Caloris acrimoniam ſequuntur cephalalgia, deliratio, vigiliæ aſperitas & nigrities linguæ, ſitis implacabilis diarrhoea bilioſa; pro vario bilis putreſcentis, vaporumque eius motu ſurſum deorſum.

Tertium eſt prognoſticorum ſalutis ſcilicet & mortis, illius quidem, ex ſignis (coctionis: vt ex eneoremate, aut nebula alba, vrina ſubflaua, & mediocris ſubſtantiæ: huius) ex cruditatis ſignis perſeuerantibus, cum vehementia prædictorum ſymptomatum.

Tempus ſalutis aut mortis, dies fere impar eſt ſicuti & acceſſionis: vt tertius, aut quintus frequentius: ſeptimus raro attingitur: ſextus ſemper funeſtus.

Curio.

Curatio.

FEbris huius duæ ſunt indicationes curatiuæ, alteratio, refrigeratióque. A febre & materia biliosa: coctio, vacuatióque à ſola materia.

Coctio conſtat medicamentis frigidis humidiſque, tum febrem, tum bilem acrem temperãtibus, attenuantibus, tergentibuſque craſſitiẽ & lentorẽ humoris obſtructis. Refrigerationis ſumma vis indicatur ab acrimonia bilis febríſque: huius materia & vſus in ſynocho expoſitus eſt: Sicuti & in methodo generali.

Iuuatur quoque coctio & à phlebotomia putredinis materiam minuente, præſentis, inſtantiſque & remittente febrẽ, excluſis cum ſanguine putribus vaporibus. Sed phlebotomia in principio tãtum, & cruditate vigente, antè alterantium & pręparantiũ ſyruporũ vſum vſurpetur horaq; mitiori.

Quantitas eius indicatur maxima ad animi deliquium, à febris magnitudine & acrimonia bilis (vt extremis morbis extrema. Sed contraindicatur tum à viribus debilioribus, ob intemperiẽ calidiorem, ſiue natiuam, ſiue ex putredine aduentitiam: (naturas enim calidas graciléſque, æſtu cœli, ęrumnis, inædia, & vigilijs fatigatas inuadere verus cauſus ſolet) tum etiam à copia minori materiæ: cum hic plethora non obſtruat affatim deplenda: vt in ſynocho.

Neque etiam in hoc ſynocho aut alia febre ſanguis mittitur refrigerationis cauſſa: ſed vacuationis multitudinis, quam caloris diminutio ex accidenti conſequitur.

Quare in cauſo vero parciſſima debet eſſe phlebotomia, at in notho poſſit eſſe liberalior, ob virium robur maius. Phlebotomiæ vicem in vero cauſo aquæ frigidiſſimæ hauſtus germanicus tuto ſuppleat: idque in principio, cũ in hoc paruæ ſint obſtructiones à bile, quę facile recludũtur caloris tẽperatione. At in cauſo notho, ſi phlebotomia non liceat, in principio, potio aquæ non niſi apparentibus ſignis coctionis, vſurpanda eſt; ne maiores à pituita obſtructiones frigidæ apulſu augeãtur. Sic ergo tùm in ſynocho, tum in cauſo phlebotomia, & frigida potio vicarias vires gerunt: ſibique inuicem ſuccenturiantur. Phlebotomiæ anteponendus eſt clyſter emolliens, humectans, & refrigerans; aut ſaltem poſtponendus ſtatim, ſicuti potio etiam, aut bolus lenieus: ad diluendas fœces duriores ex inteſtinis: & ad abſtergendas cruditatũ ſordes è ventriculo & meſenterio (vide formam & methodum in methodo febrium generali.)

Poſt phlebotomiam aut frigidæ potionem, coctioni bilis incumbendum eſt, per iulepos & apozemata prædicta. Coctionis ſignis apparentibus, cocta materia & putrefacta educenda eſt varijs vacuationum differentijs: pro regionum varietate in quas naturæ & humoris impetus vergere videbitur: vna eſt vomitio. Altera purgatio. (Vtraque læuiſſima, ſit: quia acrimonia febris biliſque contraindicat). Tertia mictio eſt, Quarta ſudor, balneo aquæ dulcis tepidæ euocatus. Harum vacuationũ omnium materia & vſus in methodo vniuerſali expoſita ſunt.

Sympto

Symptomata grauiſſima ſunt mitiganda methodo & remedijs ante expoſitis. Denique febris ipſius ardor compeſcendus eſt, dum materia coquitur:idque tum victu frigidiori actu & poteſtate, tum internis remediis, vt conſeruis, opiatis, conditis, ſyrupis, cum aqua potabili & niuata miſcendis,quarum potionum materia ante deſcripta eſt in methodo generali: tum etiã externis topicis vt epithematis,& vnguentis: thoraci & hychondrio vtrique imponendis: ſicuti & cataplaſmatis ex farina hordacea cũ ſucco lactucæ & ſimilium ſubacta. Item ſi pedibus & manibus admoueantur folia lactucæ,ramenta cucurbitæ, & cucumeris hortenſis. Item ſi extrema in oxycratum frigidiſſimum mergantur:ſi teſtes obuoluantur linteolis merſis in mixturam aquæ roſarum, & aceti. Denique ſi os colluatur oxycrato frigidiori. Hæc autem refrigerantia, omnia non adhibeantur in principio:ſed maximè in augmento, vel ſtatu febris. Alij viſcera animalium calentia capiti, thoraci, & hypochondriis admouent: vel pullos per medium ſectos,vel catulos,quorum leni tepore recluſa cutis,vapores febriles excludat, ſic denique compeſcenda febris huius acrimonia eſt,ne in hecticam mature degeneret toſtis ardore & excoctis viſceribus.

De tertiana bilioſa continua ſimplici.

CAP. XXIII.

TERTIANÆ bilioſæ ſimplicis eædem cauſæ ſunt omnes, eadem ſymptomata, ſed leuiora omnia: remedia eadem, ſed euacuantia validiora: tum phlebotomia, tum alia, vt ſudor, mictio &c. ob vires in hac febri magis integras, refrigerãtia inualidiora: ob minorem bilis flauæ, quàm vitellinæ, febriſque acrimoniam.

Febris bilioſa tam continua, quàm intermittẽs vocatur tertiana: à circuitu acceſſionum & exacerbationum. Definitur autem *circuitus morbi: ab iiſdẽ ad eadem quaſi per circulum, eodemq́ ordine facta reuerſio.* Cuius partes duæ ſũt: paroxymus ſiue acceſſio (cum morbus renouari videtur) & ἄνεσις, i. remiſſio: eáque vel perfecta, vt in intermittentib. (atque hæc intermiſsio, quies, infebricitatio & integritas vocatur) vel imperfecta: vt in cõtinuis proportionalibus: in qua morbi vis deliteſcere & otiari videtur. Circuitus in febribus intermittentibus eiúſque partes ſunt conſpicuę, vt in quartana ab vno horrore ad principium alterius: In quotidiana ab vno frigore ad alterum, ſed in bilioſis vtriſque manifeſtiſſimus. Vt in continuis ab initio exacerbationis vnius ad principium alterius, intermittentibus à rigore, qui febrem inchoat, ad principium

pium alterius rigoris. Eſt igitur in bilioſis tertianus (ſicuti in pituitoſis quotidianus, in quartanis quartanus) cõſtat enim bilioſarum circuitus id eſt acceſſio earum & quies,biduo integro,i. ſpatio 48. horarum:ſicque principium acceſſionis ſequentis incidit in diem tertium.

Porrò bilioſæ febris intermittentis & continuæ diſcrimen non eſt penes materiam:cum vtraque à bile flaua putreſcente accendatur,ſed penes ſedem materiæ variam,putreſcit.n.bilis per continuam in venis maioribus cordíque vicinis obſtructis ſanguini permiſta. Per intermittentes in habitu,in quem initijs acceſſionum ſpargi ſæpius ſolet,niſi ibidem collecta ſit, itáque continuæ vnica acceſſio eſt, tantiſper, dum cocta materia deletis que obſtructionibus à natura, vel arte excludatur. In intermittente plures acceſſiones ſunt:dũ materia omnis victus vitio & errore correcto, viſcerúmque deleta intemperie gigni deſierit. Quod autem duplex tertiana aliquando occurrat; id non ſẽper ex varietate foci: ſed aliquãdo è copia eiuſdem materiæ, & qualitate, id eſt; tenuitate motúque. Tertianæ autem continuæ materia ſanguinis portio eſt calida ſiccáque; id eſt bilioſa in venis putreſcens.Continuæ omnes, excepta ſynocho, proportionales vocantur, quod pares circuitus & ſimiles intermittẽtium circuitibus experiantur. Eſt denique bilioſa intermittens duplex: ſimplex vna & exquiſita,ex vnica bile putreſcente; quæ rariſſima eſt;& veluti bilioſarum idea:in cuius generationem cauſæ omnes externæ internæque conſpirent; altera compoſita duplex, confuſa &

implicita, de quibus poſtea, ſimplicium n. putridarum omnium doctrina compoſitis iiſdẽ eſt præponenda. Eſt igitur febris, ſimplicis tertianæ materia bilis flaua putreſcens.

Efficiẽs cauſa putridi caloris in cõtinuis quidẽ, impedita trãſpiratio eſt, ſuppreſſióq; acris effluuij ob obſtructiones maiorũ venarum, vel adſtrictionem habitus. Illa.a. non à bile quidẽ, quæ potius detergens eſt, ſed potius â pituita poros exiguos implẽte, vt per eos putreſcens bilis tranſmitti à natura in habitum non poſſit. Adſtrictio .a. foraminum cutis oritur ſæpe à vehementi frigore, ſicuti ab Hipp. 2. Epidem. flante Borea febres ardentes ſuperueniſſe proditum eſt: at in intermittentib. biliofis, aut alijs etiam, neque impedita tranſpiratio eſt, neque venarum obſtructio, adſtrictióque habitus: cũ ex illis liberis per initia acceſſionum in habitum bilis amandetur, ſicuti ex hoc eodem ſub earundem acceſſionum finem foràs facilè excernitur. Eſt igitur in illis putridi caloris cauſa, aut externus aër, vel quælibet externa cauſa calidior, aut bilis copia calorem natiuum vincentis. Multiplicant bilem flauã cauſæ omnes internæ externæque impẽſius calfacientes & ſiccantes, ex quib. ſi quæ refrigerent & humectent iam non bilis ſyncera, ſed mixta cum pituitæ portione cumulabitur, ex qua mixtione tertiana intermittens non exquiſita & ſimplex, ſed notha ſpuriaque erit.

Symptomata in acceſſione intermittentis exquiſitæ ſunt, actio læſa cordis. vt pulſatio inæqualis, non ſolùm varijs temporibus (nam in principio acceſsionis parua raráque & tarda eſt oppreſſo à vapo

vaporib. corde,in augmento maior velociorque: in ſtatu maxima,& velociſſima) ſed in eodem etiã, ictu. diaſtole. n. velocior ſemper eſt: ob maiorem caloris refrigerandi,quàm fuliginis, quæ modica eſt,expellendæ neceſſitatem. Eadem eſt ratio reſpirationis. Ad actionem læſam pertinent ſomnolentia in principio acceſſionum: vigiliæ in ſtatu,ſitis,faſtidium cibi, tum qualitates mutatæ habitus, vt calor acerrimus totius, ſed maximè thoracis, hypochondriorum, lumborum, capitis minus tamen,quàm per cauſum,dolor pungentium acuum ictibus ſimilis, membrorum iactatio, ſtragulorum deiectio,præ caloris impatientia. Et in principio eiuſdem acceſſionis pandiculatio, oſcitatio, rigor & aliquando horror. In declinatione acceſſionis vomitio,aut mictio plurima,aut ſudor vberior, aut deiectio alui.

Signa diagnoſtica huiuſce febris tertianæ intermittentis exquiſitæ, aliæ ſunt ſenſilia & tantum pathognomonica à calore, pulſu, vrinis, inuaſionis acceſſionum & ſolutionis modo. Alia ſunt artificioſa,à cauſis ſigniſque tum cumulantibus bilem, tum eandem putrefacientibus. Caloris hæc proprietas eſt in hac febre, vt celeriter & æqualiter increſcat, vigeátque: (ob bilem tenuem, calidámque & facilè inflammabilem) ſitque vehementiſſimè acris & pungens, minùs tamen,quam in cauſo. Neque acceſſio excedat duodecim horarum ſpatium: (ob diſſipabilem bilis ſubſtantiam) ſæpe etiam contractior ſit: vt quinque, ſeptem, vel nouem horarum,vel ob minorem copiam & tenuitatem maiorem bilis putris,

vel raritatem habitus, vel facultatem expultricem validiorem. Pulſus ante expoſitus eſt. Vrina ab initio, vt vſque ad ſecundam acceſſionem, cruda eſt, id eſt flaua & tenuis: in augmento, id eſt vſque ad 4. acceſſionem ſub flaua, cum nebula quadam, in medio vel ſuperficie vrinæ. In ſtatu vt poſt ſextam acceſſionem, iam nebula alba læuis & æqualis eſt. Inuadit acceſſio cũ oſcitatione, pãdiculatione, rigore vel horrore: viget cũ calore vrente, ſiti cruciante, cephalalgia, deliratione, lumborum dolore, artuum iactatione, & palliorum deiectione. Deſinit cum ſudore, vrinis, deiectione alui, vomitione, aliàs vnica, aliàs plurib. ſimul vacuationum ſpecieb. quæ omnes ſunt ſingularum acceſſionum, & cauſæ continentis criticæ.

Prognoſtica eiuſdem febris ſigna ſunt. Tertiana febris exquiſita tuta eſt & ſalub. Hipp. in aphoriſm. 4. de omnib. intermittentib. & Gal. priuatim lib. 1. ad Glauc. ſcilicet ob ſpatium 36. horarum (cum totus eius circuitus 48. cõcluſus ſit) qua vires recreari poſſunt: niſi quis error vel medici, vel ægri aut miniſtrorum incidat, aut hyemis etiam aſperitas, qua longior eſt ob denſitatem habitus à frigore externo, & periculoſior ob diſſimilitudinem aeris hyemalis & bilis. Non excedit ſeptem circuitus Hipp. lib. 4. aphoriſm. 59. Iudicãtur ergo intermittentes febres numero acceſſionũ, & continuæ dierum, vt hæ ergo, acutæ 14. die: ſic illæ 7. acceſſione iudicãtur: quæ in 13. diẽ incidit, & 14. deſinit: ſicq́ue prima acceſſio pro primo circuitu numeranda eſt &c. ſæpe tamen citius vtræque deſinunt tum continuæ, tum intermittentes. Tempus criſeos & ſolutio

lutionis præuideri debet, ex cruditate & coctione vrinæ; quæ ſi i. acceſſione omnino cruda ſit, ſine vlla nebula ad 7. protrahatur circuitum, ſin 1. die ſubfulua ſit & nebulam oſtendat ad 4. circuitum, i. ad diem ſeptimũ deſitura eſt. Excretionis criticæ denique via ex impetu naturæ & humoris præſagietur. Adhuc cognitio febris tertianæ intermittentis exquiſitæ cauſarũque eius & ſymptomatum expoſita eſt. Supereſt curatio duobus operibus cõtrarijs conſtans, conſeruatione ſtatus ægri qui ſecundũ natura ſupereſt, id eſt naturę & viriũ, & mutatione ſtatus non naturalis: id eſt febris, cauſarum eius, & ſymptomatum. Conſeruatio victu conſtat, eóque medicamentoſo: à quo tum virium ſubſtãtia reficiatur, aërea, humoralis, ſolida; tum intẽperies corrigatur. Victus itáq; genus in hac febre indicatur frigidiſſimum, & humidiſſimum, tum à febre, tum à cauſa, id eſt bile. Quãtitas mediocris, ſubſtãtia humida, vt iuſculorum; vel media, vt hordeatorum, panatellarum. Tẽpus, vt horis 4. ante aut poſt acceſſionem: & conſuetis prętere a horis: modus, vt plurib. vel paucioribus. vicib. detur. Aër igitur ſit frigidus, humidus, vel ſiccus etiam, vel natura loci, vt apertis ad boreã feneſtris; vel arte, vt irrigato ſolo conclauis multa poſca, ſtratove folijs frigidarum plantarum.

Cibi ſunt, iuſcula pullorũ, carniũ hœdinarum, vitulinarum, veruecinarũ alterata folijs lactucæ, portulacæ, oxalidis & omphacio, vel pane ex ijſdẽ iuſculis macerato, vel priſana. Condimẽta ſint ſuccus acetoſæ cum pauco aceto, omphaciũ, ſuccus limonij, citri, granati: Piſces ſaxatiles elixati, aues cam-

peſtres & montanæ, gallorum teſtes, vitelli ouorũ ſorbiles, Gal. pedes & cerebrum ſuillum cõcedit, & carnes flaccidas, vt agnorum & porcellorum: quæ tamen partes ob glutinoſam & incoctilem ſubſtãtiam à medicis noſtris ab hac febre abdicari ſolent. Fructus æſtiui acidi modicè attingendi ſunt: nam dulces putredini præparant corpora & bilẽ augẽt.

Potus cõſuetis ſit aqua frigida, aut potius cocta, & refrigerata, vel ptiſana aut mulſa diluta, vinum tamen album holigophorum dilutum quoque apparentib. ſignis coctionis vtile eſt: tum viribus roborandis tum ſudorib. & vrinis mouẽdis, nõ aucta interim febre: at cruditatis tempore noceat augendis obſtructionib. Omnes denique cibi acres, ſalſi, amari, dulces, omnes vehementes, corporis, animique motus, vigilię & Venus à tertianariis arceãtur: ſitque excrementorũ alui facilis deiectio. Mutatio duplex eſt, alteratio & vacuatio. Vtriuſque operis exercẽdi inſtrumenta tria ſunt: Diæta, Pharmacia, Chirurgia. Diætæ materia expoſita iã eſt. Pharmaticię materia eſt medicamẽta alterantia: tum interna, vt iulepi, apozemata, cõſeruę, electaria; tũ externa, vt litus, vnguenta, epithemata. Vacuãtia multiplicia ſunt: vomitio, deiectio, ſudor & vrina. Porrò alterationem præcedit vacuatio: vbi phlebotomia opus eſt, quę refrigerat excluſa fuligine, & obſtructionis materia, tum etiam coctionem promouet. Ab hac febre exquiſita ſcilicet Arabes Græcique phlebotomiam remouẽt, fortaſſe quia leuior febris eſt: Eſt autem magnum phlebotomia, magnique morbi proprium remedium cuius etiam tenuis materia facilè ſudoribus & vrinis vacuetur, per ſingulas

las acceſſiones:cum deſit obſtructio meatuum:tutius tamen in noſtris hominib.tertianarijs celebretur,ſiue ob iunctam plethorã: ſiue cachochymiam copioſam:ne febris continua inde ſuccendatur:ſiue,ob ſymptomatum vehementiam: vt cephalalgiæ,vigiliæ,delirationis: ſiue etiam ob obſtructionum ſuſpicionem ex miſta pituita,tametſi pauca, quas phlebotomia validè reſerat:vix.a.ſincera bilis ex omniũ cauſarum conſenſu & pari intẽperie citra pituitæ mixtionem vſquam reperitur. Mittatur ergo ſãguis,è baſilica,vel media cubiti dextri:quãtitas reſpondeat virium & morbi magnitudini:tẽpus,cruditatis ſit principium,ſcilicet poſt 2. acceſſionem in die quietis,vel etiam 1.potius, quàm ſecundam. Arabes poſt 3.acceſſionem,quæ in incrementum incidit, iámque grauiora ſunt ſymptomata. Phlebotomiæ præmittetur vacuatio primæ regionis corporis excrementorum: vt ſtercoris inteſtinorum,per clyſterem emollientem,& refrigerantem,cruditatis è ventriculo,primíſque meſenterij venis per minoratiuam potionem.

Clyſteris exemplum.

RECipe.folio. 4. remollitiuarũ lactucæ & endiuiæ an.M.j.pruno.dulc.& flor. trium cõmuniũ hord.integ.& furfur.macri an.p.j.ſem.aniſ.ʒ. ij.coquantur in colat. ℔. j. ß. diſſolue mell. viol. ℥. ij. olei viol.℥.iij.lohot de caſ. vel diapruni ſimpl. ℥.j. fiat clyſter.

Minoratiuæ potionis exemplum.

RECipe. medul. caſſ. & pulpæ tamarindor. an.ʒ. vj.vel ℥. ß. elect.diaph.ʒ.iij.cũ ſacch.fiat bolus vel

vel potio cum aquis endiu.& acetoſ.

Proxima phlebotomiæ alteratio eſt, coctióque, & putreſcentis bilis refrigeratio, humectatióque, per interna prædicta. Exemplum iuleporum.

℞.Oxyſacch.ſimplic ſyrupi acetoſ. ſimpl. & oxymel.ſimpl.an. ℥.ij.aquarum gramin.acetoſ.cichor. an. ℥. iij. ſacch roſa.℥. ij.ſādali albi vel rub.℈.j.fiat iulepus clarificatus in tres doſes partiendus matutinas & veſpertinas,extra acceſſiones. Similes ſunt ſyrupi de acetoſit. citri de limonib. de agreſta, de granatis:aciditas.n.magis retūdit bilem,quàm humiditas,vnde acetum mors choleræ,& vita melancholiæ vulgo iactatur. Apozematis exemplum.

℞. rad.cicho.acetoſ.lapat.acuti an.℥. ij.folio.cichor. roſt. porc. hepat. dent. leon. oxalid.an.M. j. trium florum comm.& hordei integ.an. p.i.4.ſem. frigido. maiorum contuſor.℥. j. decoquantur.cape de colat. ℔. j.ß. in qua diſſolue vel aceti albi ℥. iij. vel ſucci mali limonij, vel granati acidi ℥. iiij. vel prædictor. ſyruporum acidorum lib. ß. (pluriū vel vnius)ſacch. roſ.℥.iiij.ſandal.albi vel rub.℈.iij.fiat apozema clarificatum pro 4. doſib.

Vbi coctionis perfectæ ſigna ſunt vt poſt 4. vel 5. acceſſionē tum purgatio coctæ bilis tentāda eſt ex infuſo rhei in aqua endiuię ad ℥.j.ß.agar.trochiſ. ad ℥. j.in quorum expreſſione diſſolue electarij diapruni ſolutiui;vel de ſucco roſarū ℥.ß. cū ſyrupi de cichorio cōpoſiti vel roſacei laxatiui ℥ j.quę potio detur die quietis mane & horis 4.ante paſtū. Neque verò in vllis corporib.bilis ſyncera inuenitur, ſine lentore mixtæ pituitæ & obſtructione:vt illa vrinis & ſudorib. tota exhauriri poſſit. Secundùm Gal.

Gal.etiam lib.1.ad Glauc.Deinceps verò in declinatione ſi febris poſt purgationes reſiſtat,vrinas & ſudores tutò mouere licet:ſine metu augēdę febris aut obſtructionis.Talis erit potio vini albi oligophori cum decocto,aut aquis graminis & acetoſæ, in ſtatu acceſſionum: talis potio ptiſanæ vulgaris & ſub duplo oxyſaccharo , vel acetoſi ſimplicis ſi calida exhibeatur.Validiores ſunt potiones ex ſyrupo de duab.vel quinque radicib.cum decocto radicũ apij,petroſel.fœniculi.Vomitio quoque ſpōtanea, ſed difficilior,acceleretur larga potione aquæ tepidæ,aut hydrelęi,aut admixtis etiā oxymelitis ℥.ij. Balneum denique aquę tepidæ poſt febris remiſſionem laxando cutem,ſudores mouendo,reliquias materiæ morbificæ excludit,febrē ipſamreſtinguit.

Febre reſtincta,intemperies hepatis calidior eſt expungēda contrarijs:(ne recidiua fiat ex ſimilis cacochymiæ prouentu) internis externiſque.Illis quidem , vt electarijs mollib. id eſt conſeruis vocatis:vt roſarum violarum,florum nenupharis , & cichorij, ſumendis mane& veſperi,ante paſtus ſemunciæ pondere:& ſuperbibendo parum vini oligophori diluti., electarijs quoque duris & tabulatis vt diarrhodonis abbatis, & triaſandalon eadē doſi , & diamargaritonis frigidi. Externa ſunt vt vnguentum roſaceum & refrigerans Gal. & ceratum ſandalinum miſcenda pauco ſucco cichorij & inducenda regioni hepatis tepidè , addendoque parum aceti albi , penetrationis cauſſa (vnctionis tempore , & ante paſtus per ſpatium ſex vel octo dierum à febre extincta.

Vulga

Vulgarium etiam remediorum ſuus vſus eſt & vtilitas: ſi prudenter vſurpētur: id eſt, in declinatione febris ex quibus πειάπ7α fiunt ægrorum carpis admouenda, & circūliganda. Illa verò ſunt duplicia alia mixta ex refrigerātib. humectatib. & degerētib. vt quod ex folijs ſonchi, ſambuchi & plantaginis, cōtuſis, acetoque ſubactis conficitur: cuius frigiditas cordis intemperiem calidam amoliatur, talis eſt ſuccus plātaginis ad ℥. iiij. ebibitus hora vna ante acceſſionē, tales ſucci ſemperuiui, vmbilici veneris & papaueris: albi qui cum ſuis folijs contuſis cataplaſmatis inſtar, hepatis regioni admouentur, ſed nō tutò, ne augeatur obſtructio, ſi qua ſuperſit: au intemperies calida: incluſis vaporib. ob meatus adſtrictos. Aliàs calfaciunt attrahūtque inſigniter, vt quod conſtat ex puluere fuliginis funariæ contuſæ cum ſaluia, vel cum oui albumine mixtæ, vel ex eadē fuligine cum allijs, cæpis, oui albumine & aceto mixta, ab his. n. calidioribus putridus vapor reuocari à corde & ſuo foco poteſt, digeríque: maximè ſi pauca admodum putredo, vt in declinatione ſubſit: cauſtica. a. omnia hinc remouenda ſūt. Simile eſt emplaſtrū vulgi Monſpelieſis admoueri ſolitum regioni ſtomachi & hypochondriorum.

℞. therebinth. venetæ & mell. opt. an. ℥. ij herbar. contuſar. ſaluię & tanaceti an. M. j. puluer. thur. & maſthich an. ʒ. ij. miſceātur omnia & addito furfuris valde macri p. j. excipiantur rhodomagmate, fiátque emplaſtrum. Poſtquam aceto roſaceo calido imbutum fuerit, applicetur tepidè regioni ſtomachi, in principio acceſſionis. Alia magica & phyſica remedia Gal. reiicit. Atque hæc curatio

eſt

eſt methodica& ordinaria:quę cauſas omnes febr. huiuſce intermittentis alterando vacuandóque ſigillatim amouet, febremque tandem & intemperiem hepatis calidiorem, reſtinguit. Extraordinaria curatio ſæpe neceſſaria quoque eſt, in grauioribus acceſſionibus augmenti & ſtatus: quarum initiis ægri vehementer rigent, impatienter ſitiunt, vigilant, delirant, æſtuant & pallia deiiciunt, quorum ſymptomatum ſæuitia lenienda eſt arte, antea à nobis expoſita. Sed rigor mitioribus minuſque calidis & externis tantùm, vt frictionibus extremorum, fotibus pedum & genuum per linteola calida, & litibus ſpinæ ex oleo chamæmelino, anethino,rutaceo(bilioſa. n. materia facilè & citò accenditur: contra quam in quartana melancholica)ſitis vehemens fallenda eſt primis temporibus crebra oris ablutione,aut ex frigida, aut ex poſca, aut maſticatione pomorum acidiorum. Sed in ſtatu acceſſionis placanda eſt potione non exigua:ſed quantum æger appetit, vt ptiſanæ vulgaris aut ſyrupi de limonib. cum frigida aqua: aut etiam vino albo tenui & oligophoro cum eadem aqua:ſic. n. ſudore ſuccedente aut mictione, aut deiectione acceſſio finiri ſolet,tota coniuncta materia,id eſt putri pituita vacuata, propter ſubitam naturæ refocillationem & corroborationem citra periculum augendæ obſtructionis & incraſſandæ antecedentis cauſæ,id eſt bilis, quæ citius hinc coquitur, æſtus denique viſcerum vt cordis & hepatis mitigabitur epithematis & vnguentis idoneis eorundem regioni appoſitis in acceſſionis ardore. Cephalalgiæ quoque occurretur non

non reuellentibus tantùm vt frictionibus & cucurbitulis in regione ſcapularum, ſed repellentibus quoque vaporum impetum deorſum, caputque refrigerantibus, qualia ſunt oxyrrhodina & vnguēta quædam vt populeum &c.

De febribus pituitoſis.

CAPVT XXIIII.

TERTIVM genus febrium putridarum eſt pituitoſarum, tā intermittentium quam continuarum proportionalium. Pituitæ nomine apud Gal. lib. 2. de differentijs, febr. quilibet in corpore frigidus humidúſque ſuccus auditur: & ab eodem in tres differētias pro triplici ſapore diſtrahitur, dulcem, acidam & ſalſam: eſt. n. pituita omnis naturalis, aut contra naturam: illa bipertita eſt alimentaria & excremētitia. Illa igitur frigida humidáque ſanguinis pars eſt) ſimilium corporis partium alimētum, quę dulcis appellatur pro inſipida (eſt. n. ſanguinis propria dulcedo) Degenerat. a. in pituitam contra naturam vt in acidam à vehementi refrigeratione, & exhalatione proprij caloris imbecillioris; & in ſalſā à vehementi caliditate, vel vrente, vel putrefaciente. Degenerationis in acriorem à frigore & exhalatione exemplum eſt, in vinis quibuſdam: ſicuti in ſalſuginem ex vſtione in mari. Excrementitia quadruplex eſt, ſeroſa, albuginea vel mucoſa, vitrea & gypſea,

pſea,earum differentiarum origo varia eſt,in cerebro aqueæ, quæ tandem concreſcit in mucoſam mora & cunctatione, vel in oſſe ethmoide, vel in pulmonibus ab externa etiam capitis parte defluit in ceruicem,lumbos,os ſacrum,articulos & latera quoq;.Mucoſa & albuginea ſæpius in ventriculo: eſtque vera cruditas ex priuatione coctionis: eadem oritur in coli inteſtini cellulis,vnde &vermes, & colicus ex flatu dolor, aliquando etiam ileos. Ibidem exhalatione proprij caloris fit & craſſior & multo frigidior, rarius gypſea, quæ frequentius in articulis arthrictiorum, aut pulmonib.aſthmaticorum,frequens quoque eſt veſica calculoſa,mucoſa pituita. Vitrea ergo excrementitia ſub acidarum genere continetur, ſicuti aquea aliàs ſub acidis,aliàs ſub ſalſa: hinc ſcabies & pruritus in cute,vlcus in pulmone,in ore & lingua. Mucoſa & albuginea ſæpius inſipidæ ſunt & ſub acidis relatæ, aliquando etiam ſalſæ euadunt. Vnde teneſmus & ſtranguria. Sunt igitur pituitoſarum febrium ſpecies tres potius, quàm differentiæ (ob diſſimilem caloris rationem) nempe à ſalſa ardentis quædam ſpecies, ab acida, Epialos;à dulci ſiue inſipida quotidiana priuatim vocata. Harum ſpecierum diſcrimem curationi & præſagio neceſſarium eſt; cum earum ſit varia materia,ſymptomata,ſignáq;,proindéque ab Arabib.accuratius ſpeciatim curatæ ſunt, quàm à Græcis generatim vt à Gal.ad Glauc.

De quotidianis febri. pituitoſis.

CAP. XXII.

EST igitur febris quotidiana, è pituitoſarum genere, ſpecies vna, *ex dulci pituita, putri accenſa* ita dicta à circuituũ ordine(vt Græcis *ἀμφημέρινος* ſiue *καθημέρινος*,)quod ob copiam, lentorem & craſſitiẽ pituitæ putreſcentis perfecta vacuatio per ſingulas acceſſiones eſſe nequeat, vel quòd pituitę ſit ad putredinem velox conuerſio: tum ob humiditatem, tum ob ſubſtantiam obſtructioni aptam, ſola. n. hæc & obſtruit & putreſcit. Quotidianæ febris effectrices cauſę plures ſunt; vt putredo e prohibita tranſpiratione hæc ab obſtructione: vaſorũ à craſſa, lenta, multaue pituita vel ab adſtrione habitus, præ vehementi frigore. Pituitæ multiplicãdæ cauſæ ſunt, aliàs internæ: vt natura & ætas, hæc quidem puerilis & ſenilis: illa ob intemperantiam vitæ, motuum importunitatem, & humidiorem viſcerum intemperiem: vnde pituitæ & vermium prouentus. Senilis. a. ob frigidam intemperiem ventriculi, hepatis & totius corporis: à qua coctio omnis labefactatur; ſiue ſiccitas ſiue humiditas eidẽ iũcta ſit. Natura autẽ pituitoſa, id eſt frigidior & humidior; cuius index eſt habitus obeſitas & craſſitudo. Externæ cauſæ ſunt, tũ qui offeruntur & exhibentur cibi potúſque, vel crudiores; vt fructus horæi, acetaria, &c. vel cacochymi & phlegmatici,

matici, id'eſt frigidi, humidíque: vel etiam ſicci & lenti (quales ſunt radices, rapi, napi, tubera legumina, caſei, herbæ frigidiores, vt lactucę, portulacæ, cucumis cucurbitâ(vel euchymi etiam, ſed largiores, & calorem opprimentes, aut citius ſumpti, ante prioris diſtrubutionem. Potatio denique aquæ, vel humoris, vel liquoris cuiuſlibet frigidioris, crudioris: vt pyratij, pomatij, ceruiſiæ, vel vini etiam generoſi ingurgitatio. Aliæ admouentur: vt aër frigidior humidiórque, ſiue temporis (vt hyemis, ratione: ſiue regionis propria temperie, ſiue conſtitutione anni pluuioſa, otium denique & ſomnus productior, quæ in faciendis numerantur, calorem hebetant: ſicuti balneum, potúſque intempeſtiuus, crudum è vētriculo chylum deducit. Symptomata ſunt febris huius, prima quidem, actiones læſæ: vt pulſus paruus rarúſque per initia acceſsionum (corde vaporib. multis craſsíſque oppreſſo) & inæqualis: ob diſsimilem materiæ accenſionem) ſomnolentia inexpugnabilis, ex eadem vaporum copia, ſitis modica etiam in ſtatu, faſtidium cibi, dolor ventriculi (qui ſemper in hac febre laborat; vt hepar in tertiana, lien in quartana teſte Gal. 1. (ad Glauc.) Alia ſunt à qualitatib. mutatis habitus, vt color pallidus vel plumbeus, calor vaporoſus, habitus humidiſsimus, tenſio præcordiorum. Alia denique excrementa ſunt, omnia quidem frigidiora, humidiora, aquoſiora & pituitoſiora, ſiue vomitione, ſiue deiectione excernantur, vrinæ albæ, & tenues, vbi ſumma cruditas eſt, aut craſſæ turbidæ, quæ ſequuntur vrinæ tempora vniuerſalia diſtin-

guntur pro coctionis maioris vel minoris diſcrimine. Signa diagnoſtica febris quotidianę pathognomonica & ſenſilia ſūt, caloris proprietas, pulſus, vrinæ inuaſionis & ſolutionis modus: calor quidem eiuſmodi eſt, vt ſit in hac febre valde fumoſus, parum acris, (quod humoris copia obtundatur caloris acrimonia) primo quidem contactu, cum paulò poſt acrior ſentiatur, dum erumpit copioſior laxatis poris cutis tepore manus medici. Tardè accenditur (ob contumaciam humoris) & inæqualiter, ob diſpares pituitæ portiones tenues & craſſas, adeò vt modo deliteſcere, mox emicare videatur, idque tam in particularib. acceſſionum, quàm vniuerſalib. totius febris temporib. hic etiā aliàs aſſiduus eſt, ſi pituita in venis putreſcat, alias intermittēs, ſi ex ijsdē effūdatur, aut certè ante collecta ſit in vētriculo, inteſtinis, mēſenterio, pācreate, ex cruditatib. coaceruatis. Fernel intermit tēté excludit: quia pituita (ait) ægerrimè & leuiſsimè putreſcat: vt febrē accēdere nequeat: at potius facillimè ob humiditatē eius copioſā, & craſſitiē lēporeq; obſtruentem: neq; tā leniter, quin effuſo va torē putri in cor febrē accēdat: argumēto eſt febris verminoſa, & febris lēta hydropicorū, ex ſero putri, & ex pituita craſſa putri in obſtructis viſcerib. virginum fœdo colore laborantiū: poteſt tamē febris quotidiana, non intermittens vſquam videri, propter imperfectam intermiſsionem. vnde proditum eſt quotidianam intermittentem raram, quartanā continuam rariorem. De pulſu & vrinis in hac febre paulò ante trāſactum eſt, inuadit acceſsio fere noctu ſicuti & exacerbatio ob motum ſimilis
aeris

aeris,cum oſcitatione, pandiculatione, extremorũ perfrigeratione, ſomnolentia inexpugnabili, aliquando etiã lipothymia & ſyncope ſtomachi. Circuitus eſt horarum 24. acceſſio horarum 18. intermiſsio ſex,imperfecta tamen. Deſinit acceſsio ſæpius coctione & inſenſili reſolutione, aliquando etiam,ad finem ſcilicet leui ſudore. Signa denique diagnoſtica exitus ſalutaris vel funeſti (necat,n. aliquando non tam vehementia ſua, aut diuturnitate,quàm ſymptomatum grauitate, vt lienteria,viſcerum tumore,hydrope, caro, lipothymia & ſyncope) colliguntur ex roboris naturæ & febris comparatione:illius è coctione præſertim:huius ex cruditate & prauitate materiæ: tempus è ſpecie, cauſis,& tempore anni,inttermittentium quod breuiſſimum eſt 60. dierum, ſæpe. n. excurrit in tres,aut ſex menſes.

Curatio febris continuæ a pituita dulci.

CVratio hæc conſtat duob. ſcopis conſeruationis ſcilicet virium,& mutationis febris ipſius, cauſarum eiuſdem & ſymptomatum vehementiorum. Conſeruationis materia diæta eſt cuius genus indicatur à febre,refrigerans,humectans; contrà à pituita,calefaciens,tenuans & tergens; ſed cũ febris leuiſsima ſit, contumaciſsima materia, huic diæta magis aptabitur, eritque calida ſiccaque & incidens, ſed modice ne febris nimis inualeſcat. Quare aër tepidus,ſomnus breuior,vigiliæ lõgiores,animi perturbatio potius, quàm tranquillitas,& motus plures, quàm quies.Potio quoque ſit vini rubelli,aut albi oligophori, & diluti (conſuetis) aut aquæ cũ ſaccharo & pauco cinamomo bul

bullitæ,aut mulſæ meracioris pipere, vel cinamomo conditæ,panis, vel panatella ex iure carnium: vt hædinarum,veruecinarum, vitulinarum & gallinacearũ alterato incoctis acribus herbis,vt hyſſopo,mentha,ſerpillo,chærephyllo,petroſelino, fæniculo: aut aſſatæ, aut etiam conciſæ eædem carnes conditæque nuce moſchata,cinamomo & pipere. Fructus horæi arceātur,quia omnes refrigerant & humectant,calidi acréſque admittantur: vt conditæ cappares, oliuæ, fæniculus marinus, cortex mali citrij & aurantij, ſemina coriandri, & aniſi ſaccharata in vltima menſa. Victus quantitas à virib. conſeruans indicatur: à longa morbi conſtitutione & mitiori natura toleratur: ſubſtantia media ſit aut ſolida ciborum potius,quàm liquida, ne pituitæ humiditas augeatur. Tempus paſtus ſit in remiſsione niſi virium infirmitas cibum præcipitet. Mutatio febris, eſt refrigeratio humectatioque, ſymptomatum leuatio, cauſæ morbificæ vacuatio alteratióque. Inſtrumēta horum operum tria ſunt, diçta pharmacia,chirurgia diæta ante expoſita eſt: quæ dum virium ſubſtantiam reficit,materiæ quoq; pituitoſę calore ſuo & tenuitate coctioné iuuat. Pharmaciæ materia eſt, medicamentum alterans, vacuanſque. Alijs vacuationũ ſpeciebus alteratio coctióq; præmittēda eſt,facilius.n.cocta,attenuata deterſáque,quàm cruda materia educitur,ex conſilio Hipp.vna phlebotomia eſt coctioni & alterationi anteponenda: cum ipſa ſit coquens remediũ ex accidenti omnium validiſsimum, materiam.n. coquendam in venis minuit,obſtructiones ex parte ſoluit, fuliginem excludit, calorem euentilat,
vaſá

vaſáque penetraturis medicamentis coquentib. recludit, citra obſtructionis augēdæ periculū. Hæc.a. quotidianæ continuæ adhiberi tutò poſſit (cùm ſit commune putridarum omniū auxilium à Gal. ij.metho.cap.15.conſtitutum, maximè quum pituitæ eſt aliorum humorum & ſanguinis iuncta plethora, viriūq; mediocritas) vbi tamen ſine plethora multa venarū eſt cacochymia, contra indicatur: tū à virium infirmitate, tum ab ipſa materia coctionis potius, aut purgationis, ob cruditatem ſummam egente. Phlebotomiæ apparatus eſt inanitio alui, aut ventriculi etiam impurioris, illius quidem per clyſterem fæces emollientem, pituitam tergentem & educentem, quæ plurima in inteſtinis eſt per hanc febrem, cuius exemplum eſt.

℞. folior. betæ mercur. abſynth. & parieta an M. j. ficuū par. iiij. ſem. lini. ℥. ß. aniſi ʒ. ij. furfur. macri cicer. rubeor. flor. chamæmeli melilo. & centau. minor. an. p. j. decoquātur. & in col. ℔. ß. diſſolue mell. roſa. colat & ſacch. rub. an. quart. ß. electar. diaphænic. & hieræ pic. an. ℥. ß. olei chamæme. & anethi. an. quart. ß. fiat clyſter. iniiciatur lōgè à paſtu, ante vel poſt phlebotomiam. Ventriculi cruditas à recenti cibo quiete coquenda, aliàs deturbanda eſt minoratiuo medicamento leuiori. vt,

℞. elect. diaphæn. ʒ. ß. pulu. hieræ. ℈. iiij. fiat bolus cum ſaccharo. vel

℞. agar. trochiſc. in hydromel. infuſi. ʒ. j. ß. in expreſs. diſſol. electa. diaphæn. vel indi maior. & mell. roſ. cola. an. ʒ. ß. fiat potio. vel

℞. maſs. pilul. de agari. aggregatiua, minor. & de hiera. an. ℈. j. cum aqua betonicæ fiāt pilulæ vij. de-

uorandæ poſt primum ſomnũ. Hæc phlebotomiæ indicatio fit ab humoris ſede & apparatus per vacutionem primæ regionis. Reliquæ quãtitatis,loci & tẽporis indicationes antea ſũt expoſitæ aliis. a. vacuationum ſpeciebus in principio vbi venę ſunt tenues & albæ, alteratio coctióq; materiæ præponenda eſt,ſed antecedentis tantũ,nam quæ iam putruit omnino refrixit, neque febrẽ fouet, quæ putreſcit cauſa febris proxima eſt,neque reuocari coctione poteſt, Alterationis genus à materia pituitoſa,frigida,humidáque & craſſa lentáq; calidum ſiccum attenuans & tergens indicatur,hácque coctio ſequitur: cum alterata hoc pacto, id eſt,incidendo materia calori natiuo coquenti expellẽtique faciliùs obſequatur; tenue.n.quoduis facilius,quã craſſum,& friabile,quàm lentũ, caloris vim & energiã ſuſcipit. Contra indicatur à febre,ſed leuiter: cum illa ſit valde exigua, huius operis exercendi materia (poſt victum medicamentoſum modo expoſitũ medicamẽta ſunt) omnia initio leuiora,magíſque tergentia, quàm incidentia indicantur à ſede cacochymiæ in prima regione. In incremento & ſtatu magis aperientia tenuãtiâque,à ſede cacochymiæ coquendæ in 2. regione, id eſt,venis maiorib. niſi fortaſſe febris maior contraindicans caliditatẽ & tenuitatem remitti ſuadeat:in declinatione vehementiſsima ſint:febre ſcilicet remiſſa tãtúmque reliquiis expellendis,accommodata. Syrupi tergẽtes ſunt mellis ſpecie vt roſacei,mercuriati,anthozati, oxymeli ſimplex, & ſyrupi de duab.radicib. Validiùs incidentes & aperientes ſunt de 5.radicib.oxymeli diureticum & ſcylliticum, oxyſacchara, bizanti-

zantinus,de ſtæchade,de artemiſſia.

Diſſoluuntur ſyrupi illi aquis beton meliſs. hyſſo. artemiſ. abſynth. agrimon. proportio eſt,vt ſyrup.℥.ij.aquar.℥.iiij. miſceâtur pro ſingulis doſib. quæ in 4.vel 5.dies reuocādæ ſunt,mane & veſperi horis duabus ante paſtum. Aliquando aquarū loco apozemata efficacius vſurpantur ad ſyruporum diſſolutionem, vel ſola etiam, ſed ſaccharo & aliquo aromatico condita. Exemplum eſt iulepi magis tergentis.

℞. aquar.ſtillaticia agr.abſynth. beton.an.℥.iiij. mell.roſ. colati oxyſacch. ſimplic. & oxymel. ſimplic.an.℥.ij.cinamo.ʒ.j.ſacch.℥.ij.fiat iulep.pro trib. doſib. repetendis ſcilicet dum ſigna ſint manifeſtæ coctionis.Exemplum apozematis magis tergentis.

℞.rad.gram, aſparag.& enul.campan.℥.ij. cortic.citri ʒ.iij. folior.agrimon.cetrach.capillor. ven. beton.meliſ.ſummitat.abſynth.ponti.an. M.1.ſem. aniſi ʒ.ij.ſem.cartha.ʒ.j.cicer.rub.flor.anthos an.p. j decoquantur in hydromel. in col. lib. 1. diſſol. mell.roſ.col. oxymel.ſimplic.& oxyſacch.ſimpl.an. ℥.i j. nuc. moſch.ʒ.j.ſacch albiſſ.℥.iij.fiat apozema clarificatum pro trib.doſib.matutinis.

Licet etiam ſine ſyrupis hoc modo condita apozemata in coctionem humorū vſurpare, iam apparentibus coctionis vrinarum ſignis ex ſubſtantia craſſiori earum, & nebula alba: tum vacuatio coctæ portionis materiæ tentanda eſt, ex formulis ante præſcriptis: ſed paulò validiorib. vel ex pilulis ſequentib.

℞. maſſ. pilul. de agar. ℈.ij. de hiera ℈.j. myrrh: ℈.ß. diagred. gra iij. cum aqua beton. fiat pilu. 7.

M 5

Deinceps rurſus pituitæ coctio reuocanda eſt eodem remediorum genere,ſed validiorum (vt venarum maiorum obſtructiones reſerentur) ad finem vſque ſtatus, & perfectæ coctionis ſigna in vrinis:ſic. n. multa & contumax materia aut in diuerſis regionib. corporis ſparſa, ſenſim melius, partitéque, quàm vniuerſim coquitur, & expurgatur, in diuturno præſertim morbo, otiúmque curationi concedente, hæc verò per ἐπίκρασιν, facta curatio dicitur. Exemplum iulepi validioris.

℞.aquar earumdem lib.1.ſyrup. de. hyſſop.de 5. radicib.& bizant.an. ℥.ij.cinamo.ʒ.j.ſacch.℥.ij. fiat iulep.pro trib doſib.

Quòd ſi febris ſit vehementior: addes portionem aquæ endiu. & ſyrupi de cichorio, apozema quoque augebitur additis radicibus apij petroſel. fœniculi corticibus cappa. & tamaric. floribus geniſtæ & tamaricis.Eadem coctio tentari poteſt electariorum ſolidorum & tabellatorum vſu ad ʒ.iij. vel ℥.ß.pro ſingulis doſib. idque ſuperbibendo parum vini oligophori eluendi oris & faucium gratia. lenius eſt diarrhod. abbat. efficacius diagalanga,aromaticum roſatum.

Exemplum electarij mollis quam vocant opiatam.

℞.mithrid. veter. conſer. flo. gemiſt. & anthos an. ℥.j. conſer. ſummit. abſynth. pont. & cortic. cit. an. ℥.ß. pulu. elect. aromat. roſa. ʒ.iij. cum ſyrupo conſer. cortic. cit. fiat opiata, capiat. ʒ.iij. vt ſuprà.

Exter

Externorum quoque remediorum coquendi ſua vis eſt, & facultas eximia quæcumque toti ventri calida impinguntur: vt olea, nardinum, abſynthinũ chamæmel. aneth. iaſmin. muſcarel. ſiue de ſublimi fundantur: ſiue affricentur tantum, ſiue ſola, ſiue cum pauca cera mixta (linimenta dicuntur) ſiue puluerib. idoneis etiam admixtis ad ʒ i j. vel iij. pro vnciis ſingulis.

Tales quoque ſunt fotus ex ſtomachicis herbis aqua vinóque incoctis: vt

Exemplum linimenti.

℞. olei nard. abſynth. aneth. an. ℥. i j. fiat embrocatio calidè, vel addito ceræ triente, fiat linimentum: huic oleorum & ceræ miſcellæ adde ſequentem puluerem.

℞. maſtic. ℥. ß. ſem. coriand. præpar. ʒ i j. lada. ſtorac. cala. aromat. & nuc. moſch. an. ʒ. j. fiat vnguentũ. vbi verò perfectæ coctionis ſigna apparuerint in ſi neſtatus: tũ materia cocta validius vacuanda eſt: idque vel vomitione, ſi nauſea adſit: naturæque & humoris impetus ſurſum. idque poſt cibos & radiculæ vſum, ſi difficilior ſit: vel aliàs etiam per potionem hydrelæi calidi, vel decocti acrioris: vt folior. hyſſopi, radicis & ſeminis raphani, atriplicis, in quo oxymelitis ſimplicis vel ſcyllitici ℥. i j. ſoluantur. huiúſque miſcellæ lib. i. tepidè hauriatur, tũque titillatis etiam faucib. vel digitis, vel penna oleo illita intromiſſa, aliàs non appetente vomitu per deiectionem phlegmagogam. vt

℞. mell.

℞.mell.roſ.ſolut. ℥.j. elect. diacarth.vel de citro ſolut.ʒ.v j.cum aqua beton. vel cum decocto folio. hyſſop.cicer.rube,& flor.anthos,fiat potio. Simili facultate pollent pilulæ aggregatiuæ,maiores cocciæ,& de agarico ad ℈.i i i j.in pilulas octo redactæ cum aqua betonicæ : denique inter coquendum ſi reſiſtat aliquando aluus , ſubjiciantur ſuppoſitoria acria & clyſteres ex tergentib. incidentib. & flatus diſcutientib. quib.turgere ſolent præcordia in hac febre. In declinatione febris huius , reliquiæ materiæ coctæ frictionib.balneis, ſudorib.& vrinis perpurgandæ ſunt.Diureticæ potiones conſtent decocto rad.apij petro. fœnic. folio.hyſſo. cicer. rub. & flor. geniſtæ ad lib. ß. in quo ſyrupi de 5. radicib. vel oxymelitis,diuretici,vel ſyrupi bizant. ℥.i j. diſſolutæ ſint cum ſacch.℥.ſ. & cinamo. ℈.j. reiterentur ſingulis matutinis ad finem vſque febris. Hydroticæ potiones polleant facultate laxandi & aperiendi, quale decoctum eſt hordei radicum prædictarum & florum chamæmeli cum pari portione ſyruporum prædictorum , ſacchari & cinnamomi , idque in ſtatu acceſſionum. Tum etiam hora vna ante acceſſiones mithridatij aut theriacę veteris ʒ.j.ex vino oligophoro vtiliter propinetur.

Balneum quoque aquæ dulcis incoctis acrium plantarum foliis,eaſdem reliquias commotis ſudorib. exhauriat, frictiones denique eaſdem inſenſiliter digerant à toto habitu præcalfacto.

Atque hæc ordinaria & methodica eſt curatio febris quotidianæ continuæ : quæ ſigillatim cauſas eius omnes , quo natæ ſunt ordine , alterando vacuandoque

cuandoque eripit.febrémque tandem reſtinguit. At extraordinaria in hac quoque febre aliquando eſt neceſſaria curatio: ob ſymptomatum grauitatem leniendam. Vt ſomnolentiæ (ne carus euadat) per reuellens deorſum remedium, vt frictiones, ſuppoſitoria & clyſteres præſcriptos, deligationes duras extremorum, cucurbitulas præcordiorum & ſcapularum, & per repellens à capite topicum, vt oxyrrhodinum ex olei roſac. ℥.ij. aquæ roſ. ℥.j. aceti roſ. ℥.ß. & albumine oui vnius, multa agitatione commixtis: & tepide fronti & temporib. inductis cum pauco cotone, tale eſt vnguentum populeum, cum pauco aceto applicãdum eidem regioni, præcipua vis eſt ad excitandum ſoporem odoramentũ aceti acerrimi, incoctis ſeminib. acerrimis, vt rutæ, naſturtii, cardamomi maioris & cubebarum: vulſionis quoque pilorum in pudendo & temporibus.

Cephalalgiæ per vigorem acceſſionis eadem curatio eſt per reuulſionem vaporum ſcilicet & repreſſionem à capite.

Cardialgiæ ſuccurritur per topicum aliquod calfaciens & adſtringens, vt fotus ex vino calido vipa exceptus, quę cinamomo, nuce moſchata, croco, garyophillis aſperſa ſit, & vini generoſi vel hypocratici, vel aquæ imperialis hauſtu modico, vt cochlearis vnius aut duorum, aut denique electarii cardiaci ℨ. i. iiſdem liquorib. diſſoluta; vel confectionis alkermes & de hyacintho.

Syncope quoque cohibenda eſt iiſdem frictionib. & deligationib. extremorum oris ventriculi frictione, fotúque & prædictorũ cardiacorum vſu: frigiditas denique extremorum horrorque totius corporis,

corporis,quia exiguus eſt,aut negligitur,aut executitur fotib.mitiorib. vt linteolorum calidorum,pedum,genuum, manuúmque & frictionib. leuiorib. lumborum & extremorum.

De febre quotidiana intermittente.

CAP. XXV.

IN hac quotidianæ intermittentis ſpecie iidem ſunt ſcopi duo conſeruationis viriū,mutationis morbi,cauſarum eius, & ſymptomatum:illius idem inſtrumentum eſt diæta,eadémque inſtrumenti materia:victus ſcilicet calidus,ſiccúſque & attenuans, ſed plenior:ob conſtitutionem huiuſce febris longiorem, quæ. n. breuiſſima eſt,ad 60. diem,media ad tres menſes, longiſſima in ſex excurrere ſolet. Calidior quoque magíſque tenuans ob remiſſiorem febrem,propter intermiſſionem,maiorémque pituitæ mucoſæ, quàm dulcis frigiditatem;quæ in præcordiis hanc febrem ſæpè accendit mutationis inſtrumentum ferè vnicum eſt, pharmacia; nam phlebotomia nullo modo conuenit intermittenti quotidianæ, ex pituita collecta & putreſcente circa præcordia,rarò quoque ei, cuius cauſa antecedens in venis maiorib. eſt; tantumque, ſi plethora iuncta eſt,cum virium integritate.Pharmaciæ materia eſt duplex:medicamenta vacuantia & coquētia,vtriuſque generis eadē ſunt indicationes: materiæ,

teriæ,formulæ, & vſus intus foriſque:qui in continua deſcriptus eſt:ſed in intermittente omnia validiora, & diuturniora in longiori eius ſpatio, quod obtingit vel ob copiam maiorem craſſitiem & lẽtorem excrementitiæ pituitæ albugineæ, extra venas collectæ, quàm dulcis intra eaſdem:vel ob intemperiem frigidam maiorem viſcerum coquentium,vt ventriculi:& partium continentium,vt inteſtinorum, quàm venarum:vel deniq́ue ob tranſpirationem difficiliorem, propter diſtantiam ab habitu, & vacuationem per vrinas : ideoq́ue multiplex coctio, vacuatióque tam contumacis materiæ reuocanda eſt:vel ex pilulis:vel ex pulueirib:vel ex ſyrupis,vel opiatis.

Sirupi purgantis exemplum.

℞.rad. 5. aperitiuar. in vino albo per totam noctem maceratarum lib.j.rad.enul.campa cortic.media.rad.cappar.an.℥.j. cortic.citri ſicci ℥ ß. folio.beton.meliſ.hyſſo.orig.calam.agrimo.ceterach.capillo.ven.ſummitat.abſynth. pont.an. M.j.ſem.carth. ℥.j. polypod. querc.℥.i j.folio. ſen. orient. mundat. ℥.i i i j. agar. trochiſc. in nod. poſ. ℥.j.ß. hermodactyl.& turbith,electi an. ℥ ß. zinzib.& ſpic.nar.an. ʒ.j. ſem.aniſ.fœnic.an.ʒ i j glycyrizæ ℥ ß. paſſular. purgata.par.xx.cicer.rub.flor.anth.&geniſt.an.p.1. decoquantur in hydromelite, in colat.lib. ß. diſſol. mell.anthoza.& oxymel. ſcyllitici an.℥.i i j. ſacch. vel potius mell. opt. q. ſ.fiat ſyrupus perfectè coctus de quo capiat ℥.i i j. quinto vel ſexto quoque die cũ dec.cicer.rub. fol.hyſſop.& florum anthos.

Exemplum

Exemplum opiatæ laxatiuæ phlegmagogæ.

℞. elect. diaſen. ſolut. & diaphen. an. ℥.ij. hier. pic. & elect. indi maior. vel de citro ſolut. an. ℥. j. confection. hamec ℥.ß. miſce & fiat opiata de qua capiat ʒ. vj. ſemel per ſingulas hebdomadas in forma boli cum ſacch. vel potionis cum proximo decocto.

Exemplum pulueris phlegmagogi.

℞. hermodactyl. turbith. ſem. zinzib. & diacryd. an. ʒ.j. vel ʒ. ij. ſacch. albiſſ. ad pondus omnium, fiat puluis, detur ʒ. j. vel ʒ. j. ß. vel ʒ.ij. cum pauco iuſculo vel vino albo ſingulis hebdomadis.

De Epialo.

CAP. XXVI.

EPIALOS febris eſt pituitoſæ altera ſpecies, *Cum inæquali ſenſu caloris & frigoris, eodem tempore & in eadem corporis particula.* Epialos dicta eſt ob caloris leuitatem: vel ἀπὸ τοῦ ἤπιον, i. miti & ἁλός. i. maris, vel potius ἀπὸ τοῦ ἀλεαίνειν quod tepefacere eſt: leuitor. n. febris hæc calefacit: quod crudiſſima pituita ſit. Epiali antecedens, cauſa proxima *putridus calor* eſt,

eſt,ex pituita acida extra venas putreſcẽte, circa inteſtina, vt in colo,ſæpiſsime ſublatus in cor.Eſt.a. illa humorũ frigidiſsima, humidiſſima, craſſiſſima, lentiſsimáque,hinc vitrea & albuginea,à vitri fuſi ſimili ſubſtantia& colore,& albuminis oui:ea verò vel putris vel imputris & integra eſt:hęc ſi ſit quieta in loco calido& ſenſili vehemẽtes dolores terebri inſtar,aut pali defixi impetentes mouẽt:ſin moueatur eadem,rigorẽ infert ſine febre(de quo Gal. 2.de diff.feb,ſicuti de doloribillis 2.de loc.affect.) At eadẽ putris aut omnino eſt , túque quotidianã intermittentem accendit:aut ex parte tantùm: vnde epialos , ſenſúſque inæqualitas caloris & frigoris in ſingulis corporis particulis & eodem tẽpore laceſsitis vario vapore,tum acri putridæ portionis, tum frigido imputris:ea tamen inæqualitas penes ſenſum eſt veriùs, quàm rationem , quæ contraria ſimul in idem adæquatum ſubiectũ non admittit. Differt ergo epialos à lypyrijs ex viſcerũ phlegmonis : in quib. interiora vruntur algentib. extremis & extimis , in quib. inæqualitas in diſtantib. partib. eſt; quæ per epialon in viciniſsimis ſenſuque non diſtinguẽdis verſetur:gignitur pituita hæc ex ventriculi cruditate,à cibis phlegmaticis;aut ab illius intemperie frigida,cui reliquæ cauſæ internæ, externæq; impenſius refrigerãtes cõſentiunt. Coaceruatur.a. in craſsi inteſtini cellulis: vbi à natura neglecta quod nutritioni omnino aliena ſit(quęcũque in ventriculo cõceperat calorẽ,facillimè exuit: vnde ex refrigeratione coaceſcit, quæ ſi immodica ſit acerbitatem etiam induit. Symptomata ſunt epiali & quotidianæ ſimilia,illius tamẽ maiora om-

nia, vt pulſus minor, rarior, tardiórque (ob minorẽ febris caliditatem) ſomnolentia minor(quod vitrea minus, quàm dulcis ſit humida & vaporoſa) cardialgia maior(ex acriori morſu ſtomachi ab acida pituita) indéq; lipothymia ſtomachica crebrior & ſyncope, vrinæ crudiores, deiectio aquoſior & pituitoſior è frigidiori vẽtriculo)color magis albidus faciei, calor habitus minus fumoſus & acris, quàm in quotidiana intermittenti.

Signa diagnoſtica ſenſilia quidem & pathognomonica ſunt, calor minus fumoſus & acris, quàm in quotidiana, ſed frigore vbicumque comitatus, idem aſſiduus non eſt: quod materia extra venas in præcordijs putreſcat, ob imperfectã tamen inter miſſionem & pituitæ copiam inter continuas aliquando refertur, vt à Gal. comment. 1. 6. Epid.

Circuitus febris huius quotidianus quoque eſt: cuius acceſſio ad 20. horas, intermiſsio ad 4. produci ſolet: aliquando tamen rarior eſt eius circuitus, vt tertianus, quartanus & ex longiorib. etiam interuallis (præ humoris paucitate, eiuſque frigiditate & craſsicie maiori) tumque ad diſtinctionem veræ tertianæ & quartanæ cauſarum omnium & ſymptomatũ ratio omnis diligẽter ſubducenda eſt.

Artificioſa ſunt (nam de pulſu vrinis deiectionib. iã dictum eſt (quæ à cauſis omnib. pituitam cumulantib. internis externíſque depromũtur ſicuti & à proprijs ſymptomatis, vt inæquali ſenſu, caloris &, frigoris, cardialgia, lipothymia, ſyncope, colore valde albido.

Prognoſtica ſigſia ſunt tum exitus, qui minus in epialo, quàm in quotidiana ſecurus eſt, tũ ob illius

conſti

conſtitutionem longiorem,tum ob ſymptomatum vehementiam, viriúmque infirmitatem maiorem, ex ventriculi intemperie maiorę,& cruditate, tum temporis, quod ad ſalutem ſemper longum:ob pituitæ craſſiciém, lentorémque & cruditatem ſummam: at mortis breue eſſe poteſt: ob ſymptomatum ſæuitiám,à quib.mors,ſicuti ſalus à coctione,vomitione,deiectione,ſudore eſſe conſueuit.

Curationis primum opus eſt conſeruatio viriũ: cuius inſtrumentum eſt diæta,ſicuti huius materia victus eſt calidus magis & attenuans,quàm in quotidiana (ob febrem ab intermiſſione leniorem & cruditatem pituitæ vitreæ,quàm dulcis maiorem) materia hæc ante expoſita eſt.

Alterum opus eſt mutatio, inſtruméta,pharmacia,& chirurgia,huius fere nullus vſus eſt in Epialo; quod phlebotomia tum à debilitate virium ex frigida intemperie ventriculi: tum à materiæ cruditate & ſede extra venas,cõtraindicatur.Pharmaciæ proprius vſus eſt;eiúſque materiæ ſcilicet medicamentorum alterantium & vacuantiũ,ſed alterationi coctioníque præponenda eſt corporis & primæ regionis præparatio,per clyſterem tergẽtẽ, attenuatẽ phlegmagogũ validiorẽ, & per minorãtiuã potionem.Alteratio inſtituenda eſt ex calidis, magiſq; attenuantib.& tergẽtib.Iulepis, apozematis electarijs, quã in quotidiana febre;Purgationes quoq;phlegmagogę efficaciores à cõtumaci magis rebellíque materia,quã in quotidiana indicãtur,ſed à virium infirmitate maiori nõ tolerantur,proinde crebritate ſupplenda eſt inefficacia, vt ſcilicet diutius coquatur humor, ſæpiúſque purgetur, quàm

in quotidiana:vbi manifeſtæ iã coctionis ſigna adſunt, ſcilicet in principio declinationis,tũ vacuatio reliquiarũ ex habitu, minoribúſque venis promouẽda eſt, tũ inſenſili halitu, per frictionẽ totius corporis ex linteo aſpero, litũque ex oleo tepido chamæmelino,anethino,iaſmino,tũ ſudorib. & vrinis vſũq; thermarũ: remediorũ materia omnis in quotidiana expoſita eſt,tum ſumendorum,tum admouendorum.

Extraordinaria curatio eſt neceſſaria frigoris & ſyncopes per initia acceſſionũ ſeniſſimę,illius per potum theriacæ hora vna ante acceſſionem,ad ʒ. j.vel ij.cũ vino generoſo,Et per fotũ litũq; totius ſpinę ex calidiorib.oleis,vt de ſpica,dę caſtoreo,de coſto,de ruta,mixtis cum aqua vitę:vt etiã ex theriaca vetere diluta aqua ardente,vt ex linteolis calidis cum laterib.vino reſtinctis ad genua & pedes appoſitis per initia acceſſionum,ſicuti in quartana plenius exponetur.Syncopes denique per reuellẽtia ante expoſita,&cardiacas potiones,vt vini muſcatellini, confectionis alkermes & dehyacintho, aquę vel imperialis,vel angelicę,vel ſtillaticię,vini.

De febre à pituita ſalſa.

CAPVT XXVII.

TERTIA ſpecies pituitoſæ febris, *Cauſus* dicta eſt:non à copia caloris:vt ſynochus,non à feruore eiuſdem:vt tertiana cõtinua,à bile flaua: ſed à ſiti inexplebili : eique ſimillima, quàm biliosa (ardens vere dicta)inferre ſolet.

Cau

Cauſa eius proxima effectrix *putridus calor eſt:* materia *pituita ſalſa*, quæ obſtructis craſsicie & lentore ſubſtantiæ ſuæ vaſis, ſibi ipſi tranſpiratione erepta putrediné accerſit. Procreatrices pituitæ cauſſæ omnes in quotidiana ſunt expoſitę. Salcedinis, vel mixtio bibis eſt cum pituita dulci: vel vſtio (vt cùm cibis phlegmaticis vinum generoſum, ſalſiq; vel piperati cibi coniunguntur) vel putredo, ex vtraque hac cauſa ſcabies & pruritus ſenilis eſt. Symptomata huius febris ſunt pulſus maior, velocior, frequentior: ob maiorem caliditatem & cauſæ & febris, quā in aliјs pituitoſis: vigiliæ ob motū ſpirituum à caliditate, aut vellicationem meningum: ab acrimonia vaporum, aut ob ſiccitatem. Sitis inexplebilis (ſtomacho vel ſero acri ex venis vicinis exundante perfuſo, vel vaporib. ſalſis appetito) Iſchuria & ſtranguria, illa quidem obſtructa ceruice veſicæ à lentore pituitæ è venis maiorib. cum ſero in veſicā delatæ, quæ aliquando etiā à prima regione vt ventriculo & inteſtinis, aut à cerebro etiā cum chylo in renes educitur: indéque in renes & veſicam exportatur, quod ſine febre ſenib. ſæpe accidit: hæc ab eiuſdem pituitæ ſalſæ acrimonia mordente & facultatem veſicæ expultricem ad intempeſtiuam ſui expulſionem cogente. Calor habitus minus fumoſus, ſed magis acris, quàm in aliјs pituitoſis, extremorum frigiditas maior (ob vehemētiā incendij inteſtini. hinc lypyria etiám dicitur) lingua arida ſcabráque & aliquādo nigricans, deiectio olida, valdéque corrupta. Signa diagnoſtica ſenſilia & pathognomonica ſunt, omnia ſymptomata expoſita, maximè verò calor, pulſus, vrina, &c artifi-

cioſa è cauſis externis interniſq; depromēda ſunt. Prognoſtica ſunt tũ exitus periculoſus in hac febre ingēti & cōtinua & grauib.ſymptomatis comitata, vt ſiti cruciāte, vigilijs, lipothymia&c cōtumaciſſima materia accēſa, viriũq; ferè iũcta imbecillitate, tũ tēporis, quod lōgiſsimũ it, quatuordecim dierũ ad ſalutē, cũ ſub genere acutarũ ſit: breuius tamen eſſe poteſt, maximè ad mortem: tũ denique criſeωs per hęmorrhagiã, diarrhęã, ſudorē ad ſalutē.

In curatione febris huius 1. opus medico obiicitur virium cōſeruatio, per diætam cuius genus tum à febre, tum à pituitæ ſalſugine indicatur, frigidum humidúmque attenuans tamē, & detergēs à craſsicie pituitæ & lentore, quæ facultas inſigni caliditate careat: tale eſt, hordeatum incocto aniſi ſemine, aut granis aliquot piperis, additóque ſaccharo, tale eſt amygdalatũ additis paucis amygdalis amaris, talis panatella ex decocto endiuiæ, cichorij hiſſ. ſampſuch. pauco ſaccharo condito, talis eſt potatio aquæ in qua hordeũ integrum glycyrizæ & graminis radix cũ pauco aniſi ſemine incoxerint: hæc enim humectando & refrigerando ſerum acre, aut vapores abſterget: quantitas tenuis à virib. niſi fortaſſe infirmiorib. indicatur, quæ à breui acutaque febre toleratur. Exhibeantur denique tũ potus, tũ cibus tepida potius, quã frigida: vt hebetent acrimoniam magis ſalſi ſeri, vaporiſque: idque laxata ſtomachi ſubſtãtia tũ abſtergeãt, tũ expirare cogãt.

Alterũ opus mutatio eſt febris, cauſæq; febrificę, & ſymptomatũ: inſtrumēta præter diætam expoſitã, duo ſunt Pharmacia, Chirurgia: huius tamē vſus eſt rarior, indicatur tamen à febris magnitudine &

pitui

pituitæ vacuandæ ſede intra venas,ſed à virium infirmitate hanc febrem ſæpe comitante repudiatur, quæ tamen ſi moderatæ ſint mediocrem phlebotomiam admittunt.

Pharmaciæ materia medicamenta ſunt alterantia,&vacuantia , illorũ vſus prior eſt (vt cocta vacuentur , non cruda) quorum genus refrigerans, humectans,attenuans & detergens à pituitæ ſalſæ conrraijs qualitatibus indicatur.Sed hæc tenuandi facultas non in calidiori,ſed in frigida aut temperata materia ſeligatur , ne à caliditate & tenuitate medicamentorum pituitæ ſalſæ acrimonia febríſque inualeſcat.Tales ſunt ſyrupi violatus, & adiátinus mixti , cũ oxyſacchara ſimplici, & oxymelite ſimplici , vel diſſoluti cum ptiſana prædicta,vel cũ apozemate radicũ lapathi acuti, acetoſæ, cichorij, graminis,ruſci & aſparagi,herbarũ,capillariũ omniũ,endiuiæ,cichorij,ſonchi,roſtri porcini,hiſſo & ſampſuch.dẽtis leonis,hordei integri, florũ cordialiũ hęc.a.coctio à principio ad finẽ augmẽti ſignáque coctionis in vrinis manifeſta,perducenda eſt: purgandi humoris:ei. a.præponẽda altera corporis præparatio eſt, primæ regionis : vt tota fluxilis ſit, neque eius cacochymia obſtructiones hepatis ingeminatura alterantib.medicamẽtis in idipſũ efferatur,idque per clyſterẽ emollientẽ, fæces ſcilicet, tergẽtẽmque pituitã,ſcilicet,& phlegmagogũ , & per minoratiuã potionẽ pariter phlegmagogã vt,

℞.folior.4.remollitiuor & abſynthij.an.M.j.prunor.dulc.par.vj.ſem.aniſi.ʒ.ij.hordei integri,furfuris macri,flor.trium cũmu.an. p.j.coquantur in col. ℔. j. ſs.diſsol.mell.viol.& olei viol.an.quart.j.elect.

diapru. ſimpl.vel lohot de caſſia .℥.j. diaphęn. ʒ. ſs.
fiat clyſter.iniiciatur ieiuno.

Potio minoratiua.

℞.folior endiu.hord.mund.flor.viol.an.p.j.pruno dulc.par.ij.folior.ſennæ mund.epithy. & polypod. querc. an. ℥.ſs.agar.trochiſ.& rhabar.ſeorſim infuſor. in eiuſdem decocti portiuncula,an. ʒ. j. ſs. fiat decoctio.in colat.℥. iiij.diſſol.elect.diacatholiconis ℥.ſs. fiat potio,detur mane.

Apparentib. ſignis coctionis, id eſt,in fine augmenti,purgatio eadem inſtituetur, ſed paulò validior,vt addita electar. de citro ſolut.ſemuncia pro catholicone. Deinceps per totum ſtatus tēpus eadem coctio,alteratióque protrahetur, tandémque initio declinationis, niſi præceſſerit criſis,integra. Purgatio eadem celebretur, & deinceps reliquiæ humoris cocti ſudorib.vrinis & inſenſili tranſpiratu,per frictiones & balnea exhauriantur. Materia ante expoſita eſt in quotidiana.

Extraordinariæ curationis neceſſitas aliquando incidit,& grauiorum ſymptomatum leuationis, nō omiſſa tamen febris interim,cauſarúmque eius cura,vt peruigilij & delirationis,per reuulſionum genus omne,vaporum omnium in caput erumpētiū, vt ex clyſterib.pręſcriptis,glandib.frictionib.&deligationib.durioríb.extremorum,cucurbitulis ad hypochódria & ſcapulas affigendis, & repulſionib. à capite eorūdē deorſū,& alteratione calidæ cerebri intemperiei,vt per oxycratum fronti & temporib. crebrò & ſubfrigidè obducendum: per litū vnguenti populeonis, per embrocationem in ſynciput (tonſo vel raſo capillo) ex decocto frigido, vt folio lactucæ, ſolani,ſemperuiui , vmbilici

Veneris,hyoſcyami,papaueris albi,roſarum& florum nenupharis: ſed hoc remedij genus vulgo ſuſpectum potius omittatur: ne catharrhum præfocantem moueat. Per odoramenta denique frigidiora vt aquæ roſaceæ mixta pauca caphura, vt ad vncias illius iiij.huius ℈.j. & aceti roſacei ℥.ß. tota hæc miſcella ex cottone linteolis incluſa narib. continenter objiciatur. Magna quoque vis eſt potionis ex ſyrupo de papauere, vel diacodio cum aquis frigidis, vt roſarum diſſoluto. Deinceps. a. per lotiones,vel ſaccellos digerentes, impactorum cerebro vaporũ reliquiæ foras euocandæ & diſpergendæ ſunt;ſed lotionib. potius abſtinẽdum:& pro illis animalium maiorum viſcera calentia,moxque euulſa ab iiſdem iugulatis, vt veruecib.ſunt ſyncipiti imponenda; vel eorum loco pipiones pulli,catelli,per mediam ſpinam diuiſi,truncato prius capite & membris vſurpari magis populariter nec minus vtiliter poſſunt.

Furor ſitis in hac febre copioſa potione leniendus eſt,aquæ tepidæ ſimplicis; vel decoctæ potius cum hordeo integro glycyriza, paſſulis mundatis, aniſo pauco & iuiubis,hæc.n.tum abſterget vapores & ſerum ſalſum à ſuperficie ſtomachi, tum ab intima etiam eius ſubſtantia laxata expirare cogit: cũm à frigore magis impingantur:interim quoque calidæ ſiccæque intemperiei, quæ vera ſitis origo eſt,medetur. Stranguria ab acrimonia & ſalſedine curatur,foris quidem fotu tepido ex decocto ſimili chyſterum præſcriptorum: vt vnguento ex oleo violato,nenupharis,papaueris pauca cera alba admixta:quale etiam eſt vnguentum populeonis,in-

tus, ab iniectione lactis caprilli cum ſucci plantaginis & lactucæ parte tertia: aut ptiſanæ ſolius: aut diſſoluto etiam in eadem ſyrupo violato, aut de nenuphare ad partem tertiam, intus quoque per os mirificè conducit eiuſdem ptiſanæ potio, cum ſyrupo violato: & emulſio ex ℥. iij. auellanarum & amygdalarum dulcium excorticatarum. ℥. j. medullæ ſeminum frigidorum maiorum, & ex ʒ. ij. vel iij. ſeminis papaueris albi: ita vt omnia ſimul contrita diligenter, diſſolutáque prædictæ ptiſanæ lib. ij. additis ſacchari albiſſ. ℥. iiij. diuidantur in 4. vel 5. doſes matutinas, & veſpertinas, ante paſtus. duab. vel trib. horis. Frequens quoque eſt in hac febre lipothymia & ſyncope: quorum ſymptomatum grauitas præſentiſſimo remedio interpellenda eſt, cuiuſmodi multa ante ſunt expoſita.

De febribus melancholicis.

CAP. XXVII.

QVARTA putridarum febriũ ſpecies eſt melancholicarum: vulgo quartanarum ab vſitato acceſſionum vel exacerbationũ circuitus ordine, qui finito triduo redire ſolet. Cauſa proxima eſt *melãcholia putreſcẽs*. Hæc verò bilis & pituitæ inſtar, duplex eſt, naturalis, & contra naturam, illa quoque bipertita eſt: vna alimentaria, craſſior ſcilicet frigidior, ſicciórque, acerba, auſtera & nigricans ſanguinis pars:

pars:cum quo per venas perlabitur ad partium nutritionem, ſimili temperamento præditarum: vt oſſium,ligamẽtorum,cartilaginum:hanc medici vocant melancholicum ſuccum : vel melancholicum ſanguinem. Alia verò non alimentaria excrementũ eſt 2.coctionis,fæci vinariæ ſimile,frigidum,ſiccũque & craſſum atque durũ ex craſſis terreniſque cibis,iecoris vi mutatũ,& à liene raptum , tandemq; per venas hæmorrhoidas, aut ventriculũ etiam expurgatũ. Non naturalis ex aliorum humorũ vſtione,vel putredine:ſicuti bilis,vitellinæ,pituitæ,ſalſæ & excrementitiæ melancholiæ, coaceruatur tã intra,quàm extra venas,hanc atrã bilem vocant craſſam quoque & terrenã,ſed acrem & erodentem,ex naturali & alimentaria quartana cõtinua:ex excrementitia & naturali intermittens exquiſita : à non naturali quartana tã intermittens, quàm continua naſcitur,hæc ſpuria & notha dicitur. Melancholiæ naturalis effectrices cauſæ ſunt, omnes frigidæ ſiccæq; ſiue internæ: vt natura & ætas declinans poſt 35.annũ,ſiue externæ, vt aër,vel ratione tẽporis vt autũni,vel genio loci,vel conſtitutione propria anni:cibi frigidi, craſſi,terreniq́ue & cacochymi : vt legumina,caſei,piſces,grandiores,& ſalſi , vetuſtorum animalium carnes:vinum recens,craſſum, rubrumq́ue:hæc materiam melancholiæ ſuppeditãt. At deſcriptus aër,ſicuti graues curę,mærores diuturni , vigiliæ, efficientis naturæ & ætatis ſunt ſociæ,& adminiſtræ:mutata ſcilicet temperie.

Symptomata plura & ſingularum ſpecierum propria paulò poſt exponentur.

HVivs ſigna ſunt calor minus, quàm quotidianæ fumoſus, ſed acrior: minus tamen, quam tertianæ. Circuitus quoque exacerbationum quartanus.

Prognoſtica ſigna ſunt, quòd omnium continuatum longiſſima ſit: ferèque in 40. diem protracta (ob contumaciam materiæ melancholicæ eiúſque qualitates putredini aduerſas frigiditatem & ſiccitatẽ) eadem quibuſdã ſecuriſſima, ob ſymptomatũ leuitatẽ videtur, aliis funeſta verius cẽſetur ob diuturnitatem & aſſiduitatẽ, qua vires frãguntur, tametſi Celſo Cap. 1. lib. 3. tutiores morbi longi, quàm acuti cenſeantur.

Soluitur aliquando profluuio ſanguinis, ex narib. vtero, hæmorrhoidib. aliàs vrinis craſſis, vel albis, vel nigricantib. aliàs denique abſceſſib. ad articulos: ac per metaſtaſin, materiæ à maiorib. vaſis in partes extremas. Accidit. a. febris hæc naturis melancholicis, frigidis ſicciſque, & ætati declinanti, & ſimilib. anni tempeſtatibus.

Curatio conſtat duob. operib. ſum[illegible] tione virium & mutatione febri[illegible] ſymptomatum.

Prioris operis [illegible] tum eſt diæt[illegible] lib. verſatu[illegible]

melancholico ſanguine putreſcēte, frigido ſiccóq; & craſſo, calfaciens humectans & attenuans: ſed caliditas tamen à febre ſatis magna contraindicatur. Quare victus frigore caloréque temperatus magis humidus & attenuans rectè inſtituatur, niſi atrabilarij ſanguinis & feruidioris exuperans caliditas refrigerantem magis victum expoſtulet. Sit igitur victus euchymus, coctilis vt hordeatum mundatum, carnes tenellæ & gallinacei generis, auitij mōtani, nemoralis, campeſtris, veruecum etiam vitulorum, hædorū, toſtæ vel elixatæ cum foliis bugloſſi, boraginis, endiuiæ, & oxalidis, additis calidioribus vt ſelini hortenſis, fœniculi, meliſſæ, hyſſopi frigiditatem aliorum temperantib. poma prunáque elixata, coctáque cum ſemine aniſi condito aſperſoq;, cappares, oliuæ, paſſulæ &c. Potio nō ſit aqua ſimplex, ſed vel cocta cum mellis parte decima & pauco cinamomo, aniſoq;: vel cum ſaccharo & cinamomo: vel potius diluta vino rubello vel albo oligophoro. Quantitas indicatur à virib. & toleratur à febre lōgiore vt 40 dierum, media & conſeruans: non attenuans, ſaltē ad ſtatū vſq;: in quo parcior ſit ferētib. virib. Tempus paſtus ſit in remiſsione exacerbationis vel duab [illegible] ante illis horis, diebus trāquillioribus trib [illegible] ſtus hora vicéſq; retineatur. Iā vero [illegible] que materialis melāchol[illegible] rā ante exrá, i[illegible] & chirurgia ac[illegible] magni remedium [illegible] ſede inta [illegible] domiæ magn[illegible] tutus iudicium

in

ſit plenitudo vaſorũ è gracili habitu emicans: ſanguíſque niger & craſſus, vena aperta erũpens. Gal. 3. de loc. veluti & ſuppreſſio ſolẽnis alicuius euacuationis vt hæmorrhoidũ, menſiũ, & nariũ: tũc.n. pro multitudine viriũ, robore nõ repugnãte, ſanguis vacuãdus eſt, ſin vires debiles vacuationẽ diſſuadeãt, plethoráve abſit: parciſſima ſit phlebotomia, vt ad ℥. iiij. vel potius vena ſaluatella inter medicũ & minimũ digitũ tundatur: eligenda. a. eſt vena baſilica cubiti dextri vel ſiniſtri: prout ex vitio hepatis aut lienis cumulata in venis melãcholia cõjicietur. Eſt deniq; phlebotomia ſemper celebranda in principiis morborũ: quib. eſt neceſſaria, itáq; diſtinguẽda ſunt in febrib. tẽpora, non ex vrinarum tantùm coctionis & cruditatis diſcrimine: ſed ſymptomatum etiã varietate grauiorũ leuiorúmq;. Eſt. a. phlebotomiæ *quæ vacuatio eſt 2. regionis corporũ, venarúmque maiorũ*, inanitio j. regionis anteponenda, vt inteſtinorũ per clyſterẽ modicè calfacientẽ, humectantẽ, emollientem & phlegmagogũ, conſtet ergo decocto ſimili ei, quod deſcriptum eſt in cauſo à pituita ſalſa: in quo ſoluatur mel violatũ, ſaccharũ rubrum, oleum violatũ. prætérea diacatholiconis ℥. j. & diaphen. ℥. ß. hic clyſter toto coctionis tẽpore ſi aluus tardior ſit, iterãdus eſt: ventriculi etiã per minoratiuum: vt medullæ caſſiæ aut electarij diacatholico. ad ℥. j. in forma boli cũ ſaccharo: vel per potionẽ ex decocto florũ violæ, hordei mund. folio. borr. & hyſſopi paſſularũ & aniſi & ſennæ ℥. ß. cui⁹ col. admiſceatur diacath. ℥. j. licebit eandẽ materiã in lib. j. iuſculi galli deplumati, & flagris ante coctionem macerati iucundè & vtiliter decoxiſſe atq; ad li. ß. pro vna doſi in tres vel quatuor dies præſcribenda
pro

propinaſſe, ſic.n.præſtat, quàm in ventre eiuſdem exenterato, cuius carnes lõga coctione exolutam facultatem magis combibunt.

Poſt phlebotomiam humoris melancholici coctio inchoanda eſt,& in ſeptẽ vel octo dies producenda (ob humoris contumaciam) per iulepos, vel apozemata:quorũ genusindicatur vel temperatum (ſi febris ſit mediocris & exquiſita.) vel refrigerans etiã, & humectãs:ſi acrior eadẽ ſit propéque atrabilarius humor. ſyrupi temperati ſunt violatus,de pomis,de ſucco bugloſſi,adianthin. Calidiores ſunt ſyrup. de fumaria,de cichorio cõpoſitus,& de epithymo. Frigidiores ſunt de endiuia,oxyſacchara,ſyrupus acetoſus & bizantinus, leuiorum vſus eſt in principio,validiorũ,in augmento ſtatúq;niſi vehemẽtia febris obſiſtat,validiſſimorũ in declinatione.

Aquæ ſimili facultate ſunt bugloſsi,borraginis, fumariæ,lupulorum,cichorij, meliſſæ & betonicæ. Ex harum aquarum & ſyruporum legitima miſtione,iulepi concinnentur in aliquot doſes matutinas & veſpertinas proportione ante expoſita, donec manifeſtæ coctionis ſigna appareãt in fine augmẽti,tumque purgationi locus erit.

Apozemata quoque conſtent ex radicib. graminis,ruſci,aſparagi,foliis intyborum omniũ,bugloſſorum & capillariũ,ſummitatib. fumariæ lupulorũ, ſeminib. maiorib. polypodio,paſſulis,hordeo glycyriza,florib. cõmunib. cuius materię decoctũ diligẽter declaratũ, additóq; ſaccharo & cinamomo cõditũ,pariter diuidatur,vel diſſolutis etiam in eo recitatis modo ſyrupis,iuleporum inſtar propinetur. Purgatio cõſtet decocto illo minoratiuo ſennæ:in q diſſoluatur electariũ diacatholiconis & diapruni ſolutiui,

ſolutiui, vel de ſucco roſarũ ℥ ß. vel ſyrupi roſa. ℥. j. (ſanguis. n. melancholicus putredine & vſtione in bilem tandẽ flauã atrámque feceſsit) deinceps toto ſtatus tempore coctio eadem tentabitur: & validiorib. apozematis & iulepis, vt dictum eſt, niſi obſit febris magnitudo, & ardor, qui ex frigidiorib. tẽperationem indicet: vt ex ſyrupis acetoſo, oxyſaccharo, de endiuia, de limonib. Denique declinationis principio, niſi criſis integra fuerit, iteranda eſt vehementior vacuatio: aut per deiectionem, aut per vomitionem, ad quam natura ægri prona ſit: idque poſt paſtum & radiculæ eſitationẽ: deinde per ſudores & vrinas mouendas remediis ante expoſitis, in curatione quotidianæ. Cum. n. febris hæc continuarum longiſſima ſit: ſpatiúmque 40. dierũ ſæpe decurrat: curatio eius & contumaciſſimæ materię per epicraſin facta, & tutior vtilior eſt. Soluta denique febre viſcerũ intẽperiei corrigẽdæ (ne quod ſuperſit recidiuæ febris periculum,) roborique reſtituendo, in vſum vocanda ſunt electaria diarrhodonis abbatis triaſantalum diamargatitũ frigidũ &c.

Extraordinaria curatio grauiorum ſymptomatũ eſt ἐπιγινομένων, ſuperuenientiũ, vt cephalalgiæ, vigiliæ, ſitiſque: vt in ſtatu quæ antea expoſita eſt, vt debilitatis virium, & lipothymiæ, quorum ſubſidia ante quoque expoſita ſunt, qualia ſunt hæc.

Conditi exemplum.

℞. conſer. rad. bugloſ. & flor. borrag. an. quart. ß. conſer. flor. viol. & roſa. an. ℥. j. pulu. elect. diamarg. frigidi ʒ. j. coral. rub. ſaphyri, hyacint & margarita. an. ℈. j.

an.℈.j. folia auri minutim conciſa numero vj.cum ſacch.roſ.fiat conditum vtatur cum aqua potabili tempore ſitis.

Exemplum potionis cardiacæ.

Recipe aquæ roſa. borrag. & meliſ.an. ℥.j. ſyr. de pomis & viol.vel ſi vigiliæ premant de nenupha.vel de papau. ℥.ij. confect. alker. ʒ.j. pulu. elect. de gemnis ℈.j.fiat potio:detur tempore ſomni. Atque hæc infirmitatis virium præſidia,in ſtatu potiſſimum ſunt vſurpanda.

De quartana intermittẽte eiuſq; curatione.

Cap. XXX.

QVARTANA intermittens è meláncholia naturali excremẽtitia in habitu putreſcente,accéditur,cuius cauſa antecedẽs,aliàs in venis maioribus eſt,vnde per initia acceſſionum excluditur in habitum, fitq́ue cauſa eius continens & proxima. Alias cauſa vtraque circa præcordia:vt in liene meſenterio, epiploo,pancreate condita eſt.Melancholiæ huius excrementitiæ procreatrices cauſæ omnes,ſimplicis nempe & exquiſitæ internæ externæque ſunt, quæcunque impenſiùs refrigerant, ſiccantq́ue de quibus in continua quartana.

Symptomata ſignáque pathognomonica & ſẽ-

ſilia hæc ſunt. Pulſus circa initia 'acceſſionum paruus (obruto vaporib. craſſis corde) valde rarus & tardus: In ſtatu earundem maior, velocior; denſiorque, quàm in quotidiana: minus, quàm in tertiana. Cephalalgia, vigiliæ, ſitis, dolor, vẽtriculi, tumorq; alterutrius hypochondrij: ægérque in affectũ tumidúmque decubitus, calor minus fumoſus, magis acris, quàm in quotidiana, minus, quàm in tertiana ſenſim & inæqualiter incaleſcit: vt in latere caleſcente. Vrinæ principio febris albæ, tenues & aquoſæ (ob cruditatũ & obſtructionum multitudinem,) deinceps, id eſt, in augmento, ſtatúque, ſubſtãtiæ & coloris mediocritatem paulatim cõſequuntur, ſed vbi criticæ ſunt, craſſæ & albę vel nigricantes etiam prodeunt. Inuadit hæc cum frigore non pungente quidem, vt in tertiana, ſed grauante oſſaque penetrante & pertundente, quaſi mole aliqua & pondere contundi articuli videantur (vnde dolor ἰσόκοπος (ob vapores craſſos perioſtium, aliáſque muſculorũm membranas ferientes: neque facile exhalãtes) & in principio cũ horrore qui in rigorẽ augmento ſtatuque, (minorẽ tamẽ, quàm in tertiana) cocta iam & attenuata, magiſque commota materia ſoluitur: in principio obſcura trãſpiratione, augmento & ſtatu, ſudore, aut vrinis.

Acceſſio tota 12. horarum eſt, aliquando pluriũ, vt 18. (ob copiam & craſſiciem materiæ, habitus denſitatem, facultatis expultricis debilitatem.) Intermiſſio tridui eſſe ſolet (ob perfectam exiguæ materiæ vacuationem: ob quam verè intermittens eſt; ſicuti quotidiana fere continua) ſunt ergo circuitus quatriduani, ſed aliquando frequentiores, vt duplices tupliceſque: id eſt tertiani &

quotidiani(ob inſignem materiæ copiam:) Aliàs rariores ſunt, ob minimam copiam, ab Hippocr. notati: vt quintani peſſimi, & lethales, tabiq́ue aut ſuperuenientes,aut eandem antecedẽtes: ſeptimani longi quidem,ſed non lethales: nonani pariter longi tutiq́ue. Eandem circuituũ melãcholicorum raritatem Paul. Auicen.& Raz. agnoſcunt,ab his etiam rariores comperti ſunt,vt qui 15. quoq; die, & ſemel in menſe, ſemel in anno recurrunt. Atque raritatis eius cauſam ad melãcholiam craſſimam, pauciſſimam, ſedibúſque à corde diſtãtiorib. maximè coarctatam referunt.ſicuti in epialo à à vitrea & craſsiſsima pituita quartanarios,aut rariores etiã accidere paulo ante proditũ eſt. Galen. ſententiam illam nequaquã Hipp. ſed alterius medici fuiſſe putat,ſcribitq́ue nullas vnquam ſibi viſas eſſe periodos ſupra quaternarias, aut, ſi quæ eiuſmodi,vſquam compertæ ſint,eaſdem ex prioris febris reliquijs iniuſtáque vitæ ratione pendere: opinor,ne ex nouis illis circuitibus (quos ſingulorum humorum proprios eſſe ſtatuit)nouas quoque humorum ſpecies confingere cogeretur, cum vnius tamen cuiuſque humoris quantitas, ſubſtantia, & qualitas,varia tãtùm,ſine vllo foci diſcrimine,motus continuos,vel intermittentes rariores vel crebriores moliatur. Signa diagnoſtica quartanæ intermittentis exquiſitæ ſunt illa quinq; pathognomonica & ſẽſilia,vt caloris proprietas,pulſuũ differẽtiæ,& vrinarũ: Acceſsionum inuaſio ſolutióque ante expoſita. Artificioſa ſunt cauſæ omnes internæ externęque in vnius melancholiæ exuperãtiam cõſpirãtes. Originis deniq; ſigna ab hepate, liene,

& ventriculo ex dolore,nauſea, vomitione,tumore & decubitu,ſunt appoſita.

Prognoſtica ſunt,tum exitus,quòd omnium febrium longiſſima(ob materiæ contumaciam) facillima& ſecuriſſima(ob intermiſsionem triduanã) (& ſymptomatum leuitatem)ita tamen audiẽdum eſt hoc prognoſticon : niſi duplex aut triplex euaſerit:aut ſenes debiles inuaſerit, aut iuncta ſit alijs effectibus prægreſſis vel conſequentibus vt tumoribus lienis& hepatis & deſtillationibus capitis in pulmones:hinc.n.pthiſis,illinc hydrops,morſq; ægros tandem rapere ſolet:tum temporis & durationis:nam æſtiuæ quartanæ breues magna ex parte(ſi quidẽ materia tenuior eſt, habituſque laxior, cum iuſta vitæ ratione & tẽpeſtiua phlebotomia:) automnales longæ;maximè quæ hyemem attingunt(tunc.n. materia craſſior cutiſque denſior ab externo frigore:)tũ à tumore lienis, quàm hepatis diuturnior eſt.frigidior.n.ille hoc calidius,materiã concoquit operoſius tardiúſquẽ.Producitur fere in 3. vel 6. menſem : aliquando in annum.Auicen.in 12. annos. In mæcenatis totam vitam ſæuiit: vltimi etiam triennij perpetuis vigilijs.Fernel exquiſitam quartanam ſupra annum in duos treſ ve prorogari poſſe,niſi ex diætæ & medicationis errore, negat;ſicuti infantium ipſo ortu à matribus cõtractam quartanam:& puerorum non exquiſitam,ſed ſpuriam opinatur : cùm tamen ille ipſe humorum &excrementorum facultatem procreatricẽ partim ad naturam & ætatem,partim ad victum retulerit: cuius vi humores & excrementa ætati & naturæ ægrotantium diſſimillima cumulari poſſint : hinc
igitur

igitur fit,vt febris hæc omni ætati & ſexui infenſa ſit : vt infantibus à prauo victu prægnantium matrũ, pueris & puellis iunioribus,ob pituitæ mucoſæ copiam, ex ingluuie motuúmque importunitate : adoleſcentibus intemperanter victitantibus & puellis nubilibus,ob eãdem vitæ intemperantiam, mucoſæque pituitæ affluentiam , niſi malis excrementitiæ melancholiæ, ob amores non reſpondẽtes ſuis votis,zelotypiam,mœrores,vigilias,&mẽſium aliquando ſuppreſſionem. Vnde coniiciendũ eſt,non ſolùm ætati declinanti & autumno,ſed reliquis etiam vitæ humanæ anníque partibus infẽſam eſſe.Quin etiam eadẽ quoq; ſimplex quartana in plures annos prorógari poteſt : permanẽte eadẽ viſcerum,intẽperie aut victus ratione non mutata.

Eadem denique ſimplex & exquiſita quartana eundem hominem in tota ſua vita ſæpius quam ſemel affligere negatur,cum ob diuturnitatem eius abſumatur omnis melancholica cacochymia: viſcerúmque temperies in contrariam conuertatur. Sed enim melancholica cacochymia è ſolo victu cacochymo & conſentientibus reliquis cauſis externis à temperie viſcerum qualibet diſſimili , ſiue ob ætatem,ſiue ob naturam cumulari poteſt:febrẽ́que quartanam exquiſitam putredine ſua accendere.Neque enim diuerſa ratio eſt mucoſæ & craſſiſſimæ pituitæ,ex viuendi temeritate collectæ : vt minus exquiſitam quartanã ſuſcitare videatur,eſt enim vtriuſque humoris(melancholiæ excrementitiæ ſcilicet & pituitæ mucoſæ) craſſities & frigiditas eadem,ſiccitas ſimilis. Hinc febriũ ab vtraque ortarum acceſſiones frigidiorib. horis diei repetũt.

Quartanarum veſpertinis, Quotidianarum noctur niſ,eadem ab vtraque tumorum, id eſt, ſyrrhorum ſpecies. Eædem denique amborum humorum purfluuim gantia ſunt medicamenta.

Soluitur quartana intermittens aliquando coctione, ſenſimque per inſenſilem tranſpiratum, alias per abſceſſum ad articulos,aliàs vrinas craſas albaſque vel nigras,aliàs denique per ſãguinis profluuium enarib.hæmorrhoidib.vtero.

Curatio quartanæ intermittentis.

HVius quoque febris vt & continuæ quartanæ diæta calida humida tenuáſque à melãcholia excremẽtitia indicatur,ſed efficacior,quàm in illa, tum ob frigiditatem ſiccitatemque & craſſiciẽ maiorem excrementitiæ,quàm alimentariæ melãcholiæ à ſanguine mixto,dilutæ & nonnihil calfactæ, ſed tum etiam ob febris exiguitatẽ eius indicationi non repugnãtis,præſertim in triduo quietis & apyrexiæ: nam in acceſsionibus aut non alendus æger eſt,niſi tribus ante aut poſt eas horis,aut cogẽte infirmitate viriũ parciùs,humidiori & frigidiori cibo alendum febris vehementia indicat:Eſt tamẽ ea facultas diætæ progreſsione morbi temporúmque mutatione ita varianda:vt calidior tenuiórq; ſit in ſtatu,quàm in principio, aut augmento, in declinatione calidiſsimus,tenuiſsimus, ſine metu febris augendæ,extra paroxyſmum : ſed certa ſpe coctionis iuuãdæ,cui tum natura maximè incũbit. Quare potionis materia ſit vinum album & tenue non oligophorum aut rubellum,generoſum,vetus, bene odoratum,dilutúmque ex conſuetudine ægri: Abſtemijs tamen neque aſſueſcentib.vino,aqua cũ ſaccharo,aniſo,vel cinamomo cocta,aut aqua mul

ſā ante deſcripta. Panis ſit albiſsimus benē fermētatus coctúſque cum pauco ſale, & aniſo vel fœniculo:ſed abiicienda cruſta eſt.Carnes euchymiæ & coctiles:vt hædinæ, veruecinæ,vitulinæ , gallinaceæ,pipionū perdicum, auicularum montanarum, cāpeſtrium & nemoralium: reiiciantur carnes craſſæ lentæque & cacochymæ,vt bubulæ.ſuillæ,aprorum,ceruorum,damarum, & auium paluſtrium:vſurpentur contra euchymę elixatæ & aſſatæ , hæ quidē magis humectant ſubſtantificè,(ſed abiecta ſuperficie toſta,)illæ qualitatiue magis & veluti irrigādo:elixentur.a. cum folijs calidiorum & acriorum herbarum,vt hyſſopi ſerpilli, ſāpſuchi, ſaluię, fœniculi,petroſelini,chærepholij:quib addātur bugloſsi & borraginis folia. Earūdem iuſcula , vel ſola , vel hordeatis , amygdalatis , panatellis excepta laudantur pruna cū ſaccharo elixata , pomáque & aniſata cocta,paſſulę exacinatę,ficus ſiccę,nuclei, pinei,dactyli,piſtacia,cappares,oliuę fœniculus marinus acero cōditꝰ cortex mali aurantij& citrij cōditꝰ, ſemina aniſi & fœniculi ſaccharata.abdicētur duriores& autūnales,vt caſtaneæ,meſpila,& cotonea mala cōdimenta ſint(rarò tamē appetitus in exquiſita quartana lāguere ſolet:propter melācholię acerbitatē,ſicuti lāguet in ſpuria)ex ſapa,melle,ſaccharo,acida omnia,& imprimis acetū, reſpuantur, niſi ſaccharo multo mitificatū.Gal.ſalſamēta & ſinapi primis tēporib.cōcedit.ſed certis tātùm dieb. videlicet quia ſal attenuat,terget & abſumit excrementa,viſcerumque robur corrigit & cōfirmat,ſed ea tamen neque craſſum ſanguinem gignant , vt bubulæ & porcinæ carnes ſalitæ , neque viſcoſū &

pituitoſum:vt grandiorum piſcium carnes & ichthyocolla,id eſt moluta; ſed ea ſalſamenta ſint tenuia & coctilia, ſicuti, *des anchoies, des melettes, & des veraz baconatz*:veterum ſalſamentis noſtra caret ætas, quare eorum loco aromata vt cinamomum,gingiber,garyophyllum, piper condimentis miſcebimus, aut calidorum electariorum, ſicuti theriacæ veteris & mithridatij ʒ.j.vel ij.cum vino generoſo propinabimus ægro horis trib. ante acceſſionem ſingulo quatriduo. Venter ſit mollior vel ex ſe,vel ex clyſtere leniente. motus & exercitationes conſuetæ exerceantur triduo toto quietis: ſi febris leuior,viréſque robuſtiores ſint, aliàs deambulationes ante paſtus & frictiones ante exitum lecti, ſed mediocres exerceantur,ſomnus ſit prolixior, decubitus in lecto molli: ex ſymptomatis animi ſolus mœror fugiatur,hilaritati & lætitiæ indulgeatur, Venus denique (ſanorum melancholicorum remedium)in hac febre declinetur, non ſolùm roboris virium ſeruandi cauſa, ſed etiam vitandæ ſiccitatis.

Mutationis,præter diætam medicamentoſã expoſitam,duo alia ſunt inſtrumẽta pharmacia & chirurgia,huius opus eſt phlebotomia(quæ ex Gal. 1. ad Glaucon.cap.9.cuius imitatione hæc tota curatio à nobis ficta eſt)indicatur non à febre quidem ipſa,exigua ſcilicet nimis,cum ipſum ſit magnum remedium, ſed à cauſa eiuſdem,melancholica plethora:vt cauſæ antecedentis parte detracta,reliqua à natura faciliùs vincatur:aut ſi cauſa antecedens, vt coniuncta,fortè extra venas maiores ſit: ne intermittens in continuam vertatur(accenſa, ob ſimilitudi

militudinem vicini fomitis, intra venas plethora melancholica:at ſi fortaſſe plethora ex tenui ſplendidóque ſanguine exeunte à vena aperta ſáguinea vel binoſa comperta ſit,phlebotomia protinus ſupprimenda eſt,ſicuti in melancholica plethora ex nigricáte ſanguine perſpecta,pro ſanguinis multitudine & virium ratione inanienda eſt, temperat n.ſanguis calidior & tenuior expiratione ſua excrementitiæ melancholiæ extra venas maiores delitescentis frigiditatem& craſſiciem : hinc Auicen. Scribebat ſanguinem eſſe frænum bilis, hancque illo vacuato magis furere: quod conſilium exponendum eſt de bile excrementitia extra venas condita, non intra eaſdem,ſic. n. Ferneliana Auicen. cófutatio probanda eſſet,quum venarum maiorum ſanguis eadem proportione prodeat foras per phlebotomiam, qua in iiſdem coërcitus eſt.

Vena aperienda eſt interior(vrgente phletora, quod hæc ob inſigné amplitudiné & cum hepate cauáque vicinitatem, multú & celeriter ſanguinis effundat)vel media,altero eius ramo cephalicę cótermino à digito oppreſſo:idq; in cubito aliás ſiniſtro ſiquidé lienoſus ſit ęger,id eſt liene tumido & obſtructo, quod propter rectitudinis vim aliqua portio ſanguinis per conſecutionem phlebotomia proliciat:aliàs in dextro,vbi affectum hepar eſt.Eſt denique phlebotomia exercéda in principio febris vt circa 8. 10.aut 15.dié:vt ſanguis interim craſſior partim à febre,partim à victu medicamentoſo calfactus leuiter, tenuatúſque,ſit profluentior:neque in venis ſubſiſtat exeunte eo, qui temperatior ſit. Hora denique diei calidiori:vt ad meridiem & poſt

leuem exercitationem:ieiuno tamen ventriculo,& ampliori venæ vulnere, quod in binoſo ſanguine emittendo anguſtius ſit.

Cæterũ phlebotomiã (quæ 2.regionis maiorũq; venarũ eſt remediũ,primę vacuatio antecedat,tum ne eius cacochymia ab inanitis venis maiorib. rapiatur,tum ne eadem à medicamentis coquẽtib. & aperientib.tranſmittatur:multiplicatis interim venarum obſtructionib. poteſt tamen phlebotomiã breuiori interuallo ſubſequi hæc vacuatio.

Eſt.a.vacuãtium & alterantiũ ſiue coquentiũ remediorum facultas pro febris progreſſione temporúmque eius viciſſitudine, mutãda,vt initio leuiora incremẽto;vbi iã coctionis manifeſtæ ſigna apparẽt,mediocria,in ſtatu, vbi manifeſſimæ coctionis ſigna emicãt,efficaciora:declinationi,vbi iã perfecta coctio eſt,efficaſiſſima adhibeãtur:initio.n. copioſior crudiorq; materia acriorib.impetita medicamentis alterãtibus,vacuãtibúſque calfacta, attenuata cõmotáque circuitus ſuos præcipitare ſolet: pro ſimplicibus & quartanarijs,duplices,id eſt,tertianos,triplices,id eſt,quotidianos, aut continuos, nã excremẽtum etiã extra venas maiores abditum, modo copioſum,ſit febrẽ cõtinuam fouere poteſt, ſed multò magis,in venis maiorib.ſi in eas redũdet. Hæc Gal.ſententia eſt mali medici cognito exẽplo cõfirmata,à quo intẽpeſtiua theriacæ exhibitione, ex triplici,cõtinua,lethalis quartana creata eſt:crudior,n.ab initio materia tenaciùs partib adhęreſcẽs medicamẽto tra[illegible] nõ obſequitur,ſed ex acrimonia eius putredinẽ cõſequitur,neque etiã cruda,ſed cocta tantum ducenda ſunt.Quare tempora febris

huiuſce

huiuſce generalia prudenter diſtinguenda ſunt,ex cruditatis & coctionis ſignis: ex paroxyſmorũ longitudine vel breuitate,ex ſymptomatum grauitate vel leuitate.

Initio ergo phlebotomiã pręcedat clyſter moliẽs leuitérque tergens:vt qui cõſtet decocto 4.remollitiuarum,ficuũ,prunorum dulcium , ſem. lini flor. chamæm.molilo.ſambu. in cuius ℔.j.ß. mell.viol. ℥. ij.medul.caſſ.vel lohoc de eadẽ,vel diapruni ſimplic vel diacatholic.vel butyri recentis,aut axũgiæ recẽtis gallinæ an.℥.j.diſſoluatur. oleor.chamęm.& lilior.quart.i tale eſt decoctum inteſtinorum veruecum,die proxima leuiori pharmaco ventriculus, primęque venæ repurgãdæ ſunt: vt bolo ex caſſ.me dul. vel ex electar. lenientib. modo in chyſtere expoſitis ad ℥.j.vel ℥.j.ß.cũ ſaccharo,vel potionis forma cum decocto florum violæ paſſul.purgat.ab acinis,hordei mundati & caricar.ſed foliorum ſennę orienta & epithy.apud noſtros frequẽs eſt vſus,vt.

℞.paſſula.purgata. flor.viol.& hord.munda.an.p. ß.folio ſen.orient.mundat.& epith.an.℥.ß.coquãtur in ptiſana vel ſero caprillo:& in col.℥.iij.diſſol.electa diacathol.& ſyrup.viol.an. ℥.ß. fiat potio.

Eadem folio.ſen.doſis liquidiori leguminum iure vt piſorum & cicer.rubeor. decoquitur addita cinam. ℨ.ß.& diſſoluta in colaturæ ℥.iiij.butyri recẽtis,vel olei dulcis ℥.ß.

Aliàs eadem ipſa ſennę doſis infunditur iuſculo pulli alterato folijs borrag. buglos. & endiu. & expreſſum propinatur.

In augmento ſtatuque & declinatione reliqua curatio per epicraſin obeunda eſt,ſed initio ſẽper à lenioribus.

leuioribus ducto, vt ante dictum eſt; tum alterãtib. tum purgantibus donec ad validiſſima vtraque in declinatione peruentum ſit. Primum igitur de purgatione per temporum viciſſitudinem varianda: genus medicamenti purgantis indicatur melanagogon & phlegmagogó forma liquida, vel media: (nam ſolida ſiccantior eſt) tempus vniuerſale indicatur à ſignis coctionis manifeſtæ, in augmento, manifeſtioris in ſtatu, manifeſtiſſimæ in declinatione: Particulare diei & horæ, diei ante acceſſioné vel diei in quo eſt acceſſio: ſi materia ſit paulò contumacior & tardior, acceſſio, horæ matutinæ & ieiuno ventriculo. Quantitas, id eſt, efficacia à conditione materiæ ægriùs faciliúſque purgãdæ indicatur. Quare in augmẽto apparentib. iam manifeſtæ coctionis ſignis, validiora melanagoga vſurpẽtur quã in principio, vt elect. diaſen. diaphæn & de citro ſolut. non ſola quidem, ne nimis ſiccent, ſed lenientib. mixta, tum decoctis: vt mox in ſenna exponebatur, tũ eccoproticis: vt medul. caſſ. diapruni ſolut. Purgationem hanc antecedat pridie clyſter quoque mollis, ſed mixta acrioris medicamẽti portione vt in colatura decocti prioris hieræ ſemũcia, aut diaphęnic. aut indi maioris; cũ oleo chamæmelino & anethino. In ſtatu, apparentib. iã manifeſtiſſimæ coctionis ſignis, efficaciora decernenda ſunt quàm in augmẽto: (neq; n. eſt eo tẽpore vllus corporis humoriſ-vè motus extimeſcẽdus, ſed potius quocũq; modo incitandus) deiectoria, vomitoria, diuretica, hydrotica, clyſteres ſint acerrimi, quales fient, ſi decocto illi primo lenienti addãtur folia abſynthij praſſij. orig calam. cicera rubra, flores

tamaricis

tamaricis & centauri minoris,atque in eo decocto diſſoluatur ℥. j. hieræ, vel bened. laxat. vel cõfect. hamec. Deiectoria ſimplicia mediocria ſunt ſenna & epithym.& agaricus,vehemẽtiſſima cortex veratri nigri(album. n. conuulſionum nomine ſẽper ſuſpectum eſt,)in decocto magis,quàm puluere tutus,lapis,lazuli,& armenus.

Cõpoſita vehemẽtiora,confectio hamec,hiera, diacolocynthidos,pilulæ ex lapide armeno & cyaneo,(ſed ſolida forma ineptior, ob ſiccationis noxã in hac febre)reliqua ſunt è liquore leui diſſoluẽda, vt in ſenna patuit.Hæ.a.deiectiones in augmento, ſtatúque ſæpius iterãdæ ſunt quia materia ſenſim coquitur(vt per interuallum quindecim dierũ aut menſis vnius)cum ſit longiſſimum vtriuſque ſpatium.Eadem ratio in clyſterum augẽda acrimonia & facultate:(vt coctæ materiæ portionẽ è præcordijs detrahant;quoties tardiori aluo ſummittũtur). poteſt igitur vel opiata , vel ſyrupus laxatiuus in plures doſes concinnari.

Exemplum opiatæ.

℞.medul.caſſ.recens extractæ elect. diaſent. ſolut.cõfect hamec.& indi maior an. ℥.ij.puluer.ſen. ℨ. iij.cũ ſyru. viola.fiat opiata de cuius ℥. j. fiat bolus,vel cum decocto leniente potio.

Syrupi laxatiui exemplum eſt expoſitũ in quartana continua,erit tamen in hac febre laxatiua facultas eius augenda;quia & minor febris eſt & cõtumacior materia,addendo decoctioni ſemen carthami,epithymum agaricum,hermodactylos, turbith,& radices veratri nigri.

Vomitoria conſtent aqua vel ptiſanæ tepida,vel hydre

hydrelęo,quæ leniſsima ſunt,vel decocto ſem.atriplicis, raphani,radicum aſari folio.hy ſſo.cũ diſſolutione ℥.ij.oxymel.ſimplic.vel ſcylliti,ci in decocti ℔.j. moxque in fauces immiſſo digito , vel penna oleo illita,vomitus concitetur.

Commodiſſima vomendi hora eſt:vel poſt cœnam ijs,qui ineptiores ad vomitum ſunt:idque pridie acceſſionis,vel cum ſequacior eſt materia. Vt in principio& in remiſſione paroxyſmi,tũque à vomitu roborãdus eſt ſtomachus litu ex oleo abſynthino melino aut ſimili, & ſomno prolixiori:& poſtridie mane potione decoctionis ſummitatum abſynthii ad ℥.iij. addito cinamo.℈.j.& ſacchari ℥.ß. vomitio autem non ſolùm ventriculi excrementa excludit, ſed viſcerum etiam vicinorum vt hepatis & lienis cacochymiam , præſertim vero præparatam materiam è ſedib.ſuis euellit.hydroticorum & diuretico rum remediorum materia in quotidiana febre vſuſque totus expoſita ſunt:Cæterum ex hydroticis efficaſſimum balneum eſt , in ſtatu & declinatione commodiſſimum, quod habitum laxet & coctam materiam ſudoribus exhauriat. Comparabitur itaque ex decocto acriũ plantarũ,vt origani, calamẽti abſynth.praſſ.meliſſæ,ſcabio.puleg.hederæ , lauri, lauẽdulæ, florum chamæmeli, meliloti,& tepidum ſubeatur,extra paroxyſmum,& ante cibum: in quo breuis mora ſit,ne virib. fiat iniuria:idque pluribus diebus ex interuallo repetẽdum pridie acceſſionis. Balnei vicẽ ſupplcant ſtuphæ in tinná lapid.fluuiatilib ſubſtratis:&ſimili decocto irroratis, thermales a.aquæ ſiccantiores ſunt:denique in ſtatu etiã venę ſaluatellæ,quæ digitos annularum & minimum intercurrit

tercurrit præciſio ex vſu eſt:maximè,ſanguine melancholico effluẽte ad ℥.ij.vel iij.vt ſanguis hic prę coctus & pręmollitus è liene vel hepate euellatur, aut ſaltem commoueatur.

Alterantia & coquentia ſiue digerentia vocata medicamenta indicãtur calfaciẽtia,humectantia & attenuantia,ſed omni tẽpore humidiſſima,in principio tẽperata calore,aut tẽperatis proxima,leuiterque tenuantia:ſed caliditas & tenuitas morbi progreſſione ſenſim augebitur:vt efficax ſatis ſit in augmento,efficacior in ſtatu,efficaciſſima in declinatione.Tẽpus indicatur dies quietis & intermiſſionis ieiuno vẽtriculo.Forma liquida,mediáq;,nõ ſolida (niſi ſuperbibatur iuſculũ aut decoctũ leniens, vel ptiſana) in principio itaque conueniunt ſyrupi hi, violatus,adiãthinus,de pomis, de ſcolopendria de fumo terræ,oxymeli ſimplex,acetoſus ſimplex, nã acetum alioqui melancholiæ noxium, mitigàtur admixto ſaccharo,vel melle.Fortiores in augmẽto & ſtatu,ſyrupus bizãtinus,oxymel,diureticũ & ſcylliticum,de 5. radicib.quorum in ſingulas doſes ferè ℥. ij. in ℥.iiij.aquarum ante expoſitarũ in quartanis continuis,vel apozematis ſimilis, ſed efficacioris ſoluantur in decem,vel quindecim dies:vel mẽſem integrum eadem coctio multorum dierum apozematis vtiliter quæratur. vt

℞. 5. rad. aperitiu. vino albo per totam noctem maceratarum ℔. j. rad.ænul. camp. cortic. media. rad. capparum,tamariſci & fraxi an. ℥.j.cortic.citri ſicci ℥.ſs. folio.agrimo.chamædri. ceterach. polytr. orig.calam.hyſſo.fũmitat.fumar.lupulo.&abſynth. põt.an.M.j.cicer.rubro.flor.genis.tamar.ſtęchad.& anthos an.p.j.poly.querc.℥.ij.ſs.cuſcutę& liquiritię

an. ℥.j.caricar.par.iij.pruno.dulc.par.vj.paſſula.purgata.iuiubar.ſebeſten.an.par. x. decoquatur in hydromel.& in colat. ℔.ß.diſſol. ſacch.albiſſimi ℥.iij. cinamo. ʒ. ij.detur in quatuor doſib. matutinis.

Licebit hoc apozemate & ſimplici vti, atque etiam compoſito, diſſolutis in eo ſyrupis præſcriptis: licebit quoque medicamenta purgantia præſcripta in ſtatu eidem incoquere : & addito ſaccharo,quod ſatis ſit, ſyrupum laxatiuum conficere in plures doſes. Eadē coctionis vtilitas ex iuſculo pullorum vel pipionum cum voluptate ęgri comparetur,alterātium folijs,vt bugloſſi,borrag.hyſſo. crithmi,menthæ,radiculis & ſummitatibus fœniculi,petroſel.ciceríb.rub.capparib. præbullitis & ſemine aniſi alterato. Denique eundem coctionis vſum conferet eiuſmodi opiata.

℞. conſer.flor. bugloſ. eryng. vel ſatyr. an. ℥.ij. conſer. flor. geniſtæ,tamariſ. anthos & borrag.an. ℥. j.cortic. citri ſicci conditi ℥. ß. theriacæ veteris ℥. iij. fiat opiata:vel addito ſaccharo,fiat cōditum. vtriuſque doſis ſit ℥.ß. per ſe vel cum pauco vino albo dilutum.

Præterea in ſtatu & declinatione poſt multiplices vacuationes prægreſſas , eadem coctio attenuatióque materiæ melancholicæ perficienda eſt electarijs ſeu antidotis calidiſſimis ante paroxyſmum per duas horas,vel eiuſdem initio exhibendis ad ʒ. j. vel potius ad ʒ.ij.cū vino generoſo tenui dilutóque,decoctione acriori,vt hyſſoppi,agrimo. chamædr.ſcopolend. lupulo. vel ſtillaticijs earundem aquis, eiuſmodi eſt theriaca mithridatium.In principio quoque eorumdem vſus electariorum

condu

cōducat,ſed ex rariorib interuallis,neque ipſo die paroxyſmi(loco ſcilicet ſalſamentorum à Galeno præſcriptorum: & puluerum diatriumpiperum & diaſpoliticū.)Sed in minori doſi & ex liquore minus calido:ne cōmota crudiori materia ex ſimplici duplex,triplexve,aut continua etiam, calamitoſa quartana ſuccendatur.Eodem ſtatus & declinationis tempore, ab externis præſidijs coctionis commoditas captanda eſt: tumorúmque lienis & hepatis emollitio, digeſtióque,qui alias ex reſolutione immodica febrilis caloris, in ſtirrhum degeneraturi ſunt:certo hydropis &mortis diſcrimine: foris quidem coquunt humores, & tumores digerunt fotus litúſque, illi quidem ex decocto lenientis & incidētis materiæ,ſicuti radicum altheæ lilior bryō.cucu.agreſtis folio. 4.remollitiuor. chamæd.ceterach.orig.calam.carica.ſem.lini & cumini flor.chamęm.melilo.in quo decocto quarta pars vini albi diſſoluatur.Litus cōſtet oleis irino, keirino,lirino,chamæmel.tamariſc.&abſynth.ex quib. ſimplicib.fiet embrocatio,additta.a.cera noua fiat linimentum,additis denique ſeminib. apij, dauci, cumini & radicib. ariſtolo. iridis &c. à triente fiat vnguētum. hæc topica quotidie admouenda ſunt, ante paſtus & paroxyſmi die, horis duab. ante eundem.

Alijs ante ſtatum temporib.ijſdem externis remedijs coctio emollitióque viſcerum obſtructorū comparari poteſt:ſed magis relaxantib. & modice adſtringentib. minimùm attenuatib. & diſcutientib.initio, quietis tēpore & ante paroxyſmū duab. vel trib.horis:hæc ex Gal cap.9.1.ad Glauc. Quar-

tarnæ febris intermittentis curatio excepta & per epicraſin inſtituta: vt ſenſim coquatur vacuetúrque materia eius contumacior validius inualidiúſque pro temporum eius diſcrimine, ſcilicet, vt principio leuiſſima coquentia, id eſt, temperata calore & humectantia plurimum, purgantia quoque lenientia: in augmento ſtatúque vtraque efficaciora: in declinatione efficaciſſima decernantur, ſicuti præceptis & exemplis noſtris modo patere potuit.

Sed enim iuſtiſſimam hanc Gal. ſententiem de purgantibus primum doctiſſimus huiuſce vniuerſitatis olim cancellarius, Iobetrtus refelit principio enim febris crudiorem cacochymiam melancholicam validiori purgante remedio detrahendam eſſe, quàm in augmento, ſtatúve: quibus temporib. cocta iam tenuatáque & magis profluens atque ſua ſponte ſequax eſt: vt ſola ſæpe facultatę naturę ſine artificioſa vlla ope, profundatur, deinde leuiorem febrem mitiora ſymptomata, viréſque magis integras & indelibatas, eodẽ principio purgationis copiam leuiter & impunè tolerare: contrà in ſtatu, quo ea omnia ſunt deteriora, magíſque vires afflictæ, materia magis ſequax & obſequens trahenti medicamento: Quare neque indicari à materiæ purgandæ difficultate vehementem purgationem: neque ab imbecilliori facultate, aut ſæuitia morbi cauſæque eius aſperitate tolerari. Verùm pace Ioberti dixerim, imitator naturæ medicus [illegible] coquentis prius, quàm expellentis: itaque cocta ille non cruda (vt ſunt in principio febris, quartanæ, excreméta ex cóſilio Hipp. debiliter purgat, imperfectiùs in augmento: perfectiùs in ſtatu longioris febris non acutæ: perfectiſſimè

ſimè in declinatione: deinde cruda ſanè materia in principio ægrè cedit medicamento purganti, quare non valido,ſed leuiori dicto minoratiuo initio commouenda eſt,vbi præſertim copioſa crudáque eſt:non expectatis etiam coctionis ſignis.Integritas virium fatemur, febris & ſymptomatum eius leuitas, medicamentorum purgantium vehementiam non repudiat, ſed cruditas inquam rebellis materiæ & contumacia: quæ medicamenti motum à natura ante coctionem non adiuti haud ſequitur, ſed potius immota ſua ſede, & medicamenti violentia exeſtuans (circuitus ſuos multiplicat:at in augmento ſtatúque cocta prius & attenuata materia toto vno impetu validioris medicamenti & adiutricis naturæ ope, tutò impuneque extrahi è corpore poteſt:febris.a. & ſymptomatum eius incrementum à valido acríque purgante in ſtatu & declinatione extimeſcendum non eſt:nam ſubtracta penitus, aut magna ex parte febrili materia, febris ipſa eualeſcit maximè cũ interuallo & quietis à febris tempore purgatio decernatur. Vires quoque à purgatione ſenſim per epicraſin non affatim inſtituta non peſſundantur, Cauſæ denique antecedentis acrimonia, quæ crudior adhuc ſit non exaſperetur (vt emergat inde triplex aut duplex quartana) victu ſaginante,balneis & topicis,hypochondriorum fotibus litibúſque eius acrimoniam ſatis tẽperantib. atq; hæc de purgantium diſcrimine in febre quartana.

De alterantib. a. remedijs in eadem quoque ita reſpondendum putamus: vbi minor putredo eſt,

ibidem quoque coctio,alteratióque minor eſt neceſſaria. at putredo minor eſt in principio, maior in alijs temporib. ideóque initio febres & Symptomata atque in declinatione ſunt leuiſſima, putredinis. a. & cruditatis eadem eſt proportio:contrà in ſtatu & augmento febris & ſymptomata omnia vehementiora, quare tum coquentia efficaciora ſint. Quod ſi qua in ſtatu coctionis ſigna appareant, ad cauſæ antecedentis aſſimilatam partem pertinent,ex qua ſunt decidua, altera autem indomita crudiórque eſt, mouétque irritatione facultatis expultricis criſes omnes,deinde faciliùs coquitur humida fluxáque, quam eadem dura ſiccaque materia, proinde humectatio & emollitio,melancholię excrementitiæ per temperata reſolutionem præcedat, per acriora & diſcutientia,ideóque temperata & plurimum humectantia in principio adhibenda ſunt & ſequentib. temporib. acriora & calidiora ſed in interuallo & quieſcente febre:de cuius incremento minus metuendum ſit hactenus pro Gal.

Extraordinaria curatio præ cautióque frigoris, horroris,rigoris & doloris ὀςέοκοπυ oſſa velut contundentis neceſſaria eſt, hæc quidem imminente paroxyſmo, tum per electaria prædicta:vt theriacam paulò ante exhibitam (vt dictum eſt) tum vrgente iam oſcitatione & pandiculatione,primũ per decubitum ægri in molli calidóque lecto, multis ſtragulis munito,vt reuocentur à corde vapores aſcenſuri cum calore natiuo, ſicque breuior & leuior paroxyſmus fiat:deinde frictionib. aſperiorib. extremorum & totius ſpinæ, tum appoſitis

tis ad plantas pedum, volas manuum & genua laterib. vino generoſo reſtinctis: & ſplenio conuolutis, tum etiam totius ſpinæ forti inunctione ex calidiorib. oleis vnguentíſque quib. & frigus diſcutiatur & humor vapórve, quib. paralyſis ſæpe incutitur neruoſis corporib. obſeſſis, olea talia ſint laurinum, rutaceũ, therebinthinum, de ſpica, de caſtoreo, de piperib. petroleum, aqua vitæ: vnguēta ſint vt agrippæ, martiatum, aragó vel therica, omnia denique cum aqua vitæ fortíque frictione, toti ſpinæ humeris, & brachijs inducta. ſimile quoque ſit eiuſmodi.

℞. olei rutac. laur. therebinth. an. ℥. ĳ. ſucci rutę ℥. j. coquantur ſimul ad ſucci conſumptionem. deinde adde rad. cyperi cardam. maioris gingib. garyophyl. an. ʒ. j. cal. aromat. baccar. iuniperi. an. ℈. ij. ceræ citrinæ parũ fiat vnguentũ. virium denique vrgente paroxyſmo debilitatarum recreatio conſtet, tum vino albo & oligophoro potato: vel iuſculo, ſed in remiſſione tantùm, tum epithematis cordi imponendis medijs liquidíſque: tum opiatis & conditis exhibitis. vt,

℞. Conſer. rad. bugloſ. flor. borrag. & violæ an. ℥. j. pulu. elect. diamarg. frig. ℥. j. confect. alkermi. ʒ. iij. cum ſyr. de pom. fiat opiata vtatur per ſe vel cum aqua potabili.

Addito autem (loco ſyr) ſacch. roſa. & folijs aliquot auri conditum fiat pariter vtendum.

De quartana notha.

CAP. XXXI.

TERTIA febris quartanæ ſpecies dicta ſpuria vel notha eſt, quod melancholia non naturali excremētitia cōſtet ſicuti naturali eadem exquiſita cōſtare dicebatur. Ea verò eſt atra bilis, ex vſtione aut putredine aliorum humorum cumulata: (veluti cinis vſtorum lignorum) & pituitæ ſalſæ, bilis flauæ, melancholiæ excrementitiæ & ſanguinis (craſſior.n. huius pars proximè in atram bilem vrendo, vel putrendo faceſſit)

Putredinis cauſa huius humoris eſt obſtructio vel ab ipſo humore putreſcente, vel à pituita & cruditatib. orta, idque circa hypochondria frequentiſſimè, vbi quoque exardeſcit per melancholiam, vel maniam etiam dictam hypochondriacam.

Putredinis autem occaſio eſt, mixta aliena humiditas, cum ſicciſſimo humore, materia proxima atra bilis eſt, remotior omnes alij humores, eorúmque vſtorum, vel putrefactorum reliquiæ, inſtar cineris: vſtionis denique cauſa eſt cauſarum internarum externarúmque incendium: itaque hyeme etiam rigore ſuppreſſa intus melācholia, denſato habitu efferueſcere vtique ſolet: & vehementib. ſymptomatis, debacchari, ſed per accidens

& perſ

& perſpiratione prohibita. Vt in melancholicis.

Signa pathognomonica ſunt & ſenſibilia ſpuriæ quartanæ calor multo acrior, minúſque vaporoſus, quàm in exquiſita, ex inuaſione cũ leuiori frigore, & acceſſione breuiore, & moleſtioribus ſymptomatis, vt cephalalgia, ſiti, vigilia, inquitudine. Pulſus validior, citatiórque, vrina magis colorata. Solutio acceſſionis cum ſudore, vel inſenſili tranſpiratione. Accedit manifeſtiſsimum eiuſdem ex origine ſignũ, exquiſita. n. per ſe incipit ex melã cholia excremẽtitia putreſcẽte, at ſpuria febrib. alijs ſẽper ſuccedit ex febrilib. earundũ reliquijs, ſed erraticis ſępiſſimè & inordinatis vocatis, ob incerta acceſſionum principia, quæ neque quotidianæ, neque tertianæ, neque quartanæ denique veræ ſunt, idque ex diſſimili humoris putreſcentis ſpecie. Sic ex flaua bile dum per oporam, id eſt circa finem æſtatis putreſcit, aut vritur, fit ex portione nondum vſta tertiana: ex altera iam vſta quartana ſpuria: ſic ſanguinis dum vritur pars calidior, tenuiórque in bilem flauam, craſſior & frigidior in atram degenerat: fit denique ex pluribus humoribus confuſis & ibidem computreſcentibus, ex quibus vnus in vna parte collectus eſt, in qua putret: alter ex alia eodem affluit. Perfecta. a. iam vſtione, atra bilis ſola viget indéque quartana ſpuria.

Pronoſticon eſt, quòd breuior ſit, quàm exquiſita, ſed periculoſior, non ob ſymptomatum tantùm vehementiam, ſed ob facilem eiuſdem in duplicem, triplicem, aut continuam etiam conuer-

vt ex ſyrupis violato, adiãthino,de pomis,de endiuia,de cichorio ſimplici cum aquis; vel decoctis in quartana continua expoſitis, & tandem magis attenuantes in vigore,qualis eſt oxyſacchara, acetoſus ſimplex oxymeli ſimplex. Primi iulepi cõtinuabuntur ad manifeſtæ coctionis ſigna in vrinis; & tum purgatio decernatur paulò validior: vt ex decocto ſennæ,infuſo rhei,& agarici trochiſcati cum ſyrupo roſaceo. Secundi iulepi ad manifeſtiſſimæ coctionis ſigna, tumque validior purgatio ex infuſo rhei & diſſoluto electario de ſucco roſar. Poſtremo in declinatione à purgationib. vehementib. tẽperabitur (ob vires iam debiliores) & febriles reliquiæ validiſſimè attenuabuntur: maximè aperientib. remediis: & euocabuntur tum diureticis, tum hydroticis, frictionib. quoque & balneis ſicuti in continua quartana expoſitum eſt. Extraordinaria curatio ſymptomatum grauiorum quartanæ ſpuriæ eadem eſt & quartanæ exquiſitæ.

De febris continuæ dignotione & curatione propria.

CAP. XXXI.

PVTRIDARVM febrium continuarum & intermittentium ſimplicium methodus curatiua promiſcuè & indiſcriminatim enarrata eſt: ob cauſarũ ſpeciei vtriuſque communium affinitatem, quę

tres ſunt, impedita tranſpiratio, caloris natiui alteratio, indéque humoris putredo: calor quidem & ſpiritus libera tranſpiratione temperatur, per fuliginoſorum excrementorum tertiæ coctionis, emiſſionem, & externi aeris præ arteriarum agitatione intromiſſionem. Impeditur. a. tranſpiratio: dum vel ampliores vaſorum meatus humorum copia, lentore, craſſicie impinguntur: vel anguſtiores obſcuríque cutis & habitus pori contrahuntur; tum à frigore denſante: tum à calore intenſius ſiccante: tum denique à cauſa externa: vt ab aluminoſis aquis adſtrictione. Impedita igitur ab illis cauſis tranſpiratione, primùm calor non perflatus aliena caliditate alteratur: moxque humores viciſſim alterat & putrefacit: aliàs quidem in venis maioribus: vnde continuæ febris putridæ origo eſt, aliàs extra venas, circa præcordia: vt meſenterium, epiploon, inteſtina, lienem & caua hepatis: quib. locis, vel colligitur humor, vel aliunde excipitur. Reſpondent ergo continuæ intermittentib. tum materia & materiæ procreatricib. cauſis omnibus externis, interniſque: ſunt enim (vt intermittentes) ita continuæ quædam pituitoſæ, melancholicæ, bilioſæ: à circuitib exacerbationum vocatæ quotidianæ, tertianæ, quartanæ, reſpondent & pleriſque ſymptomatis. Differunt autem quod continuarum inuaſio ferè rigore, horrore & frigore careat (niſi raró admodũ; cum portio tenuior vi putredinis commota primo inſultu febris è vaſis in habitum excidit; relicta interim craſſiori portione, febris totum ſpatium fouente) quòd non inclinet aut intermittat intra ſpa-
tium

tium 24.horarum.Porrò continuarum ſpeciem demonſtrant tum ſigna artificioſa. ex cauſis externis interniſque repetita: vt natura ęgri, ætate, cœli conſtitutione, regionis & temporum anni, & conſuetudine; cum ſenſilia & pathognomonica, vt caloris proprietas, pulſuum, vrinarum, excrementorum & vniuerſi habitus mutatio & præterea exacerbationum & remiſſionum circuitus; quales acceſſionum in intermittentibus ſunt expoſiti: vnde continuæ proportionales dictæ ſunt. Signa denique prognoſtica exitum præmonſtrant: ſpatium febris, & viam ſalutis vel mortis: exitum quidem multò certiùs, quàm aut ſpecies aut mos morbi prænunciat periculoſum, malignitas putredinis: quæ in intermittẽtibus tutior eſt, tum morbi etiam viriumque ægri comparatio: ex functionibus animalibus vitalibuſque, ſed præcipuè ex naturalib. per ſigna coctionis & cruditatis vrinarum & excrementorum alui explorandis, & febris ſymptomatis, altero.n. vincente vinci alterum neceſſe eſt. Spatium febris præſagit ſpecies: ſed præcipuè motus & magnitudo: ille quidem ex coctionis & cruditatis ſignis: hæc ex ſymptomatum grauitate, vel leuitate. Sunt autem triplices ex motu & magnitudine febrium, continuarum differentiæ, aliæ enim ſunt verè acutæ: quæ 14. die deſinunt: acutæ non veræ, quæ ad 20. producũtur: aliæ acutæ dicuntur ex decidentia: quæ per imperfectam criſim, vel vacuationem artificioſam, fracta vi ſua, 20. diem ſuperant & ad 40. aliquando pertinent: aliæ peracutæ vel exactæ, quæ 4. die deſinunt: vel non exactæ: quæ 7. atque hæc Gal. cap. 13. libr. 1. ad Glauc. & libr. 2. de dieb. decret. c. 11. 12.

Con

Continuarum ſimplicium & intermittentium curatio genere eadem eſt:ſpecie differt. Diæta quidē in omnib.acutis humida ab Hipp.exigitur,& frigida magis, vel minus ob caliditatem maiorem tum febris,tum materiæ putreſcentis intra venas: at in pituitoſa & melancholica intermittente,diæta magis minúſue calida, & in pituitoſa ſicca etiā: vincit enim indicatio materiæ in intermittentib. quātitas victus minor eſſe debet,quàm in intermittentib.(ſiquidē vtrobiq; pares ſunt vires)ob breuitatē febris continuæ maiorem,& ſymptomatum vehementiā, itaque Hipp. exactè peracutis integrā inediā adhibuit.in quarum primo die apparet coctio:non exactè peracutis, quādo primo quaternario coctio apparet;tenuiſſimum victum, vel ex aqua mulſa, vel ex aqua ptiſanæ. Verè acutis (quando die ij. coctio apparet) cremorem hordei, quando 17.eadem apparet coctio,totā ptiſanam;ſic. n.quaterniones ſingularum hebdomadarum indicant euentum proximo ſeptenario futurum in continuis. Quanritatem quoque victus variat temporum febris viciſſitudo,nam initio largius, augmento parcius; ſtatu parciſſimè alendus æger eſt:declinatione ſenſim ad conſuetudinem victus priſtini redeundum eſt; donec confirmata fuerint viſcera. Noſtra tēpora,hominúmque mores iſtam hippocraticam victus tenuitatem non ferunt; ſed pro integra inedia medicus iuſcula pullorum paruorum ſuadebit: pro exquiſitiſſimo victu, panem iiſdem iuſculis maceratum;cremorem hordei, vel lac amygdalatum, pro victu tenuiſſimo ſimpliciter: pro tenui iuſcula caponum veterum bene ſaginatorum, alterata foliis frigi

frigidarum plantarum,& eorumdem expreſſa iura: aut concreta etiam (gelatinas vocant) Phlebotomia indicatur in continuis ſemper: tum ob earum magnitudinem;tum ob ſedem materiæ earumdem in venis ipſis maioribus:at non indicatur ab intermittentibus ob earum leuitatem (eſt. n. phlebotomia magnum magni morbi remedium) neque ab earumdem cauſa ſæpius extra venas in præcordiis collecta, ſed à iuncta tantùm aliquando plethora, vel ſymptomatis alicuius grauitate,vt cephalalgiæ & doloris lumborum. Quantitas phlebotomiæ indicatur magna,à febre vehementi:& à plethora,ex tumore corporis & venarum,rubore faciei,& oculorum cognoſcenda. Tẽperatur.a.à virium modo. In intermittentib. validiores quidem vires ſunt: ſed earum leuitas & cauſarum etiam,parciori phlebotomia contenta eſt.Tempus phlebotomiæ à cruditate indicatur, (eſt. n. & refrigerans & pepticum remedium) & in principio, veluti tertio die: vbi omnes ſanguinis partes à calore febrili iam permixtæ ſunt:& hora tranquillior.Phlebotomiæ præponendus clyſter eſt, magis leniens & refrigerans, quàm in intermittentibus:ſicuti & minoratiua potio,vel bolus (ne inualeſcat febris,aut cruda materia commoueatur.) Vel exiguo interuallo vtrumque poſtponendum remedium ei eſt, (vtriuſque materia ante expoſita eſt.) Secunda vacuationis ſpecies eſt purgatio deiectoria, aliquando ſine coctionis apparatu vſurpanda,vt cum materia turget: (quod ex ægri inquietudine & moleſtiſſimis ſymptomatis agnoſcas) aut cum ſequax eadem eſt: vt in peracutis exactè apparentibus ſignis coctionis primo

primo die:aut denique cum eadem eſt copioſior & opprimens, (minor. n. purgationis intempeſtiuæ noxa eſt:quàm crudi humoris opprimentis periculum) vt initiis morborum ſi quid videatur mouendum &c. aliàs coctio præponenda eſt (ſicuti in intermittentib. ſemper) per iulepos & apozemata: quorum genera & facultates indicantur à materiæ febrificæ intemperie & ſubſtantia:contraindicatur aliquando à febre continua,quia maior ſit,vt pituitoſa & melancholica,aliàs admittitur,vt in bilioſa: at in intermittentib. ſolius materiæ habenda ratio eſt in interuallo:ob febris leuitatem. Cæterùm initio coquentia ſint leuiora,in principio & augmento media,id eſt,modicè attenuantia & tergentia,in declinatione efficaciſſima, maximéque aperientia, diuretica & hydrotica, qualia ſunt expoſita in quartana ſpuria.

Purgatio ineunda eſt in acutis non exactè 6. die (manifeſta.n.tum coctio in illis vrinarum eſt. 6. vel 8. die) ſi quidem imperfecta criſis fuerit: ſed illic criſeos impedimentum metuendum eſt:hic virium infirmitas à criſi fractarum, proinde 5. anticipari tum poterit: aut differri in 9. vel.10. In acutis verò ſecunda adhibenda purgatio eſt,die 11.vel 13.aut ſi criſis imperfecta fuerit 15. aut. 16. in acutis non verè tertia purgatio poſt tertiam coctionem iterabitur, 18. vel 19. die, vel potius 22. in declinatione vacuationum ſpecies aliæ quoque vſurpentur; vt per vrinas & per ſudores.Sicuti in intermittentib.eſt expoſitum.

Dum methodica hæc & ordinaria febriũ putridarum curatio expeditur:virib.interim conſeruan-
dis

dis ſtudebitur, non victu ſolo ex arte, vt mox præſcripto: ſed viſcerũ quoque, cordis & hepatis corroboratione: id eſt eorum temperiei feruidæ temperatione, & ſubſtantiæ diſſolutæ modica adſtrictione. Foris igitur cordis regioni quocũque tempore febrilis caliditas nimis tædioſa eſt, epithemata, vnguentaq; tuto imponuntur, & ſubfrigidè; quia in eo materia antecedens & cruda non ſit: minus tamen quàm hepati, propter propriam eius temperiem calidiorem. Hepati. a. eadem remediorum genera idonea quoque ſunt, ſed in ſtatu tantùm & ſæuiente febre, prægreſſis vacuationib. per phlebotomiam & purgationem, & coctione materiæ: ne impingatur circa venas anguſtas hepatis (vbi maximè putreſcit) & obſtructiones ingeminantur. Eadẽ eſt vtilitas & vſus intus, cõditorum ſiue opiatarũ vocatarũ cordialiũ: vt ex conſeruis florum roſar. borrag. viol. & cichorij, de quib. antea copioſè.

Hactenus febrium putridarum tam continuarũ, quàm intermittentium, quæ ſimplices ſunt & exquiſitæ, atque ex vnius humoris in vna parte putredine accenſæ, methodus curatiua ſpeciatim expoſita eſt, proxima eſt earumdem febrium ſimplicium quidem, ſed non exquiſitarum methodus: quę vocantur ſpuriæ, nothæ & illegitimæ quod non ab vno ſynceróque humore exquiſitarum inſtar, ſed ex duob. eodem loco confuſis, permixtiſque & putreſcentib. ſuccendantur: vt bile & pituita, aut illa, vel hac, & melãcholia (quod rariùs eſt.) Sunt igitur notharum ſpecies duæ, continuarum & intermittentium, atque vtriuſque ſpeciei differentiæ ſunt: vna ex bile & pituita commixtis; altera ex bile vel pituita, & melancholia. Cauſæ putre

putrefacientes, & communes eædem ſunt: quæ omnium putridarum, impedita tranſpiratio, obſtructio,vel adſtrictio, & caloris natiui alteratio:at procreatrices materiæ putreſcentis non vſquequaque ſimiles inter ſe ſunt: ſed varia gignendorum humorum facultate præſtantes: vt ex internis, intẽperies viſcerum inæqualis,putà, ventriculi frigida,hepatis calida:ex externis,vt multorũ crudiorũ, ciborũ,ſub æſtiuo cœlo,ingluuies,grauiores animi corporíſque mox à paſtu commotiones:ſomnus & vigiliæ immoderatæ, cum natura calida aut iuuenili ætate,otium, denique & ignauia:huic. n. diſſimilis cacochymiæ congeries fit,& exaggeratio,cuius ex putredine febrium notharum origo eſt, ſic quatuor tumorum exquiſitorum genera è totidem humorib.ſynceris,ſanguine,bile, pituita,& melancholia excitantur. Sicuti ex iiſdem inter ſe mixtis totidem nothorum & ſpuriorum. Illi, phlegmone, eryſipelas,œdema,ſcirrhus: hi à vincente humore nomen,à mixto & ſuppari cognomen accipiunt:vt phlegmone dicitur ædematodes, aut ædema phlegmonodes. Sunt autem cuiuſque ſpeciei differentię duæ: pro confuſione diuerſorum humorum ſimul putreſcentium:& permixtionis modo,qui ſi par ſit: febris notha ſimpliciter dicitur; ſin impar eadem, ab exuperante humore cognominatur: vt notha quotidiana:notha tertiana,notha quartana. Iobertus eruditiſſimus nullam putat febrem putridam eſſe omnino exquiſitam: quod nullus humor ſine bile quouis loco, putreſcat:ſed eam vocari tamen exquiſitam: cum vnius humoris dominantis propria vigent ſymptomata. Præterea febrem notham
non

non eſſe compoſitam ex mixtis humorib.ſed hanc è varijs potius putreſcentium humorum ſedibus definiendam. At verò ſynceritas humoris putrentis non turbatur euidenter minima, maximeque exigua alterius humoris portione; ideóque vnius humoris naturam, ſymptomata & curatio exquiſitæ febris dictæ redolent: ſic quatuor tumorum exquiſitorum genera diſtincta eſſe veteribus medicis modo dicebamus: notham, a. febrem è compoſitarum claſſe cum Ioberto quoq; remouemus: neque tamen cum illo ſynochū vnicam febrē ideo eſſe putamus, qeod varij humores eadem ſede intra venas putreſcant, vnus.n. humor, qui vocatur ſanguis in ſynocho putreſcit ſub vnitate formæ; qua omnes eius partes continentur: neque etiam febris notha eſt à qualibet putreſcentium humorum commixtione, (non n. ſola putredo febrem ſine humoris putrentis momentanea quantitate gignit,) ſed hæc tanta eſſe debet: vt ſeorſim ſoliq́ue (ſi putreſcant humores) febrem gignant, foueántque; itaque deſtillationem à putredine ſalſā, & externarūphlegmonarū putredinē leuiorē, febre carere cōpertū eſt: oportet igitur vt febres exiſtāt nothæ, tantā cuiuſque mixtorum humorum molē concurrere: vt eius cauſa curatio mutari cogatur.

De ſignis.

Notharum febrium ſigna pathognomonica & ſenſibilia ſunt quoque mixta, & duorum humorū communia: quod & nothæ tertianæ intermittentis exemplo (quæ frequentiſſima eſt omnium,

oſtendimus, huius.n.calor eſt paulò minus acris, pũgenſque, quàm tertianæ exquiſitæ: (bilis acrimoniam retinente pituita) minus fumoſus, quàm quotidianæ: circuitus eſt tertianus, ſed acceſſio lõgior, quàm 12. horarum, & quæ exporrigitur aliquando ad triginta, vel quadraginta horas etiam; deſinit eadem ſæpius madore, aut inſenſili tranſpiratione quam ſudore copioſo: niſi fortaſſe in ſtatu & declinatione: calor inæqualiter & tardè multo magis, quàm in exquiſita tertiana accenditur: pulſus minus velox, minúſque æqualis, vrina ſubrufa, & pallidior. initio acceſſionis pro rigore horrore, grauitas capitis, cum ſomnolentia prope inexpugnabili (ob vaporum copiam à bile, ex pituita cruda commotam) ſitis in ſtatu leuior, ventriculi inflatio, faſtidia, oris amaritudo, dolor lumborum & dorſi, magna denique totius corporis grauitas & oppreſſio viriũ. Signa artificioſa ex cauſis externis interuiſq; diſſimilib. & ex ſymptomatis captanda.

Signa prognoſtica ſunt, quòd curatio earũ paulò difficilior ſit, quã exquiſitæ tertianæ, ex variarũ indicationum viribus æſtimandis, & contrariorũ medicamentorum facultatib inter ſe miſcẽdis, quę ſeſe inuicem infringant & debilitent: quod tanto diuturnior ſit, quanto plus craſſæ lentæq; pituitæ. bili flauæ permixtũ eſt, ideóque non terminatur ſeptima periodo (vt exquiſita tertiana, ſed duodecima aut 14. rariſſimè, ſæpiúſq; in menſem aut 40. diem, aliquãdo in ſex integros menſes producitur, nec tamẽ (vt quidã putauit) omnes humores vbi ſũt mixti, ægriùs coquũtur, quia vitia ſubſtantię & qualitatum inuicem tẽperantur, ſed tantùm vbi loci diſ

cis diſcluſi ſunt,ideóque deiectiones verſicolores, quæ viciſſim prodeunt ſpontaneas & ſymptomaticas vituperat vbique Hipp.non criticas aut artificioſas, ab his enim vacuationis integritas indicatur, ab illis multiplex viſcerũ affectus,variáq; inde cocachymia detegitur,vide aphor.21.lib.4. humor tamen etiam ſyncerior,omninóque ſuo ſero priuatus,ab eodem vbique damnatur, tanquã feruidioris intemperiei ſoboles,tales ſunt bilis non naturalis ſpecies vitellina, praſſea &c. Quod ferè deſinat in vitia lienis ex cruditatib.frigidioris, & inflati vẽtriculi,vitæque erroríb.vnde lienis tumor, & hydrops,quod fere otioſos & intemperantes iuuenes ineunte autumno inuadat:quod deniq; per abſceſſum ſæpius criticum,diarrhæam,& vrinas,quã per ſudorem & hæmorrhagiam,aliter,quàm exquiſita tertiana deſinat,quæ ſalutaris eſt:at hæc notha aut repente ſymptomatum vehementia,aut lento corporis marcore,funeſta eſſe ſolet.

Curatio.

IN hac febre tertiana notha curanda humorum duorum bilis & pituitæ indicationes curatiuæ coniungendæ ſunt,ſicuti in tertiana & quotidiana exquiſitis,illæ ſeorſim expoſitæ ſunt:præferenda tamen bilis indicatio eſt : ob maiorem eius,quam pituitæ in mixtione proportionem.

Abſoluũtur indicationes illæ ſcopis duob. tum conſeruationis virium,tum mutationis febris,cauſarum eius,& ſymptomatum; illius inſtrumentum eſt diæta cuius genus à materia mixta indicatur

temperatum frigore & calore, vel paulò minus frigidum, quàm in exquiſita tertiana (ne ab illo pituita recrudeſcat, ab hoc febris, biliſque inſolentius incandeſcat) incidens magis & abſtergens, quàm in tertiana (ob mixtæ pituitæ lentorem & craſſitiam) Quantitas alimenti à virib. indicatur media & conſeruans (non augens, aut attenuans) & toleratur à prolixitate febris, nam inedia febrificæ materiæ coctionem accelerat virib. debilitatis, quas dum cibus paulo vberior fouet, & reficit, eiuſdē materiæ febrificæ cruditatē, febriſque prolixitatem protrahit: itaque contumaci morbo virium infirmitas plurib. ciborum adminiculis; contrà morbo breui faciliſque, virium robur parcioribus fulciendum & ſuſtinendum eſt. Exempla ſunt huiuſmodi victus, ptiſana cum multo ſaccharo cocta & granis aliquot piperis (ſaltem coctionis apparentib. ſignis in vrinis) lac amygdalinum intritis aliquot amaris amygdalis: vel diſſolutū iuſculo pulli, acrium plantarum folijs elixatis, vt hyſſopi, mēthę, meliſſæ, ſerpilli, fœniculi & petroſ. alterato. Itē panis eodem iuſculo maceratus, apiculæ montanæ & campeſtres aſſatæ. Potus ſit aqua mulſa) vel oxymeli ſimplex, vel aqua ptiſanæ, vel hydroſacchar. ex libra vna aquæ cū ſacchari. ℥iij. & cinamo. ℥j. Poſt ſtatū vini albi tenuis & oligophori. Paſcatur æger bis in die; quietis & cōſuetis horis, ſed ante acceſſionē duab. vel trib. niſi viriū debilitas in declinatione ad cibum cogat.

Mutationis primum auxilium, eſt phlebotomia parcior, quā in exquiſita tertiana: (ne pituitæ cruditas augeatur.) Clyſter phlebotomiam antecedat.

refrige

refrigerans humectanſque minus,ſed tergens magis & phlegmagogus, quàm in exquiſita tertiana, vt ex decocto cyclæ mercurial. parietar. abſynth. maluæ furfur macri, ſem. aniſi flor. chamæm. roſar.in quo diſſoluatur,mel roſatum,electarium dia catholic.diaphen.aut hieræ cum oleo roſa.repetatur. a. alternis dieb.Tardiori aluo minoratiuum quoque medicamentum eidem phlebotomiæ prçponatur leniens tergenſque: vt ex electar. diacatholic ℥. j.cum diaphenic ℥. ij.inter ſe mixtis, fiatque: bolus vel potio cum decocto cicerum rubeorum, florum ſtæchad.& roſa.diſſolutis iiſdem purgantib.Phlebotomiã ſubſequatur:humoris vtriuſque coctio purgatióque per epicraſin abſoluenda, ſenſimque per ſingula tempora augenda. Iuleporum & apozematum coquentium genus ſit modicè refrigerans,humectans,aperiens ſine calore, & tergens ſine adſtrictione: eſt. n. humoris huiuſce craſſi lentique tarda nimis & ardua, ſenſimque curanda coctio purgatióque:eſt.a.Iuleporum eiuſmodi lenior materia ſyrupus aceroſ.ſimpl. oxyſacch.ſimpl.& capill.ven.& de endiu.media,ſyrup.de duab.radicib.de ſcolopẽd.de cichor. efficaciſsima, ſyrup.bizant.de ς.radicib.de fumar.de cichor.compoſ.& oxymel diureticum. Aquæ (quib.ſyrupi illi diſſoluãtur,ſunt gramin fumar.cichor. betõ.meliſ. vel decoctum folio:capil ven. cetrach. chamædr. ſummitat.fumar.lupulor.agrimon. radicum apetitiuarum ſem. aniſi,melon. & cucurb. Eadem coctio,apozematis ex eadem materia cõcinnatis perfici poteſt:ſicuti & fotu,litúque præcordiorum, id eſt,regionis ventriculi & hypochondrij vtriuſque,

ante paſtus,& acceſſiones,exiguo interuallo:vt ex oleo abſynthino,nard.chamæmel. & aneth. præterea quiete, tametſi horis tranquillis leuis deambulatio,excitato parumper calore,neque tranſlato in altum humore coctionem eandem proſperet. Loco iuleporum,& apozematum(ne eiuſdem formæ frequentioris ægrum pigeat tædeátque)licebit eādem coctionis cōmoditatem vſu electar.ſiccorum vt diarhod. abbat. aut molliū ex cōſeruis idoneis flor cichor.anthos & cortic.citri. conſectari. Purgatio partim Phegmagωgis partim chologωgis cōſtet inter ſe mixtis,,leuiorib. quidē in principio ante phlebotomiam(vt eſt iam annotatū) in fine augmēti mediocrib. vt ex agarico rhabarb.& ſena,in ſtatu aut declinatione efficaciſſimis,vt ex electarijs de ſucco roſar.diapruni ſolut.diacartha.diaphē.ſed materiæ multiplicis purgātis vſum præſtare ſyrupus laxatiuus poteſt;vel decoctiones eiuſmodi.

℞. folior.capil.ven. ſūmitat.lupulor.& flor.anthos an.M.ß. folior.ſēnæ oriētal.mūdator.℥.ß.paſſul. purgat. par iiij. ſem.aniſ.ʒ. j. coquantur & in colatura. ℥. iiij. infunde rhabarb. opt.ʒ.j.ß. agar. trochiſ. ʒ. j.ſpicæ nardi. ℈.j. in expreſſione diſſolue electar. diaphen. ʒ.iij.ſacch.albiſſ. ʒ. ij. cinam. gra. vi.fiatpotio, efficacior eſt quæ ſequitur.

℞.Summitat.fumar.lupulor.abſynth. pont,cicer. rubeor.& flor.ant.an p.ß. ſem.carth.&epithy.an.℥. ſē.aniſi. ʒ.j.ſpic. nard.℈.j.in expreſſ diſſol. elect.de ſucco roſa.& diacarth.an.ʒ.ij.ſyrup.roſ. laxat. ℥ .j. fiat potio.Quod ſi nauſeabūdus ſitvētriculus:neq; vomēdi inſuetudo,aut corporis inepta cōformatio vomi

vomitum diſſuadeat: mouebitur quidem ille vtiliter, (ob frequentem ventriculi in hac febre offenſionem) à paſtu acri & incidente craſſam pituitam propinato liquore: & ſubinde expultrice ventriculi commota & proritata facultate: vt oleoſa pennâ vel digitis penitus in fauces inſerendis idque per interualum trium vel quatuor dierum, omiſſa interim purgatione deiectoria,

℞.rad.raph.per taleol.diuiſæ.℥.ij.folior.hyſſ.& origa.an M.j.ſem.atripl.ʒ.j.coquantur & in colat. ℔. ſs.diſſol.oxymel.ſimplic.vel acetoſ.ſimplic.℥.ij.fiat potio,detur tepidè. Atque his purgationib.tam deiectorijs,quàm vomitorijs & coctionib.ſedulò celebratis: tum demum diuretica & hydrotica remedia diſſipandis reliquijs commodiſſimè vſurpentur. Periapta quoque carpis alligentur: vt ex folijs burſæ paſtoris, vel tlaſpi & ſimilibus, vel dentilariæ ſimul cum ſale & aceto tritis. Poſtremo corroborationi ventriculi & lienis poſt primam purgationem grauiter ſtudeatur.) topicis calfacientib. & adſtringentibus, modicè externis interniſque, (quorum antea ſæpius meminimus) Symptomata tertianæ nothæ tanto leuiora ſunt, quàm tertianæ exquiſitæ, quanto illa, quàm hæc diuturnior eſſe ſolet, ideóque propriam curationem niſi fortaſſe tumor lienis & ventriculi) rarò efflagitant. tametſi eadem febris ob diuturnitatem magis ſuſpecta funeſtáq; ſit Reliquę notharũ febriũ ſpecies, vt quartana & quotidiana vincẽte pituita, vel melancholia, ad mixtos humores referuntur: quarum dignotio, curatioque ex vnius tertianæ nothæ exemplo, ſicuti ante præmonuimus, inſtituẽda eſt.

De compoſitarum febriũ curatione.

CAP. XXXII.

COMPOSITARVM diuerſi generis aut ſpeciei curatio, & confuſarum ſiue notharum febrium prope eadem eſt, quod ad cauſæ antecedentis coctionem & vacuationem attinet, diſcrimen ſolùm eſt topicorum, viſcerumque (quæ varia ſunt) affectorum: quare pharum curatio nothis illis proxima eſſe debet. harum. a. genus triplex eſt, aut. n. cũ phlegmonis vlceribus & eryſipelatis & obſtructionib. viſcerum, partiumque internarum, vt cerebri, faucium, pulmonum, thoracis, ventriculi, lienis, hepatis, renum, veſicæ & vteri complicantur, quarum nominib. iſtæ febres per metonymiam (vt ex cauſa effectus ſignificetur) Hipp. nuncupantur; vt phrenitis: angina, peripneumonia, hepatitis, nephritis, ſplenitis, veſicæ & vteri commune tantùm nomen eſt, phlegmone: lipyria. a. proprium nomen non eſt phlegmones aut Eryſipelatis ventriculi, ſed ſymptomatis, id eſt anxietatis & moleſtiæ eryſipelas ipſum comitantium.

Primum genus compoſitarum, curationẽ propriã nõ exigit, vt quæ veluti ſymptomata ſint phlegmonarũ aut obſtructionum cũ quibus delentur. Phlegmonas. a. ipſas curauit Gal. lib. ij. metho. in febrium methodo curatiua: primùm quidẽ reuellentibus vniuerſalibus, & deinde particularibus vacuanti

cuantibus illa ſunt phlebotomia & purgatio. ideóque vtraque initio celebranda (cohibendæ fluxionis gratia, quam plethora pura impuráue, aut grauis ſine plethora ex caſu ictúue dolor commouet: Ac phlebotomia quidem ſanguinem pro multitudinis & virium ægri modo, ex magna vena aliqua & parti phlegmonoſæ vicina directaque ducat; quod ſi phethora abſit, parcè ex diſtantiſſima, & per plura interualla, & ſecundum rectitudinem: huic quoque phlebotomiæ primæ regionis inanitio præponéda (aut mox poſtponenda eſt, vt inteſtinorū per clyſteres molles leniétéſque: vētriculi, & primarū venarū per minoratiuū medicamētū) quòd neque acre ſit & vehemens (ne fluxionem laceſſat conturbati humoris febremque & tumorem exaſperet) ſed leniens paruæque adſtrictionis particeps: vt admixto rhei puluerati ℈ j. vel ʒ.ß. ad catholic. vel medul.caſs. ℥.j. (materia idonea antea ſępius propoſita eſt) Aliæ ſunt reuellentium ſpecies: vt frictiones, deligationes arctiores partium extremarum & fluxioni aduerſarum, cucurbitulæ quoque vel ſiccæ, vel humidæ, & cum ſcarificatione: vt phlebotomiam à virib. debilib. mollique ætate repudiatam ſuppleant. Vacuantia topica laborantem partem, tum à futura fluxione tuentur, tum à facta iam exonerant; ſuntque hæc vniuerſalib. rereuulſionibus tantùm ſubſtituenda: cuiuſmodi pro varietate temporum phlegmones euariant, nam in principio repellentibus locus eſt; quæ denſata partis ſubſtantia futuram fluxionem inhibeant: eiúſque quæ facta iam eſt tenuiſſimam partem exprimant è venulis in maiores. In augmento dimi-

nuta quidem ſed non finita fluxione, mixta conueniunt ex pluribus repellentibus, paucioribus laxãtibus: in ſtatu contrà, ex pluribus laxantibus & digerentibus & paucioribus adſtringentibus: in declinatione, laxantia ſola & digerentia ex vſu ſunt, vt attenuatæ craſſiores phlegmonarũ reliquiæ, laxata quoque partis phlegmonoſæ ſubſtantia: facilius euocentur. Horum tamen topicorum digerentium vſus à viſceris laborantis ſubſtantia, actione, locóque nonnihil immutatur: his n. in ventriculi & hepatis inflammatione huiuſque declinatione adſtringentium aliquid ſemper permiſcendum eſt, cõtinendi partium iſtarum roboris cauſſa ad propriã functionem coctionémque valde neceſſarij: contrà in phlegmonis vteri, veſicæ, muſculorum, abdominis, declinantibus, ſola digerentia ſine adſtringentibus conducunt: vt pote quorum relaxationis noxa nulla ſit. In pectore abſtinendum à repellentibus eſt: ne in cor & pulmonem ſanguis exprimatur. In phlegmonis cerebri & meningum eius, in principio cõueniunt, additis paucis acribus penetrationis cauſa: tale eſt oxyrrhodinum ex oleo roſaceo & pauco aceto tenui, in augmento digerentia repellentibus præpolleant. In declinatione digerentia ſint, quàm in alijs viſceribus efficaciora, quòd eorum vires denſitate & craſſitie oſſis cranij remittantur. In pulmonũ denique phlegmone nullo tẽpore adſtringẽdũ eſt, huiuſce generis sũt etiã febres cum obſtructione viſcerũ pituitoſa cõpoſitæ, quæ curantur primũ quidẽ ſummota antecedente cauſa vacuatáque primæ & ſecundæ regionis cacochymia, deinde diſſoluta, diſſipatáque idoneis topicis con-

coniuncta cauſa & humore ex parte affecta diſcuſſo.

Cap. XXXIII.

Alterum Compoſitarum febris genus eſt cum grauibus ſymptomatis: à quibus etiam quædam nomina ſunt ſortita, vt τυφώδης, ἱλώδης: à perpetuo ſudore & madore, vt ſoporoſa & ſyncopales ἀσώδεις, id eſt, irrequietæ, colliquatiuæ, lipyria, epiali, quarum ordinaria curatio cum nouũ febris genus nõ ſit, à ſimplicibus per ſe non euariat, ſed ſymptomatum ratione ſola vehementiſſimorũ: quæ peculiari curatione, dũ vrgent, mitiganda ſunt (omiſſa interim febre) ſin leuiter infeſtent, febris curatio omittenda non eſt, dum hæc mitigantur. Symptomatum curandorum ratio ante à nobis expoſita eſt: quare paucarum eiuſce generis febrium breuiter delibãda curatio eſt quæ à Galeno. 12. methodis, & 1. ad Glauconẽ accuratius eſt elaborata. Sũt.a. duplices, humoralis vna dicta eſt, è pituitoſarum intermittentium genere: veſperi fere, noctúq; graſſantium, fit ex cruditate exuberante ventriculi (quam præcordiorum inflatio, habitus tumidior, color albidus, vel liuidus, vel plumbeus, pulſus paruus & inæqualis, & ſyncope per initia acceſſionum frequens comitantur) & ex intemperie frigida atque oppreſſione ſtomachi, vel caloris interceptione, obſtructis à multo craſſóque humore corporis meatib. vel denique ab alimenti penuria, è crudioribus ſuccis. Ad præcautionem ſyncopes febris

febris ipſius curatio per epicraſin inſtituenda eſt: aër itaque ſit non frigidus (ne cruditatem augeat) non calidus(ne obſtructiones in habitu ingeminet, raptis in eũdem & viſcera primarum venarum humoribus) ſed moderatus, cibi euchymi, calidi & tenues ſenſim & modicè exhibendi, ſomni & vigiliæ mediocres, quies corporis, tranquillitas animi, potus vini albi, vel rubelli veteris generoſi, odorati,parum diluti:eadem denique eſt curatio & quotidianæ intermittentis. Altera ſyncopalis eſt bilioſarum generis*, ſyncopalis minuta vulgo vocatur, è multa bile in ventriculo ſtagnante, & in ſtomachum aliquando exundante:cuius & tertianæ intermittentis curatio eadem eſt: at cum ſyncope in alterutra iam vrget, ei vni reuocandæ incumbendum eſt:tum per extremarum partium fotum, à linteis calidis, frictionem & deligationem, tum intus per potionẽ vini generoſi,clari & tenuis actu calidi quidem in humorali ſyncopali,frigidi in minuta bilioſa,aut aquarum odoratarum : vt quæ ſtillaticia vini aut imperialis aut cæleſtis eſt nuncupata,danda. n. ſunt, quæ promptiùs è ventriculo in totum corpus diſtribuantur:& in ſpiritus calorémque natiuum conuertãtur. eſt eiuſdẽ generis febris lipyria dicta,quòd anxietatis & moleſtię pleniſſima ſit:ob febris intolerabilem vehementiam, ex eryſipelate ventriculi,vel hepatis,calorem ab habitu & extremis ad præcordia reuocantis. Huius itaque curatio eadem eſt,& aliarum phlegmonarum : niſi quod poſt phlebotomiam , leuémque alui ſubductionem largiori aquæ potu tutiſſimè reſtinguitur: eiuſdem generis eſt ἀσώδης dicta à faſtidio & iacta-

tione

tione æſtúque corporis: naſcitur à craſſiori bile vitellina, vel æruginoſa, vel praſſea, tunicis ventriculi altiùs infixa: proinde tertianarum more, curãda eſt: victu frigido & incidēte, purgatione ex agarico & rheo: clyſterib. refrigerãtib. & leniētib. ſyruapis acidis: vt oxyſacchara ſimplici, oxymelite ſimplici cũ aquis endiu. acetoſæ, graminis, &c. Eiuſdē deniq; generis eſt colliquatiua à fuſione & liquatione adipis & tenellæ carnis dicta, præ feruido & maligno calore, inſtar veri cauſi, curãda eſt, vacuationē omnem reſpuentib virib' ſoliſque vſurpatis alterantibus frigidis intus, foriſque.

Tertiũ genus compoſitarũ eſt febrium ex plurib. inter ſe implexis (ſymploce vocatur) ſicuti notharũ craſis) quarum ſua ſit cuiuſque & propria forma atque materia, ſedes, circuitus, acceſſio, ſymptomata, & ſigna tũ diagnoſtica, tũ prognoſtica, quarũ ſpecies ſingulę ex ſimplicib. ante expoſitis facilè internoſcuntur: tãquam ſimplices ipſæ ſint & ſolitariæ.

Epialos compoſita febris nequaquam habenda eſt: (ex ſententia Gordon.) tametſi humoris putreſcentis & non putreſcentis quædam portio ſit, ſic. n. omnes pũtridæ eſſent compoſitæ antecedentis & cõiunctæ cauſæ diſſimili ratione, cum à ſolo humore actu putreſcente febris definiatur, putrida, non à frigore & calore, quę intermittētes omnes etiã ſimplices & ab vno humore putri excitatas comitantur.

Huius compoſitarum generis prima ſpecies eſt febriu m diuerſi generis: vt intermittentis tertianæ, cum quotidiana continua. & contrà (vocantur hæmitritæi) pituitoſæ intermittentis cum quartana conti-

continua & contra. Secunda ſpecies eſt febriũ ſpeciej eiuſdem: vt duarum quotidianarum, qui implexus admodum rarus eſt: habétque acceſſiones ſubintrantes, frequentior tertianarum duarum, quartanarum duarum, & trium.

Tertia ſpecies eſt febrium diuerſæ ſpeciei: vt quotidianæ & tertianæ intermittentium tertianæ & quartanæ, qui rariùs quoque accidit: de his omnibus accuratiùs lib. 2. de diff. feb. Gal.

De prima ſpecie compoſitionis putridarum Fernelio aſſentimur, continuam cum continua confundi, non implicari contendenti: tametſi enim à diuerſis viſceribus diuerſa in venas maiores amandata cacochymia eodem putreſcat tempore: ibidẽ tamẽ putredinis agitatione permixti humores potius, quàm ſeorſim conditi ſunt, (quod non putauit Auicen.) itaque neque ſua cuiuſque forma ſolitaria percipi poteſt. Symptomaticæ tamen febres, qui caſus eſt rariſſimus, ex variorum viſcerum phlegmonis implicari poſſunt: ſic febris putrida cum hectica ſæpe complicari ſolet: vtraque eſt continua: ſed hæc putrida non eſt: putridarum. a. compoſitio curationem euarians, hic tantùm inueſtigatur: à qua etiam ephemeræ cum humorali & hectica cõplicatio remouetur, quod peculiarem præter putridas aut hecticas curationem non exigat. De eadem prima compoſitarum ſpecie dubitat Iobert. ridiculum n. eſſe putat febrem deſinere, nec hominem febre vacare: deinde ſpeciem illam (hæmitritæum dictam) vnam eſſe febrem continuam opinatur, ex craſſa tenacíque materia accenſam: ad quam [illegible] noua

c.

noua quædam tenuior parciorque, ſed eiuſdem naturæ, motibus tertianis affluens exacerbationes ſimiles tertianarum intermittentium commoueat, quæ ſimiliter ſudoribus vomitionibus,& deiectionibus remittantur. Sed enim Iobert. opinari debuerat, cum ex duabus febribus vna deſinit: altera perſeuerante,hominem probabiliter dici vacare febre vnica ſcilicet, & altera torqueri. Deinde exacerbationes quoque continuarum proportionalium meminiſſe, ab exiguo extremorum frigore incipere: ſoláque tranſpiratione remitti: non copioſa & euidenti vacuatione: quod ſcilicet à motu tantùm putredinis, non à nouæ materiæ affluxu concitentur:vel quod huic non pateat è venis clauſis exitus.

Eſt igitur hæmitritæus *febris compoſita ex intermittente tertiana cum quotidiana continua, vel contra.* Non quidem ex duabus continuis, aut ex intermittentibus duabus: illo n. modo hæmitritæus non eſſet(ex ſententia hipp.) Horrificus:cum rigor horrórque ſint febrium intermittẽtium propria initiis acceſſionum ſymptomata. Hoc verò deſineret aliquando ad integritatem & intermiſſionem. Duplex hæmitritæus eſt: ex tertianæ intermittentis cum quotidiana continua implexu, alter rarior ex continuæ tertianæ cum quotidiana intermittente: quare in illo quidem alternis diebus acceſſio noua inuadit cum horrore: deſinitque cum ſudore aliáue vacuatione euidente: interim quotidiana febris oritur leui exacerbatione altero die pari incandeſcens, ſine vllo ſubſe-

ſubſequente ſudore. In hoc neque acceſſio alternis dieb. neque rigor horrórque aut ſudor vllus, ſed acceſſio tantùm leuior, eáque alternis diebus duplex. Vtraque hæmitritæi ſpecies duplex eſt: vna exquiſita ex parib. portionib. duorum humorum, bilis & pituitæ putreſcentium, vique æquali febrium ambarum: indicio eſt horror, frigoris quotidianarum, & rigoris tertianarum particeps: altera non exquiſita alterutro exuperante humore, cuius naturam ſymptomata omnia magis redolent: vt bilis, rigor verior potius, quàm horror. calor acrior & celerius increſcens, vomitio crebrior, vigiliæ & ſitis maiores: Pituitæ, frigus potius, quàm horror: calor magis vaporoſus, tardius flagrans, & cum plurib. reduplicationib. hæmitritæi differentiæ ſunt tres communes, ex longitudine vel breuitate paroxyſmi tertiani: parua. n. eſt, quæ ad 24. horas peruenit, magna quæ ad 48. eſtque continuis proxima: media, quæ ad 36. cum tertianæ exquiſitæ paroxyſmus 12. hora non ſuperet: ab extenſa eadem, illam acceſſionem moueri neceſſe eſt pro varia copia & qualitate materiæ putreſcentis, eiuſque motuum varietate, habitus ægri, & virium diſcrimine. vnde ſimplex quidem ad 12. horas tantùm, ſed extenſa ad 24. 36. & 48. aceſſio producitur. Dictus, a. eſt hemitritæus, non relatiuè ad tertianæ naturam, quaſi ſit dimidia tertiana, cum ſemitertiana ſymptomatum multitudine & vehementia multò ſit, quàm tertiana deterior: ſic. n. vulgo dictionem ſemis his addimus, quibus integra deeſt perfectio, hinc ſemicirculus hemiſphæra appellatur, neque rurſus ita dictus eſt, quaſi ſeſquialtera ad tertianæ ſpatium: vt ſi tertianæ

ſi tertianæ exquiſitæ acceſſio ſit 12. horarum, ſemitertianæ totidem ſit, & præterea ſex horarum: vt ſit tota huius acceſſio 18. horarum: cùm tamen hæc quando leuiſſima eſt 24. horas impleat, vt ante dictum eſt; Sed ita dicta eſt relatione ad totius febris compoſitionem & eſſentiam; cuius ſcilicet dimidia pars ſit tertiana, altera dimidia pars ſit quodiana, tametſi quotidianæ nomen omittatur: ſic ſemideus, ſemiaſinus dicitur ex vna parte Deus, vel aſinus, ex altera homo; cuius nomen omittitur. Aliæ ſunt compoſitiones febrium eiuſdem ſpeciei, ſed infrequentiſſimæ, vt quartanæ intermittentis cum quotiadiana, vel tertiana continua & contrà, quas ex propriis acceſſionum, inuaſionis & ſolutionis modis facilè internoſcas.

De ſecunda eiuſdem ſpeciei febrium compoſitione, intermittentium ſcilicet quæſitum eſſe, à quibuſdam iure legimus, an duæ ſint treſue febres, quæ dicuntur, quotidianæ, duplices, tertianæ, duplices aut triplices quartanæ: an potius vnica febris eodem in loco, ex eadem materia, ſed maiori copia & tenuitate, motúque velociori naturam ſollicitante, fortaſſe. n. quiſpiam ex eiuſdem humoris diuerſa ſede, variiſque viſceribus pariter intemperatis plures ſuſpicetur febres; ſed tamen plurium viſcerum, vt ventriculi, hepatis, lienis, eadem intemperies eiuſdem cacochymiæ parens rariſſimè occurrit: à venis quoque cacochymia preſſis in varia ſigillatim viſcera excerni difficillimè poſſit: hinc a ſimplici duplices vel triplices ſæpè expullulant, cum eadem cacochymia putredine commota, vel aliàs attenuata eſt: tum à vitæ etiam er-

rorib.cauſiſque externis omnibus calfacientibus; quæ ſimplex eſt,aut duplex,in triplicem vel continuam commutatur,hinc denique compoſitarum huius ſpeciei vna prior deſinit,altera eiuſdém naturæ perſeuerante. Sed tamen ex victu cacochymo,citra viſcerum intemperiem,ſimilem, eadem cacochymiæ ſpecies varijs locis colligi poteſt, eodem tempore putreſcens. Sed diuerſis horis & ſpatio, quia partes variæ ſunt & diſſimiles oppreſſæ ab eadem cacochymia, quæ etiam magis, minúſve ſyncera ſit, ſicuti viſcerum validior, vel inualidior eſt facultas expultrix: ideóque acceſſiones vario tempore incipiunt, deſinúntque: ſic igitur propugnari vtraque ſententia veriſimiliter poteſt.

Tertia compoſitionis ſpecies eſt febrium diuerſæ ſpeciei: vt tertianæ & quotidianæ intermittentium:vel harum vnius & quartanæ;cum. n. humores excrementitij naturales ſuis diuerſis ſedib. diſcreti & impermixti, vt melancholicus liene,bilioſus propria cyſtide, pituitoſus ventriculo & inteſtinis, eodem tempore ab ijſdem obſtructionibus,& caloris infirmitate proprióque vitio poſſint computreſcere,ſinguli proprias febrium differentias proferunt.Sed hic caſus rariſſimus eſt,quoniam ſinguli humores temporibus diuerſis luxuriant & putreſcunt, vt pituita hyeme,bilis æſtate, & meláncholia autumno Signa diagnoſtica hemitritæo communia ſunt,quod ſtomachum, cerebrũ & neruoſa corpora impriṁis lædat: hinc faſtidia, animi deliquia,corporis colliquatio,lethargici affectus, paralyſes aut cõuulſiones cerebro vaporib. oppreſſo ex bile pituitam putridam accendente.

Progno

Prognoſtica ſigna ſunt:quòd virili ætati & naturæ intemperanti atque autumno frequentiſſima, maximéque infenſa ſit,ſicuti regionibus calidioribus cum aduentitia humiditate: vt Romæ & Africę. quòd mitiſſima acceſſiones habeat 24.horarum:media 36. maxima 48. quod denique tota febris producatur aliquando in menſem ſeptimũ. Hemitritæi exquiſiti acceſſio cum horrore inuadit, ſed diebus tantùm imparibus, nam paribus cum ſolo frigore, inæqualis pulſus in vno & in pluribus,calor inæqualis modò ſcilicet increſcens, modò deliteſcens cum horrore ſubinde repetente, extremorum perfrigeratione, ſomnolentia, ſtomachi labore, vrinis craſſioribus, minus flauis,magiſq; turbulentis,rigor.n.proprius tertianæ eſt, frigus quotidianæ, horror vtriſque mixtis communis, ingeminatio caloris ex bile pituitam putrefaciente,pari denique die neque horror, neque rigor eſt;quo ſola quotidiana viget.

Non exquiſiti hemitritæi, ſigna ex alterutrius humoris exuperantia, & ex proprijs humoris, febriſque ſymptomatis capeſſes:vtriuſque. n. ſymptomata concurrunt, ſeſéque proferunt,quo. n. tempore bilioſa vincit,cum rigore inuadit;cum ſudore & vomitu deſinit; at præpollente pituitoſa quotidie frigus, cæteráque quotidianæ propria ſeſe oſtentant.

Secundæ compoſitionis vna ſpecies eſt duarũ quotidianarum valde raro (ob tardiorem pituitæ motum)ex duab.ſimilibus eodem die acceſſionib. ſubintrantib.cum ſimilib. ſymptomatis quotidia-

næ ſimplicis ante expoſitis. Altera eſt duarum tertianarum frequentiſſima, ob celeriorem motum; cuius acceſſiones, ſunt quotidianæ, ſed diſſimiles inter ſe & tempore inuaſionis, & ſæuiendi modo: ſic.n. imparibus diebus ferè grauiores, paribus mitiores: neque ob impares acceſſiones variiſque horis incipientes & deſinentes diuerſarum ſpecierum intermittentes habendæ ſunt; quin potius ea imparitas acceſſionum temporis & naturæ non à ſpecie diuerſa putreſcentium humorum, ſed à motu vnius & eiuſdem vario, quantitate & qualitate diuerſa, varióque inde facultatis expultricis irritamento exoritur: nam neque humores cuiuſquam certus typus & circuitus ratus, conſtánſque ex propria eiuſdem ſpecie ſtatui poteſt, tametſi aliter Ioberto noſtro viſum ſit. Cõſtat eodem calore acri, eadem materia biliosa, ijſdẽ ſymptomatis, exitu magis periculoſo, quàm ſimplex: ob copiã maiorẽ materiæ putreſcentis & acceſſionum frequentiam, indéque tardius ſalutis tempus & mortis breuius.

Tertius eiuſdem compoſitionis modus eſt quartanarum duarum: duobus continuis diebus repetentium, vno intermittentium, vel trium quartanarum quotidie accedentium: differt hæc ſpecies ab alijs motu, more, magnitudine cauſiſque & ſymptomatis.

De

De curatione cõpoſitarum febrium.

CAP. XXXIIII.

CVRATIO compoſitarum febriũ eiuſdem ſpeciei, vt tertianæ duplicis & quartanæ duplicis, vel triplicis, æquè facilis & eadem eſt ac ſimplicium, mitior tamen ſit ex clementioribus omnibus remediis, ne in continuam peſtiferam commutatio fiat.

Diuerſarum ſpecierum compoſitæ febres: ſicuti, & diuerſorum generum ægriùs ſeriuſque curantur, quòd varijs humorib. varia ſede ſparſis & putrentibus conſtent, contrario remediorum genere alterantium, vacuantiúmque expugnandis, quæ ſe ſe inuicem, præſertim alterantia, remorentur & debilitent, neque.n. vt in ſcirrho, viciſſim illa & ſigillatim, ſed ſimul mixta vſurpentur: natura quoque diuerſis humoribus tanquam hoſtibus diſtracta debilius ſingulos oppugnat, fluentem. n. calorem ſolet in coquendam materiam tanquam in cibum poſt paſtum magis cogere, indicio, ſunt ſuppurationum crebri horrores. Eadem eſt ac febrium noth[arum] ante expoſita curatio, quæ tamen prætere[a] [e]o hæmitritæi exemplo plenius deinceps illuſtranda eſt: ex quo reliquarum eiuſdem compoſitionis vel diuerſæ etiam methodus curatiua inſtituatur.

Curatio hemitritæi exquiſiti.

VIctus ſit euchymus, calore & frigore temperatus, attenuans, tergénſque minus in principio, magis in augmento ſtatúque, maximè in declinatione; qualis eſt cremor ptiſanæ cum piperis vel zinziberis, vel cinamomi momento, iuſculum caponum incoctis acrium herbarum folijs, hyſſopi, menthæ, meliſſæ, Selini hortenſis, fœniculi, chærropholij, borraginis, bugloſſi, endiuiæ alteratum, panis quoque ex eodem iuſculo maceratus; auicularum montanarum & campeſtrium aſſatarum carnes: fructus aridi, vt paſſulæ exacinatæ, nuclei pinei, cappares, oliuæ, caricæ, ſemina coriandri præparati, aniſi & fœniculi, ſaccharo conditi in vltima menſa. Potus ſit vel aqua mulſa, cũ pauco pipere, vel oxymeli, vel hydroſacchar, cum pauco cinamomo; ſed poſt ſigna coctionis in declinatione potetur vinum album vel rubellum, tenue, vetus, odoratum, modicè dilutum. Quantitate victus ſit medius non augens quidem, aut attenuans, ſed conſeruans: eiuſmodi toleratur à febris huius diuturnitate; etiam ſi acuta ſit ob magnitudinem ſymptomatum, & tertiani circuitus extenſionem; non. n. etiam ſi ferè continua ſit, parciùs alendus eſt æger; ſed lautius pleniuſque, die pari & hora tranquilliori, conſuetaque, impari die frugalius & horis. ante acceſſionem, aut poſt eandem duabus. niſi virium infirmitas media etiam acceſſione victum intempeſtiuum præcipiat.

piat.Reliquarum cauſarum externarum eadem facultas præcipiatur, calfaciendi modicè, ſiccandique; vt aëris moderati motuum corporis & quietis, ſomni & vigiliarum mediocritas, animíque tranquillitas.

Reliqua duo ſunt remediorum genera chirurgicorum & pharmaceuticorum; ex illis princeps eſt phlebotomia, aliàs in his compoſitis, vt in omnibus putridis, neceſſaria, à ſede pituitoſæ materiæ intra venas maiores putreſcentis magis indicata, quàm à febris magnitudine; ideóque parcior eſſe debet, tum ne increſcat materiæ illius cruditas: tum ne vires ab eadem febre afflictæ, cerebro, ventriculo, neruiſque infenſa, nimis debilitentur. Sit igitur quantitas vnciarum trium vel quatuor; aliàs omnino omittenda eſt; vt cum febris hæc alijs ſuccedit; vt tabidorum, aut ægri natura, ætate, vel morbo, vel conſuetudine victus, infirmior eſt. Phlebotomiæ lenens, tergénſque clyſter phlegmagogus præferatur, quæ facultas pro temporum viciſſitudine augeatur.

℞. folio. ciclæ mercurial. parieta. maluæ, abſynth. an. M. j. caricar. par. iiij. hordei integ. furfur. macri, flor. chamæm. melilo. & roſar. an. p. j. ſem. aniſi. ℥. ß. prunor dulc. par vj coquantur, & in colaturæ. ℔. j. ß. diſſolue electar. diacathl. ʒ. j. vel hier. picr. tantumdem, mell. roſ. colati. ℥. ij. electar. diaphæn. ʒ. vj. olei roſ. ℥. iij. fiat clyſter.

Die ſequenti mir[illegible]atiuum medicamentum detur.

℞. electa. diacathol. ʒ. vj. diaphenic. ℥. ß. miſce, fiat bolus cum ſaccharo, vel,

℞. folio. endiu. M. j. flor. violæ & hord.integ. an. p.ß. ſennæ mundatæ ℥.ß. ſem. aniſi ʒ. j. paſſular. purgatar. par.iiij. agar. trochiſc. ʒ. j. in colatura infunde rhabarb. op. ʒ. j. ß. nar. ℈.ß. in expreſſione diſſolue ſyrupi roſ.laxat.℥.j.fiat potio,detur mane.

Poſt tertiam acceſſionem & hanc minoratiuam potionem, phlebotomia celebretur. Deinceps coquentium remediorum &purgantium vſus oportunus ſit,illorũ autem ſiue apozematum etiã, ſiue electariorum genus indicatur à primis qualitatibus humorum variorum frigidis calidiſque, temperatum calore & frigore : à ſecundis,attenuans & tergens; initio quidem minus,augmento ſtatuque magis:in declinatione maximè, tum enim aperientia diuretica & hydrotica vſurpanda ſunt, ſicuti appoſitis exemplis demonſtratum eſt antea in tertiana notha.

Hemi

Hemitritæi non exquiſiti curatio.

CAP. XXXV.

IN hac febre curanda ſemper ab hæmitritæi ſpecie primarum qualitatum facultas variet: nempe ſi biliosa in ea vincat materia, frigidior erit tum victus, tum remediorum facultas: pituitoſa dominante contrà. Eſt. a. in ſemitertiana fere obſeruandum: vt maior pituitæ, quàm bilis ratio habeatur, ſic poſt manifeſtæ coctionis ſigna, id eſt, in augmento, purgatio leuior: vbi manifeſtiſſimè eadem apparent, id eſt, in ſtatu, validior: in declinatione validiſſima (ſi vires conſentiant) eáque phlegmagoga: primis enim temporibus bilioſa vt citius coquitur: ita purganda magis eſt (non ſolùm quia moleſtior) in declinatione quoque hydrotica & diuretica remedia decernenda ſunt: ſi tamen ad vomitionem naturæ humoríſque procliuitas ſentiatur (vt ex cardialgia) eandem niſi ſponte accidat, premiſſo clyſtere prædicto (ne ab inteſtinis materia in ventriculum protrahatur) inuitare licet, à paſtu, aquæ tepidæ, aut hydrelæi largiore potione, faucium quoque titillatione, inſertis in eas altius digitis, aut pennis oleo illitis, præcordijs etiam & ventriculo oleo tepido ante remollitis) vt communi, vel liliaceo, deinde poſt vomitum roborandus ventriculus eſt litu alicuius olei adſtringentis, vt lenticini, melini, maſtichi-

R 5

ni & potione decoctionis foliorum abſynthij cum ſaccharo & cinamomo: aut tabella vna electarij diarrhodonis abbatis.

Quòd ſi nauſea ex redundante pituita vrgeat: tum vomitus acrioribus protitandus eſt, pituitæ lentorem tergentibus & craſſitiem attenuantibus: tale eſt decoctum foliorum hyſſopi, origani, calamenti: in cuius lib. 1. oxymelitis ſimplicis vel ſcyllitici. ℥. ij. ſoluantur, ventriculo, externo litu (vt antè) prius laxato: moxque à vomitu adſtringentibus oleis, vt ante dictum eſt, roborato.

Quòd ſi qua inter curandum grauiora emerſerint ſymptomata, ea demum (methodo ante à nobis expoſita) leniantur. Interea dum internis remedijs coquitur materia: externis quoque coqui poterit: vt hypochondriorum fotu, litúque antè in notha expoſitis.

De

De extraordinaria curatione particulari vniuscuiuſque ſcilicet ſymptomatis & primum vigiliæ.

CAP. XXXVI.

AD huc febrium putridarum therapeia particularis & ordinaria ex poſita eſt. Iam ſymptomatum extraordinaria curatio lenitioque particulatim quoque ex ponenda eſt.

Vt igitur à vigilia auſpicemur : hæc fit vel ab immodica cerebri ſiccitate vapores abſumente, viaſque mouendi ſpiritus animalis ad pulſanda ſenſuum inſtrumenta expediente : vel à caliditate eundem ſpiritum attenuante & commouente.

Fit tamen etiam per ſympatheiam à quolibet inſigni vellicandorum ſenſuum obiecto. Porro hæc calefactio ſiccatioque cerebri accidit ſæpius ex ſubiectarum partium feruidis expirationibus, per febres:ideóque vigiliæ compeſcendę ſunt. Primùm reuulſionibus vaporum & repreſſionibus à cerebro per topica; deinde internis prohibétib vaporum aſcenſũ,eoſdẽ incraſſando,viaſq; obſtruendo.Itaque reuel-

reuellantur vapores primùm clyſteribus frigidis humidiſque : tùm frictionibus per manus à capite deorſum & leuiter ductas : tum deligationibus extremorum vt digitorum in pedibus & manibus,& articulorum earumdem partium , per interuallum quatuor digitorum: (ſiquidem arthritici non ſunt, & cucurbitulis affigendis ceruici, interſcapulio, & metaphreno reuellentibus præmiſſis, mox repellentia ſuccedant:quæ foris refrigerẽt & humectent cerebrum , vaporeſque regerant in aduerſam regionem. Itaque ſub hora ſomni (imperatis tenebris & ſilentio)frons oxyrrhodino & tempora oblinantur:ex olei roſacei.℥ iiij.albumine oui vnius,& aceti roſacei ʒ. ſ. multo verberatu inter ſe mixtis: fortius fiet addita aquæ roſaceæ ℥j vel vnguẽti populei ʒ.ſ. vel opij gr.vj. vel caphuræ ℈.j.Simile eſt vnguentum populeum iiſdem partibus,fronti ſcilicet & temporibus, inducendum : ſed enim liquidorum topicorum capitis vſus ſæpe pueris,mulieribus,& naturis virorum mollioribus noxius eſt:illato ſtupore, aut ſuffocatione , aut memoria in totam vitam læſa.Illis ſicca ſunt tutiora,vt frontalia, quale eſt hoc.

Recipe ſeminis cucurbitæ & lactuc.an. ʒ. ij. ſeminis papau. albi,hyoſchia.albi & mandrago an.ʒ. j.florum nenupha. & anethi an.p. j. fiat puluis,applicetur in linteolo duplici(vt dicunt interbaſtato) vel interſuto : & perfumato vapore aquæ roſaceæ, vel

Recipe cort. rad. mandrag. ʒ. ij. ſeminis papaueris albi & coriandri non præparati an. ʒ.j.florũ nenuph.&anethiã.p.1.fiat puluis, vtatur pariter.

In

In his topicis obſeruandum eſt, tum ne vera ſint repellentia, (ne cohibeatur intus vapor, poris clauſis) ne frigida actu admoueantur. (comatis aut catharri metu) ne diutius parti hæreant, (ne calfacta partem recalfaciant) ſed ſæpius mutentur. Simili facultate eſt odoramentum vel aquæ ſimplicis tepidæ; vel roſaceæ cotone vel ſpongia exceptæ, & naribus obiectæ, admixta etiam pauca caphura, vel aceto; vel decocti ſeminum frigidor. lactu. pſyllij, papauer. albi an. ℨ. ij. vel eiuſdem materiæ contuſæ incluſæque in nodulo & naribus admotæ, ex aqua calente ſimplici, vel roſaceæ: vel olerum frigidorum, vt nenuphar. papau. mandrag. quibus etiam nares aureſque inungentur aut, opio etiam ijſdem diſſoluto. Ablutiones denique pedum & manuum ex eodem refrigerante decocto tepide profuturæ ſunt. Interna denique frigida humidaque ſunt: vt ſyrupus violatus nenupharinus, papauerinus ad ℥. ij. In ℥. iiij. ſimilium aquarum, vt roſarum, nenuphar. lactuc. propinatus: addendo pulueris electarij diamargar. frigid. ℈. j. Narcotica etiam ſunt, quæ præterea ſenſum adimunt, qualia ſunt theriaca recens, requies Nicolai in febribus, philonium romanum in colico dolore. Per accidens etiam & per ſe animalcula diuiſa per mediam ſpinam & maiorum animalium viſcera calentia capiti raſo appoſita, ſomnum conciliant humectando & refrigerando, fuligine etiam vaporeque diſcuſſo, per laxatas à tepido ſuo calore vias.

De

De ſomno.

SOmnus longior & profundior, vt cum ægri ſtimulati non ſentiunt: aut vocati non reſpondent, vocatur. veternus, ſopor, græcis κάρος aut κῶμα: Arabib. ſubeth: fit autem tum à multo humore pituitoſo à febre liquato, & in cerebri ſubſtantiam, ventriculos & vias ad organa ſenſuũ effuſo: ideoque per idiopatheiam: aliàs fit à vapore multo craſſoque ſubiectorum viſcerum & humorum: vt in acceſſionibus intermittentium.

Somni illius noxa eſt magna: vt non minus ſint periculoſæ febres ſoporoſæ quàm peruigiles, acceſſiones enim protrahit, delirationem, conuulſionem, & aliquando apoplexiam accerſit: conuerſo intro humore noxio cum calore, ibique æſtuante & in cerebrum euaporante. Curatur, tùm reuellentibus vapores humoreſque à cerebro & inſtrumentis ſenſuum: tùm exſiccantibus caput: tum denique quibuſcunque dolorem inferentibus tactui, & reliquos ſenſus vellicantibus. Reuulſiones conſtant à principio clyſteribus & glandulis acrioribus per febres continuas purgatione cacochymiæ peccantis: & frictionibus, & deligationibus extremorum, atrocibus vellicationibus, pilorum pudendi & temporum vulſionibus, luce, clamoribus, tumultu, &c. Quæ omnia partim materiam reuellunt: partim excitant ægri ſenſus: ſicuti & cucurbitulæ ſiccæ ſcapulis infixæ, & metaphreno eodem tempore topica repellentia fronti & temporibus ſunt

ſunt imponenda, vt oxyrrhodinum ex oleo roſ. & chamæmelino (ne nimis refrigeret) quod pluſculum aceti excipiat: exſiccandi cauſſa & penetrandi, vt,

℞. ol. roſac. & chamæmel. an. ℥. ii. aceti roſac. ℥. ß. albumen oui vnius, miſceantur multo verberatu, applicetur ſæpe & tepidè, ne nimis refrigeret.

Poſt reuulſiones exſiccandum eſt cerebrum topicis, per os, per nares, per ſuturas, excipiendis: quæ vel manifeſtè, vel obſcurè materiā ab organis ſenſuum & ventriculis cerebri deriuent: aut ibidem abſorbeant & deſiccent.

Per os ſumuntur maſticatoria & gargariſmi, & acria quælibet obducuntur, palato. Maſticatoria conſtant radicibus piretri dentibus attrita, in aceto prius infuſi: (ne nimis vrat) Gargariſmi conſtant decocto plantarum calidarum: vt origani, calamenti & ſimilium diſſoluto etiam oximelite ſcyllitico quod calide & crebro verſetur in ore.

Sed hæc duo remedia vix conducunt ſopitis. Illitiones palati, ore inſtrumentis cheirurgicis aperto (ſpecula oris vocant) ſunt faciliores: vt ex hiera, diaphœnicone, benedicta laxatiua, aut ex ſinapi trito, mixtoque melli: vel ex theriaca & mithridatio veteri & ſimilibus acrioribus medicamentis attenuantibus pituitam, & in os calore ſuo eximio deducentibus.

Errhina quoque ſunt liquida ſolidaque, illa quidem ex ſuccis acribus, (plantarum prono capite, ex vola manus, (ore aqua pleno) in nares hauſtis,

℞. rad.

Recipe rad. irid. horten. vel cyclamini ℥ʲ.j. fol. viridium. (ſint omnia acria & tergentia) betę mercur. chelydonij maior. anemones, ſampſuchi, hyſſopj, ſaluiæ, hederæ M. ij vel iij. Contundantur omnia in vinj albi & aqu. betonicæ ℥. iij. deinde exprimantur: & expreſſus liquor ſeruetur ad vſũ, matutinis horis vel veſpertinis, ante paſtus: myrrha addita vim auget: ſuccus cucumer. aggreſt. validiſſimus eſt ſed moleſtiſſimus. Solida, (ſternutatoria vocant) conſtant pulueribus acribus vt radice, pyrethrj helénij & veratrj nigri (album enim eſt conuulſorium) ex ſemine ſtaphydis, zinzibere, & caryophillis (euphorbium nimis moleſtum & vrens eſt.) Inſuffletur puluis, cum penna in nares. At obſcure vacuant & exſiccant per nares ſuffitus, vt ex caſtorei lapidis gagatis, aſſæ fœtidæ capill. ven. an. ℈. j. exceptis pice liquida vt etiam ex hoc decocto ſeq. calidè per ſpongiam naribus admoto.

Recipe rad. helenij. ℥. j. fol. pulegij thymj ſatureiæ hyſſ. bacc. iunip & lauri contuſarum an. p. 1. ſeminum fœnic. & ruthæ an. ʒ. ij. Coquantur in aceto acerrimo vel puluis eorumdem ſeminum & caſtorej ac bacch. iuniperi includatur nodulo, qui ex aceto forti calente admoueatur naribus. Acetum denique acerrimum in laminam ferri candentem infuſum, olfacto vapore, potentiſſimè ſiccat. Denique inunctio narium auriumque prodeſt.

℞. ol. rutacei ʒ. ß. caſtor. ʒ ij aceti ſcyllit. ʒ. j. fiat inſtar vnguent: vnde litus marinum, & fibrarum aurium.

Simi

Similis ſit litus ex mitridatio veteri, aut theriaca.

Per ſuturas denique vacuant inſenſiliter raſio, fotus, embroche, dropax, ſinapiſmus phœnigmus.

Fotus conſtet decocto cephalico.j. calid. & ſiccarum plantarum in aquis part. aquæ & vini albi, per ſplenia & ſpongias ſyncipiti inducendo. Cephalica ſunt, vt radix pœnicæ, cyperi, Galangæ, iris, folia ſerpilli, ſalu. maior, baccarum lauri, & iuniperi, flores ſtœchados vtriuſque centaurij minoris, calamis aromat. ſpic. nardi.

Poſt fotum embrocationes fiant ex oleo rutaceo, irino, de ſtœchade, de lateribus, de baccis lauri, de coſto, de caſtoreo.

Dropax cōſtat pice arida oleo liquata & appoſita parti præraſis pilis, (ne dolor ſit immodicus in non ſopitis) & continuò bis terue, reuulſa antequam omnino refrigeſcat.

Synapiſmus conſtat, macerato per totam noctem in aceto forti ſynapi: deinde trito cum aqua infuſionis ficuum: poſtremo mixto cum æquali portione ficuum infuſarum (vti dictum eſt) ſicque redigitur in formam cataplaſmatis: Quod ſinendum eſt in parte donec ea erubeſcat, & intumeſcat. Atque cum dolor partis ſedandus eſt, litu olei roſacei cum pauco lacte muliebri oblinatur. Plhœnigmus denique omnium vehementiſſimus non ſolùm rubrificat partem & tumefacit: ſed in veſicas quoque attollit, & exulcerat: ſiquidem parti diutius inſideat, ideóque vſurpatur ad intéperies partiū multo humore frigido humidoque effœminatarum: quem, cucurbitulæ inſtar, ex altis parti-

S

bus in ſuperficiem euocant. Talia ſunt ſtercora caprarum & columbarum, radices thapſiæ, ſcyllæ, helenij, ſeminis ſinapi, herba batrachij & iberidis & cantharides omnium potentiſſimæ: profuerit denique lamina ferri igne candentis appoſita cum minimo interuallo ſyncipiti raſo.

De deliratione.

DEliratio *Deprauatio eſt principum mentis functionũ vnius, vel duarũ vel omnium: à calida ſiccáq; intẽperie cerebri & ſpirituũ animaliũ.* Cauſſa eſt ſympathea humorum & viſcerum expiratio feruida: & aliquando ſanguinis tenuioris raptus & bilis flauæ. Vnde vera phrenitis commouetur. Aliquando critica eſt: ſignumque criſeos inſtantis aliàs: critica non eſt: vt in augmento & j. ſtatus parte: eiuſque impendentis ſigna ſunt. Immoderata loquacitas, ridicula geſticulatio, & impudens aſpectus, temeraria locutio reſponſioque. Curatur ſimili vigiliarum expoſita methodo: ſcilicet per omnes reuulſionum differentias, purgationes etiam, & phlebotomiæ (conſentientibus numeris) & per repellentium topicorum ſpecies omnes: & potionum etiam aut refrigerantium tantùm, aut etiam narcoticarum.

De

De cephalalgia.

CEphalalgia *Symptoma, eſt capitis & præſertim meningum, vel ab intemperie ſola: vel à ſolutione etiam continuitatis iuncta.* Illa à vaporibus, tum ſanguinis, tum viſcerum: hæc à ſanguinis feruidi copia, calore ſurſum rapti: vtraque igitur è ſympathia eſt vt criticum ſignum impendentis hæmorragiæ ſinendum eſt, aliàs curandum: vt in principio augmento, & i. ſtatus parte: ne peruigilium conuulſionem & delirationem inducat. Exercet autem potiſſimum frõtem & ſyncipur, in quod vapores exhalare conſueuerunt: vnde per ſuturas raras & cranium ea parte tenuiſſimum maximéque fiſtuloſum erumpere poſſunt: vel quia ibidem vaſorum per ſuturas cum membrana erumpentium copia eſt: vel denique quia maiores iugulares venæ ibidem alueolum multi ſanguinis capacem conficiunt. At dolor poſt tempora & in occipitio, eſt ſoboles humoris pituitoſi à febrili calore commoti. Lenitur autem primum victu frigido humidoque: & motum humorum comprimente. deinde reuulſionibus: vt per clyſteres frigidos humidos & acriuſculos per phlebotomiam & purgationem, ſi omiſſæ fuerint: per frictiones & deligationes extremorum: per cucurbitulas ſcapularum, aliàs ſiccas (ſi à ſolo vapore dolor ſit) aliàs humidas (ſi à ſanguine rep. ente. tum deriuationibus, & reppellentibus externis & internis de quibus

in vigilia, & refrigerationibus plantarum & palmarum: poſtremo in declinatione doloris per anodyna.

De conuulſionene.

CONuulſio denique (quæ febri ſuperuenit) ex ſiccitate immodica, eſt incurabilis, leuior & incipiens curari poteſt: morſque declinari, nedum differri. Incipientis ſignum eſt, ſaltus, non neruorum tantùm, ſed articulorum etiam à tremore diuerſus. Prohibetur non ſolùm reuulſionibus, per frictiones & deriuationes: ſed & per clyſteres frigidos humidoſque, multo oleo violato, medulla caſſiæ, aut butyro recenti, liquato, mixtos: vel ex iuſculo præpingui, plantis frigidis alterato. Topica imponenda ſunt toti ſpinæ; & articulis, ac occipiti præſertim inſtillanda, qualia confingi poſſunt, ex oleis liliorum, violarum, lumbricorum, lini, vulpis & catellorum. Balneum quidem: vel ex aqua ſimplici: vel ex lacte, multum proſit antè topica: ſed vel ob febrem vel ob ægri debilitatem, reſpuendum eſt: fotus quoque & embrocationes ceruicis & occipitis valde conducunt: vt ex hydrælæo: vel ex decoctis idoneis: vt herbar. quatuor remoll. rad. altheæ & liliorum; ſeminum lini, & fœnugræci & floru chamæmeli, & meliloti, ac ſambuci, vel ex iure inteſtinorum veruecis vel expoſitis catellis (vt antè dictum eſt) per mediã ſpinam diſſectis: truncatis prius artubus.

De hæ

De hæmorragia.

HÆmorrhagia,fluxũ,ſang.ſignificat generatim ex omni parte,vt naribus,vtero, ano, ore, per vomitionẽ, aut tuſſim,& rarius ex trunco corporis:priuatim, ex naribus.Omnis autem vel periodica,vel critica , vel ſymptomatica eſt. Vtraq; illa à medico omittenda eſt;niſi fortè immoderata ſit. Pauca enim incitanda , copioſa comprimenda eſt. Symptomatica in febribus acutis frequens per anaſtomoſin : vel ſanguine fuſo liquatoque à febre, & vaporoſo; vel eodem acriori mixta bile ſerove bilioſo. Curatur ſicuti & copioſior alia quælibet)victu tenui frigido,& pauco,aëre frigidiori & quite animi,& coporis ſilentio.tenebris,ſomno ẽtia,& tranquillitate mentis. Inhibetur præterea tribus remediorum generibus;Chyrurgicis &Pharmacheuticis:ſcilicet reuellentium,intercipientium & repellẽtium.Reuellentia fiant ad partem contrariam ei per quam foras ſanguis erumpit, vt in hæmorrhagia narium:per clyſteres glãdeſque acriuſculas , deligationes , & frictiones dolorificas extremorũ , vt digitorum in pedibus & manibus: & articulorũ(modo non ſint arthritici)ex interuallo trim digitorũ,teſticulorum auricularũ,per immerſiones manuũ plerũque in aquam vel frigidiorẽ, vel calidiorem. Illa enim refrigerando,totum corpus & ſanguinem motum eius cohibet,hæc attrahendo inhibet : per cucurbitulas affigendas. Primum hypochondrio nari fluenti directo : deinde ſcapulis , & ceruici etiam cum ſcarificatione(detiuationis cauſſa. Per phlebotomiam venæ ce-

phalicæ, vel in altero, vel in vtroque cubito (ſi na ris vtraque fluat) & modica portione, ſed ſæpe re petita, & foramine anguſto. Denique per ſanguiſugas admouendas ſedi (maxime quibus hæmorroides conſuetæ ſunt, reuulſionis cauſſa) & ponè aures, loco phebotomiæ & ſcarificationis: (ſi vires ſint debiliores) intercipientia collo fronti & temporibus obducuntur frigida ſiccaque, actu & poteſtate, ſubſtantia aſtringenti & emplaſtica, de quibus antea in vigilijs curandis.

Exemplum ſit.

Recipe aquarum plantag. ſolan. & peculij roſarum. an. quart. j. aceti roſacei. ℥. ij. caphuræ. ʒ. ij. miſce & linteola inde madefacta collo obuoluãtur frigidè, vel ex oxycrato applicentur.

Fortius eſt ex ſuccis herbarum aſtringentium, loco aquarum, vt plantaginis, ſolani, vmbilici veneris, ſemperuiui; mixto quoque aceto & caphura vt ante. Eadem profutura ſunt, ſi teſticulis, mamiſque, & hepati, aut etiam toti ſpinæ admoueantur, refrigerandi ſanguinis, & totius corporis cauſſa: fronti & temporibus repellentia quoque admota conueniunt, & intercipientia, ſed non niſi poſt reuellentium vſum: ne conuulſio aut phrenitis (ſanguine in cerebro ſuppreſſo) ſequatur, vel eodem per iugulares internas externaſque decumbente, angina aut peripneumonia, aut phlegmone aliqua extera fiat, quàm gãgræna proxime ſequuta eſt hoc anno 160[illegible] in Roſelio conſiliario, valde quidem obæſo & ætatis annorum 32. poſt ingentem partis ſiniſtræ capitis cruciatum, in cuius brachium ſiniſtrum ſanguis affatim reuolutus

eſt,

eſt, alliciente vlcere per cauſticum antè ſex annos inflictum. Spacelus tamen noſtro & chirurgorum eximiorum Cabrolij Lautheri Balthaſaris Nizolij opera & conſilio prohibitus eſt: obijt tamen Roſelius febre lypyria è ventriculi inflammatione, poſt cadaueris anatomen è liuore & excoriationis aliquot veſtigijs deprehenſa.

℞. thuris & corticis eiuſdē an. ℨ ij. boli armenæ, ſanguinis draconis, acaciæ & hypochyſtid. an. ℨ. j. album oui vnius aceti roſacei. ℨ. ij. olei violarum ℥. j. miſce & applicetur frōti, & naribus: odor aceti acerrimi calentis ex ſpongia obiectus ab initio; tandem verò linamenta in nares inſerenda imbutaque ſuccis plantaginis, rubi, ſolani, ſanguinalis, vel ſimili vnguento obducta.

℞. Thuris ℨ. ij. aloes. ℨ. j. albumen oui vnius, miſce cum pilis leporinis, & fiant peniculi in nares intromittendi.

Vulgus lapides quoſdam de collo ſuſpendit: vt coralium Iaſpidem hæmatitem, quos tamen foris prodeſſe tantùm putem refrigerationis cauſſa, idcirco mulierculæ gladium vel laminam ferri frigidiorem collo & ſpinæ inſternunt.

Internæ denique potiones frigidæ ſiccæque aſtringentes & emplaſticæ multum iuuant, ſanguinis motum compeſcendo, ſubſtantiam incraſſando: oraque vaſorum committendo, ſicuti oxycrati, aut ſucci plantaginis ad ℥. iiij. vel v. vel vj. & iulepi ex aquis plantag. ſolan. peculi roſarum & ſyrupis de granatis acidis de roſis ſicci s, de papaue re, cum puluere lapidum prædictorū, boli armenę. terrę ſigillatę, mumiæ, teſtarum oui calcinatarum,

& harũ etiam cum albumine. Quod ſi hæmorrhagia hæc ex vtero aut ano prorumpat vberior: reuulſiones omnes ad partes ſuperiores celebrentur; vt ad brachia per phlebotomiam: per deligationẽ, frictionem, manuumque immerſionem prędictam, & ad thoracem per cucurbitulas ſub mammis appoſitas. Interceptiones fiant, appoſitis toti ſpinę linimentis frigidis & epithematis. Repulſiones denique inductis regioni matricis vnguento comitiſſæ: aut emplaſtro contra rupturam: & infundendo intro ſuccos prædictos: aut peſſaria confecta ex cotone in eodem ſucco merſo, & linteolis inuoluto. Sic ſedi eadem vnguenta applicando: fotuſque frigidos aſtringentes & emplaſticos. Denique hæmorrhogia ſiue periodica, ſiue critica, ſi parcior tardiorque ſit, augeatur & incitetur impellendo ſanguinem ad viam affectatam, per deligationem, frictionem, cucurbitulas applicandas vicinæ regioni: per fotus lituſque calfacientes & laxantes venas partis eiuſdem. Sic fluxuris hæmorrhoidibus aut vtero, femora & tibiæ fricētur duriter & ligentur: lauentur calidè: inguinibus cucurbitulæ admoueantur: vterus foueatur decocto hyſtericarum plantarum: vel mergatur in inceſſum.

De ſiti.

Sitis alia naturalis eſt, vt ſanorum: Alia non naturalis, vt ægrorum: idque vel è conſenſu circumiectorum viſcerum: vt cerebri (pituita ſalſa deſcendente, vt ventriculi, vel ſalſis & acribus ædulijs expleti, vel tunicis eiuſdembilioſo ſalſove humore imbutis: aut hepatis calidioris: vt vinoſo-

rum

rum hominum: aliàs è ſympatheia totius corporis, vt per febres tum continuas, tum intermittentes in ſuis acceſſionibus: à quo putreſcentium humorum vapores ſuſcipit lingua acres & ſquallidos per rectitudinem œſophagi: vel per venas anguſtiſſimas ab hepate. Inde, ex linguæ colore conijcitur humorum & hepatis conſtitutio) vel per poros occultos: vel denique per cōtinuitatem tunicę eius quæ veſtit communiter ventriculum œſophagum, linguam, & palatum. Opportunum tempus potionis eſt per acceſſiones intermittentium, in fine ſtatus, & initio declinationis: vt reſtituta temperie, roborata viſcera validius excutiant putrefactos humores, vel ſudoribus, vel vrinis, vel diarrhea vel vomitione: alijs enim temporibus potione acriori calor intenditur, & prorogatur acceſſio, recrudeſcente materia. Per continuas potio quoque idonea magis eſt in remiſſione exacerbationum: ſed in fine ſtatus maximè idonea, quæ vberrima eſt. Fallenda eſt igitur refrigerantibus & humectantibus linguam & palatum: vt inſpiratione aëris frigidi, quiete corporis, ſilentio, & oris clauſione: vt fuligo per nares, non per os & linguā exhalet: vt ablutione oris frequenti ex aqua frigida (mixto etiā pauco aceto) vt impoſitione foliorum lactucæ, aceroſæ, portulacæ, ſuper linguam ex gelida: ſicuti & ramentorū cucurbitæ, cucumeris hortenſis, pomorū, pyrorūque humidiorū, ex roſacea. Deniq; crebra in ore verſatione nucleorū vel ceraſi, vel pruni vel cryſtalli etiam quæ & proximis glandulis motu calefactis humorem in linguā prolicit. Proſit etiā plurimū gutturis inunctio vel ex vnguē-

to populeo vel refrigerantis Galeni, cũ pauco aceto:vel fotus ex oleo roſaceo nenupharino, viola:cũ ſuccis frigidis foliorũ lactuæ, ſemperuiui : vt in ea mixtione madefacta linteola faucibus foris, impingantur.

Sitis autem opportuna læuatio conſtet aqua ptiſſanæ vel ſimplici(in qua nonnihil refrigerãtis ſyrupi diſſolutum fuerit: Sicut de limonibus de agreſta, acetoſo ſimplici)oxyſaccharo ſimplici.

Dulces autem vt adianthinus & violaceus facile bileſcunt in febribus continuis.

Aſperitas ab immodica ſiccitate & caliditate eſt & ſympathea totius corporis, vel viſcerũ calidos vapores putreſcentiũ ſuccorum ſurſum eructantiũ. Nocet loquutioni, tranſglutioni, & guſtatui. Lenienda eſt aquę tepidæ crebra ablutione, aut lactis, aut hydrælei : & linteolorum pariter madefactorũ impoſitione:efficacior erit gargariſmus ex lacte amygdalato:aut ex ptiſſana: aut ex aquis caprifolij, aut arnogloſſi cum oleo violaceo:aut ex decoctione radicum altheæ, ſeminum lini, maluæ, Cydoniorũ, pſylij, in aqua ſimplici:ex qua decoctione gargariſmus fiat:aut madefactio linguæ ex linteolis inculcatis in eadem. Iuuant quoque noduli prædictis ſeminib. repleti, & in aqua roſacea macerati, quorũ mucoſo humore lingua ſuffundatur. Humectant denique os totum ſaccatum cãdum ore retentum, & baculus glycyrizę ſępe in ore verſatus. Poſtremò vbi ſatis emollita lingua humectando fuerit : tum abſtergendus eſt alienus humor vapor-vè. Sapores ciborum peruertens, vel cochleari argenteo, vel ſpongiola: prædictis liquoribus humidioribus imbuta:

buta: vel linteolo aſpero vel panniculo cæruleo ad extremitatem baculi alligato. Depreſſa etiã lingua oreq́ue amplius patefacto) vel per ſpatulam vocatã vel per inſtrumentũ Chyrurgicum (ſpeculum oris) ſi ſcabricies profundior ſit: quæcũque ea ſit, vel nigricans vel flaueſcens) vel albicans. Denique poſt diligentẽ abſterſionẽ & emollitionẽ linguæ: eadem diligenter frigidiori aqua aut oxycrato, totũque os colluatur: quę collutio magis impingat ſordes adhærẽtes: ſi ante emollitionem & abſterſionem fiat.

De faſtidio cibi.

FAſtidium cibi febricitantibus obrepere ſolet, *ex calida ſiccáque orificij ventriculi, intemperie febrili,* quæ expugnanda eſt (ne vires hoc ſymptomate lethaliter conuellantur) refrigerantibus & aſtringentibus, qualia ſunt acida omnia tum alimenta tum medicamenta interna externaque. Illius generis ſunt acetaria è folijs lactucæ, oxalidis, portulacæ, (crudis quidem, firmiori ſtomacho: aut elixatis, eodem infirmiori) aceto condita & ſaccharo: non oleo (ne bileſcat) & ſubſtantiam ventriculi magis eneruet ſic & iuſcula carnium elixatarum: vel iura expreſſa earumdem carnium aſſatarum ſucco granatorum acidorum, limoniorũ, aut arãtiorũ, omphac. nõ ſalito perfuſa. Gelat. parata cũ ijſdem ſuccis, amigdalata, hordeata, & panis elotus cum condimento granat. acid. prædictorum. Potus ſit ex aqua frigida cum ſyr. de granat. acidis, oxyſaccharo, ſyr. ceraſorum, & alexandrino, paſta cydoniorum ſaccharo condita, acetoſitate mali citri condita: carne cucurbitæ & lactucæ: horæi quidem fructus, præſertim acidi conducunt, ſed putre-

putredinis noxa eſt, niſi leuiter bulliant: vt ceraſa, mala præcotia, pruna, pyra, pomaque. Foris vnguentum roſaceum, vel ceratum ſantal. cum pauco aceto regioni ſtomachi apponendum eſt. Eſt quoque gratificandum ægris faſtidientibus, cibum vtiliorem aliquo minus apto & vtili (dummodo gratus ſit) exhibendo.

Interim dum illis artibus reſtituitur appetentia: clyſteribus alimentarijs alendus eſt æger; expurgato prius ſtercore, per clyſterem mollem tergentemque bis repetitum.

Clyſter alimentarius conſtet hordeato, amigdalato, iuſculis carnium (conſumatis vocatis) in quibus omnibus vitelli ouorum cum ſaccharo diluantur.

De alijs ventriculis ſymptomatis.

VEntriculi ſymptomata, per febres, ſunt cardiogmos, vomitus, ſingultus: hæc, à bilioſo ferè humore acrique commouentur, ſtomachum mordente & pungente, &c. Itaque cardiogmos delinitur acrimoniam bilis temperantibus remedijs (expoſitis modò in faſtidio cibi febricitantium. Vomitus autem criticus ſi moderatus, ſinatur: ſin parcior, proritetur, titillatione faucium per digitos altius in fauces inſertos, aut calamum immiſſum: aut denique ſorbitione hydrelæi tepentis: aut ſi ægrior vomitio ſit, aquæ tepidæ admixto oxymelite ſimplici, vel etiam ſcyllitico: ſin vberior aut violentior ſit, aut etiam ſymptomaticus, tùm coërcendus eſt, primùm reuellentibus anteà expoſitis

vt

vt clyſteribus acriuſculis, deligationibus, & frictionibus paulò durioribus fœmorum, cucurbitulis ad vmbilicum &;fundum ventriculj affixis, deinde adſtringentibus intus & foris: illis quidem, vt ſyr. cydon. de granat. acid. de ceraſ. de limonibus ſumptis ex cochlearj. Item myua cydonior. ſiue robub. his, vt cataplaſmate ex cruſta panis toſta, vinóque merſa auſtero & maſtiches puluere aſperſa: & cerato ex carnis cydon. condita & maſtiche cum oleo abſynth. concorporatis.

De ſingultu.

Singultus autem à repletione, non grauante quidem, aut à multa materia: ſed ab acrj & pungente tunicas ventriculi aut orificium eiuſdem, in cuius ſubſtantiam altius ſit immerſa (non enim capacitate eius eſtimetur: à qua vomitio vel nauſea concitetur) aliàs, ab inanitione fit poſt effrænem purgationem à venenato medicamento, aut hæmorrhagiam profuſiorem. Oritur denique etiam à qualitate aut vapore maligno & peſtilenti per febres peſtilentes. Prima illa ſpecies à repletione acri & non proportionata, curatur & à natura & à medicamento. Ab illa quidem dupliciter: tùm repentè toties ſingultu quatiente tunicas ventriculj: dum humorem acrem inde euulſerit: tùm aucto calore quocunque modo circa præcordia: vt cohibitione ſpiritus (ex aqua frigida, crebra oris lotione, timore, dolore. Purgatio per hieram conueniat: vel in bolo, vel in potione, cum decocto abſtergente: vt cicerum rubeorum & florum violæ,

læ, niſi contraindicaret febris acrimonia per eam augenda. Proinde aptius eſt infuſum rhei, aut agar. trochiſcati an. ad ℨ. j. In liquore tenui & abſtergente: quale eſt oxymelj ſimplex. Quod ſi à qualitate peſtilenti vel vapore emerſerit, tùm cardiacis oppugnabitur ſumendis(de quib. paulò poſt in lypothymia & ſyncope),& admouendis.

De adſtrictione alui.

ADſtrictio & tarditas alui aliàs naturalis, aliàs morboſa eſt, illa ex intemperie ſicca, hebetique ſenſu inteſtinorum: vel ex ſympathæa viſcerum, vt hepatis calidioris & ſiccioris, aut matricis grauidæ.

Morboſa ferè ex ſympathæa eſt (niſi fortaſſe per tuberculum aut phlegmonem inteſtinorum vt in ileo) aut totius corporis, vt per febrem caliditate ſua & ſiccitate fæces exiccantem & tunicas inteſtinorum exaſperantem. Curationis idem ſcopus eſt & vnus, emollitio partim ex diæta: partim ex pharmacia. Illa quidem ex prunis damaſcenis elixatis & ſaccharatis eorumque iure: ex pomis pyriſque coctis cum ſaccharo: ex iuſculis carnium elixatarum cum blito, beta, ſummitatibus maluæ, & violæ, mercurialis, cum multo adipe, butyro recenti & oleo dulci. ſed hæc omnia prima menſa ſumenda.

Pharmacia conſtat clyſteribus ex decocto communi. In quo præter mel violatum & oleum viol. aut roſatum, diſſoluitur axungiæ recentis, gallinæ vel butyrj rec. ℥. j. medullę caſſ. quart. ſ. eiuſdem caſſ. ℥. j. bolj

℥. j. boli ſpecie cum ſaccharo, vel potionis cum ptiſſana profuerit: ſicuti & mannæ colatæ ℥.ij. vel iij. cum iuſculo.

De diarrhœa.

PRofluuium ventris, aut ſymptomaticum aut criticum. Id ſi moderatum eſt, ſinatur. Si immoderatum, & paucũ, ſuppleatur: tum clyſtere tergente, tum purgatione ex rhei & agarici trochiſcati infuſo: aut ex ſennæ thamarindorum & corticis myrabalanorũ citrinarũ decocto: ne quid reliquiarũ recidiuã pariat: ſin immoderatũ & redũdãs, cohibeatur, tũ reuellẽtib. vt vomitione, deligationibus brachiorũ, cucurbitulis ad hypochondria affigẽdis tũ deriuantib. vt per vrinas, per clyſteres tergentes, adſtringentes & refrigerantes: & per purgationem aſtrictioni cõiunctã: vt ex rhei infuſo expreſſoq; valide vel puluere eiuſdẽ. Symptomaticũ deniq; fere eſt lientericũ: vẽtriculo à multis pituitoſis vel acrib. &blioſis humorib. ita moleſtè ſollicitato, vt nihil neq, cibi neq; potionis cõtineat. Porro humores illi, aut ante febrẽ in vẽtriculo cumulati: aut per febrẽ aliunde ſuſcepti ſunt: vt ex cerebro liquata calore febrili, pituita: vel ex hepate vicino refuſa bile. Curabitur vomitione quę vacuet humorem eum & ab inteſtinis reuellat: vel (ſi odioſa ſit vomitio) purgatione ante dicta, ſed ſine adſtrictione: quin etiã capiti præraſis capillis imponetur emplaſtrum attrahens (auertendi catarrhi cauſa) ardorque hepatis mitigabitur (ne bilis vſto ſanguine creſcat) vnctione vnguenti Galeni refrigerantis, aut cerati ſantalini, & vnguenti roſacej loti cũ aqua nenupharis, & appoſiti cũ pauco aceto albo (penetrationis cauſa.)

De

De lipothymia cardiaca.

LIpothymia vel lipopſychia, ita dicta quod in inſtrumento vitæ, id eſt ſpiritu conſiſtat vitalj. Magnitudine cauſarum differt à ſyncope: Ideóque cum in vtraque ſit præceps virium lapſus, ſitque motus & ſenſus & pulſus intermiſſio: lipothymia cum ſolo frigore totius corporis eſt; ſyncope cum frigore, cũ ſudore craſſo, ex humorum ſecundariorum propriæq; partuum ſubſtãtiæ vacuatione præ retenticis facultatis debilitate. Sunt enim vires duplices: aliæ fluentes: quę conſtant ſpiritu vitali & calore eidem iuncto, cuius per lipothymam) iactura eſt. Alię inſitæ: quæ conſtant humore primigenio cum calore infixo: huius in vera ſyncope ruina eſt: ideoque morti finitima eſt: tria ſunt vtriuſque cauſarũ genera, inanitio, alteratio & interceptio ſpirituoſæ ſubſtãtiæ cordis. Inanitio rurſus, alias obſcura eſt) & inſenſilis: vt quæ ab æſtu cæli eſt, ignis, balnei ſtupharum, vt ab inædia, à motu vehementi aut diuturno nimis corporis, à dolore vehementi cuiuſlibet partis, præſertim orificij ventriculi: vt denique ab animi perturbatione vehementi, vt ira, gaudio, riſu. Alias inanitio eſt manifeſta: vt per purgationẽ, immodicã phebothomiam diarrhæam, hemorrhagiam, ex quacumque parte: ſudores, eductionẽ puris empyicorum & aquarũ in hydropicis: denique per ruptionem abſceſſus alicuius interni, vt in viſcere præſertim arterioſo Alteratio & intẽperies propria calidior frigidiorque cordis & ſimplex, ſpiritus corrumpit neque gignit, tum quæ e ſympathia eſt ventriculi frigidi aut vteri &c. Alias

Aliàs humoralis ea intemperies eſt.

Tertium cauſarum genus interceptio eſt motus ſpiritus vitalis: Cuius cauſa proxima vehemens eſt perturbatio animi: vt in timore, mœrore, aliàs morboſa eſt cauſa: eaque proxima vt ſeri copia in pericardio: ſiue cor frigidius ſit per ſe, ſiue ex conſenſu: vt viſcerum frigidiorum, in fœdis virginum coloribus. Aliàs vapor eſt multus craſſuſque ſublatus in cor: vt per initia acceſſionum febriliũ: vt etiam in ictericis, hepaticis ſpleniticis ab vtero ſuffocatis, aut pulmonibus obſtructis, catarrho: vt in aſtmaticis: ſic in ſtrangulatis: aut denique à copia ſanguinis, craſſioris in veną caua: aut aliquo cordis tuberculo & inflammatione. Inanitio igitur quæcunque ſit ſupprimenda eſt, & præterea reficiendi confeſtim ſpiritus alimétorum tenuium & ἐυχυμῶν exhibitione: vt ſunt iuſcula, conſummata dicta, caponum, expreſſi ſucci carnium, gelatinæ vitelli ouorum, quæ omnia parcè & ſenſim exhibeantur. Inanitionis eadem eſt per inædiam curatio; dolor quoque ſedandus eſt in primis, ſicut & quælibet euacuatio immoderata eſt cohibenda: ſimilique arte ſpiritus reficiendi. Perturbatio denique animi temperanda eſt. Alteratio ab intemperie eſt aliquando cordis ſolius, eaque oppugnanda eſt, topicis calefacientibus, epithematis vnguentis & internis calidis, & præterea ſpiritum recreantibus. Tales ſunt aquæ aureæ dictæ: vt cœleſtis, imperialis, & ardens dicta: id eſt, ſtillatitia vini, confectio alkermes, & de hyacintho, exhibita cum vino generoſo & tenui, vel iuſculo, ex cochleari. Quod ſi intemperies ea ſit à veneno dato: aut à vene-

natis humoribus intúſque putrefactis: alexipharmaca intus exhibéda, vt theriaca & mithridatium. Interceptio denique quę à ſympathia, vel vteri, vel hepatis, vel lienis eſt, vel præcordiorum: vt in ſpleniticis, ictericis, (mulieribus ſuffocatis) & initijs acceſſionum febrilium: curabitur reuulſione per frictiones & ligaturas crurum fœmorumque, cucurbitulas affigendas hypochondrijs, aut vtero, & per clyſteres acres.

Item contentis in ore cardiacis, & potionibus calidorum remediorum, vt mithridatij theriacæ & aquarum prædictarum, quæ tenuent vaporem craſſum & roborato ſpiritu diſcutiant.

Quæ à ſanguine eſt retrocedente: vt poſt finem phlebotomiæ: curatur frictione extremorum, dolore, & vigiliis per horam integram.

Quæ autem à copia ſanguinis eſt fumoſi & craſſioris: curatur phlebotomia & attenuante victus ratione. Quæ deniq; eſt à ſeri copia, in pericardio: & à cacochymia viſcerum obſtructorum: curatur eadem victus ratione, medicamentis calidioribus, topicis & externis antè expoſitis: & prætèrea purgatione ac medicamentis attenuantibus & alterantibus, vt decocto guaiacj ſalſæ parillæ) vide plura apud Gal. id eſt 1. ad Glauc. & 12. methodi.

De ichuria & incontinentia vrinæ.

SVppreſſio vrinæ, ſicuti aliquando etiam ſudoris,) per ardentiſſimas & ſicciſſimas febres oritur ſæpe ab ingenti caliditate & ſiccitate: non quidem ſerum, id eſt vrinæ materiam conſumente: ſed facul-

facultatẽ expultricẽ veſicæ debilitante: vt contrahere corpus ſuum non poſſit ad expreſſionem vrinæ: vel etiam fibras ſphincteris obthurante: vt flecti laxarique nequeat) ad aperiendum vrinæ emiſſarium.

Huic ſymptomati medetur humectatio potiſsimum, refrigeratioque modica: idque clyſteribus mollientibus expoſitis in adſtrictione alui & fotibus, eadem materia conſtantibus, & linimentis: vt, ex oleo viol. nenuphar. chamæmel. liliorum, & vnguento reſumptiuo: ea lege, vt applicentur topica hæc, ſæpe & regioni perinæj & pubis. At immodicum quoque vrinæ profluuium per eaſdem febres aliquando moleſtum eſt: idque vel ſymptomaticum, vel criticum: atque debilitata hoc quidem, retentrice facultate ſphincteris diuturno meiendi labore: aut potius morſu acrioris vrinæ: ſicuti accidere ſolet podici poſt diuturnam diarrhœam, aut diſſenteriam aut teneſmum.

Cohibetur tum per deriuationem à crebris clyſteribus: aut etiam vomitionibus: non autem ſudoribus per balnea, ob debilitatem febricitãtium, deinde adſtringentibus internis externiſque: illis quidem, quæ meatus vrinarios adſtringunt, his quæ refrigerando adſtringendoque intemperiem calidam, & laxitatem, retentricis robur ſphincteri reſtituant: illius generis eſt, aquæ ferratæ potus, cum pauco vino rubro acerbo auſtero-ve: vel cum conſerua roſacea veteri: vel cum ſyrupo de granatis acidis: melino, de roſis ſiccis, & myrtino.

His, vt, vnctione lũbor. & perinæj, ex bolo diſſol.

cum albumine oui,oleo roſaceo & pauco aceto, vnguenti inſtar.

Symptomaticum autem à ſeri copia, in venis & arterijs cum ſanguine, curatur vacuatione reuulſoria per vomitionem & purgationem. Si à calida intemperie renum, curabitur, tum deriuatione per clyſteres frigidiores: tum refrigeratione lumborum externa, per frigida vnguenta frigidéque admota, vt quod refrigerans Galleno vocatur & populeum, vel ex oleis roſaceo, nenupharino, cum æquis partibus ſuccorum refrigerãtium: vt plantag. ſemperuiui &c. & pauco aceto.

Si denique incontinentia vrinæ eſt,ex retentricis debilitate & ſphincteris laxitate(qualis ſenibus etiam ſanis,familiaris eſt, & pueris ob contrariam cauſſam, id eſt, mollitiem)huic occurrendum eſt clyſteribus adſtringentibus, fotibus, & vnctionibus perinæi, vt anteà dictum eſt.

De tuſsi.

TVſſis febricitantibus moleſta eſt aliquando:liquata ferè calore feribli in cerebro, pituita,& defluente in os (vnde ſitim tollere ſolet) indeque in aſperam arteriam,& pulmonem deuoluta. Remedia ſunt antecedentis cauſſæ, tum reuellentia: vt per clyſteres purgationem & perfrictionem: leuem extremorum,dura enim frictio, ſicuti deligatio arcta præ dolore & ſpirituũ motu febrem augent. Tum deriuantia per cucurbitulas collo & ſcapulis affigendas,& per emplaſtra epiſpaſtica ra-

ſo

ſo ſyncipiti admouenda. Tum intercipientia, vel repellentia, quales ſunt gargariſmi aſtringentes, ex aquis plantaginis, peculi roſarum, caprifolij, in quibus quarta pars diſſoluatur roob dianucũ. aut diamorum, aut ſyrupi de roſis ſiccis: aut de granatis acidis: talis eſt Syrupus myrtinus & iuiubinus ore ſæpe verſatus. Tale eſt electarium ſolidum diatragachanti frigidi. Tales denique pillulæ hypoglotides dictæ, ideſt ſub lingua ab vſu donec ſenſim liqueſcant.

Cauſſæ coniunctæ remedia ſunt externa thoraci impingenda quidem, calida moderatè & laxãtia: vt vnguentum ex butyro recenti, axungia recẽti gallinæ, vel porci: medulla crucis veruecini cum modico croco.

Talis litus & embrocatio ex oleis irino, liliaceo, & amygdalino dulci: quibus ſi addatur, pauca cera noua fiet litus diutius hærens parti.

Interna ſunt lenientia quoque, ſed incidentia ſimul & tergentia: Tales ſyrupi de hyſſopo vel de praſſio: ſed his (vt in febre) calidioribus aptior ſit, Syrupus de Tuſſilagine, vel adyantho mixta parte tertia oxymelitis ſimplicis, & mellis roſati colatiſ Talia ſunt looth ſanum & expertum, de nucleis, pineis & de braſſica.

De ſudore.

SVdor ſicuti & inſenſilis tranſpiratio per cutem, cohiberi ſolet aſtractione pororum à caliditate & ſiccitate febrili. Ei cauſſæ medendum eſt, leui frictione, & olei tepentis modica adſtrictione, vt

violati,chamæmelini,liliacei,apparentibus ſcilicet coctionis ſignis, ne tractus frictione è venis humor, obſtruat habitus poros , aliàs immodicus eſt ſudor:iſque ſymptomaticus & toto febris ſpatio, è copia ſeri exuberante: vel cum ſanguine in venis & arterijs:vel in habitu & carnoſo genere. Huic medendum eſt reuulſione, per vomitionem: vel multo magis per alui deiectionem,purgationemve quæ copioſius breuiúſque ſerum à ſanguine expurgat, febrémque contrahit minori virium detrimẽto quàm ſudor perpetuus.

Idem ſi criticus ſit,cohibendus eſt,tum incraſſante victus ratione & refrigerante : tum cutem obſtipantibus:vt aere cubiculi refrigerato,detracta parte ſtragularum:& vnctione totius cutis ex oleis aſtringentibus : vt myrtino lentiſcino, omphacio, linteolorum denique & camiſiarum perfumatione ex ſuffitu aſtringenti, vt ex puluere corticis thuris, maſtices , gummi arabici, ſantalorum omnium,roſarum gallarum,nucum cupreſsi , qui vel ſimplex ſit, & craſsior : vel exceptus mucilagine gummi tragachanti,redigitur in formam ſolidam trochiſcorum ad ignem,vel ſolem,exſiccandorum.

De rigore & horrore.

FRigus denique horror , rigorque , præſertim ſi criticus,ſinendus eſt,at in princijs acceſsionum leniendus eſt. Frigori medebuntur linteola tãtum calida pedibus , genibus, manibúſque admota, & toti ſpinæ. At horrori rigorique medicamẽta vehementer calida interna externáque , præſertim in melan

melāc̨holica febre. Illa quidē ſunt electaria diatriū piperum vel theriaca.& mithridatium vetus:panis ex vino aromatite ſumptus per initium acceſsionis:hæc ſunt:vt linimenta totius ſpinæ, vt ex oleo rutaceo,laurino,de ſpica, de caſtoreo cum ſucco foliorum rutæ:vel vnguentum ἀρῆγον& martiatum cum aqua vitæ inducendum: vel theriaca & Mithridatium vetus:&præterea lateres vino reſtincti & linteolis obuoluti ad plantas pedum & genua admoti:hæc quidem omnia conuenientiſsima ſunt: ſiquidem rigor ab humore melancholico eſt. At qui ex humore bilioſo eſt: externa quidem prædicta ei conueniant, ſed non interna: ne cauſſa per ſe calida,magis magiſque efferari poſsit.

IOANNIS

HVCHERI,

DE FEBRIVM PE-STILENTIVM ET MALI-gnarum differentijs, cauſis, ſigniſ-que & curatione.

LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

MORBORVM alij ſunt particulares & priuati. Alij vniuerſales & communes. Illi Græcis σποράδες, quaſi diſperſi, vagantes, & boum paſcentium inſtar palantes. Suntque illi quidem plures & genere diſcrepantes, qui vagantur ſimul per populum: vt alius alium hominem (intactis alijs pleriſque priuatim adoriatur: Illorum itaque cauſſa peculiaris eſt, è ſingulorum temperie ſingulari, propriáque diæta, quam excrementitiorum humorum affinium, morborumque differentiæ complures ſequuntur. Hi ſcilicet vniuerſales Græcis κοινοί, πάγκοινοι ἢ πάνδημοι populares ſunt & ſpecie eadem, modóque publicè in populum ſæuientes: vt multos cuiuſcun

cuiuſcunque ætatis, naturæ, ſexus, & diætæ, ſimul & æquè inuadant. Horum communis eſt omnibus & ineuitabilis cauſſa: qualis eſt aëris inſolens & corrupta conſtitutio & annonæ frugumque vitiũ.

Huius popularium morborum generis ſpecies duæ ſunt, vna endemiorum, altera epidemiorum. Endemij autem ſunt veluti patrij, vernaculi, & familiares alicui regioni: in qua frequentiſſimi ſunt, feréque perpetui: & omnibus propè modum regionalibus infenſi: ob communem aliquam aeris victúſqus inſalubris cauſſam regioni illi conſuetam: talis eſt carbunculus Narbonenſis Galliæ, ex torrido aere, ſalſamentorum craſſorumque vinorum & ſanguinis quadrupedum grandiorum aſſati vſu. Talis epilepſia Angliæ, tum ex ingluuie inſulanorum: tum ex inſulæ illius luxurianti humiditate. Tales ſtrumæ, Allobrogibus ex aquarum crudiorum, montanarum, ſaxearum, aut metallicarum, & mineralium vſitata potione. Tales opthalmiæ, Hiſpanis Aragonenſibus ob montium altiſſimorum proceritatem nubium caligine circumſeptis. Talis denique peſtis Syrijs, Aegyptijs & minoris Aſiæ incolis ob ventorum auſtrinorum creberrimum afflatum, regionumque iſtarum perpetuum æſtum.

Epidemij ſunt quoque communes, & à communi cauſſa nati: ſed externa tantùm & aduentitia: non vernacula, patriæ, aut regionali, quorum rurſus duæ ſunt differentiæ, alij enim mitiores nec ferè cõtagioſi, neque omninò pernicioſi qui generis nomine Epidemij vocantur, ex noua quadam & inuſitata aeris conſtitutione oriundi. Alij peſtilẽtes

id eſt venenati,cõtagioſi,&pernicioſiſſimi.Horum quoque partitio alia eſt in febriles,& non febriles. Nos autem febris peſtilentis methodum curatiuã ſanè quam difficillimam, & variantibus caſibus, atque indicationibus maximè impeditam,omnium putridarum vltimam aggredimur.Neque enim generis earum cognitio exercitatione parua indiget: neque curatio putridi caloris extinctione ſola, ſed venenatæ quoque qualitatis & antipathiæ expugnatione conſtat: quarum etiam vtramque,id eſt, cognitionem & curationem, ſymptomatum varietas & vehementia incredibiliter perturbat.Ex iſtis morborum propoſitis generibus σποραδικὰς, Hippocr. lib. de affect. & de carnibus ἐνδημίους,lib. de aëre aquis & locis, ἐπιδημίους, ſimplices tribus libris aphor. id eſt epidemios peſtilentes vberrimè libr. Epid.& præcipuè tertio proſequutus eſt.

Cap. II.

PEtis & peſtilentis diſcrimẽ certum eſt,febriſque peſtilens(πυρετὸς λοιμώδης) aliud eſt quam peſtis vel peſtilentia(λοιμος). Hoc enim nomen non proprium cuiuſdam affectus: ſed cuiuſcunque eodem tempore vehementer,periculoſè, & lethaliter (vt plurimum): vel cum febre, vel ſine

ſine eadem pleroſque inuadentis. Ideoque peſtis genus eſt quoddam : vel potius epidemιωn morborum ſpecies vna : cuius febris ipſa peſtilens rectè ſtatuatur. Proinde deffiniri meritò poſſit, *Peſtis morbus communis, Epidemius, contagioſus & pernitioſus.* Communis quidem vt à ſporadicis : Epidemius, vt ab Endemijs, vulgaribus diſtinguatur(. Illi enim regionales & inquilini ſunt, hi communis & plurium regionum hoſtis) pernitioſus. Denique, & contagioſus: tum vt ab altera ſpecie Epidemiorum ſalutarium, ex aeris intemperie ſola : tum ab alijs quoque ſine peſte contagioſis, vt elephantiaſi, phtiſi, ſcabie, & ſimilibus, differat.

Nomen tamen ipſum peſtis à morbo Epidemio ſæpe ad cauſſam eiuſdem & ſymptomata transfertur, vt ad aerem ex propriæ ſubſtantiæ corruptione venenatum:& ad bubonem:illo enim modo aer quacunque regione, loco, ſeceſſu, conclaui, vehementius ob quietem & perſpirationis inopiam corruptus vulgo peſtis vocitatur:etiamſi nulli adhuc hominum necem conſciuerit : ſed tantùm quod ad cauſſam inferendã inſpirantibus omnibus aptus ſit. Hoc vero modo bubo inguinibus, axillis vel ponè aures affixus, peſtis quoque nuncupari ſolet: quod impreſſionem peſtilentis aeris in humoribus factam proximè conſequatur:tametſi putredinem febrémque ſæpe ipſam quoque anteuertat: cũ ſcilicet à præpotenti facultate expultrice ſanguinis vitium antequam intus putreſcat, foras amãdatur. Peſtem denique & peſtilentes morbos febre

ſæpe

ſæpe vacare , ex Hippocr. hiſtoria & exemplis conſtat,eryſipelatoſorum affectuum peſtilentium: auſtrinæ anni totius conſtitutioni, ætate ſua ſuperuenerant, quibus febrem aliquando iunctam fuiſſe,& contra,narrat,lib. 3.Epid. & 23.& 28.textu. Eoſdem etiam antè febrem,poſt febrem, & cũ febre. Sicuti etiam textu 55.diarrhæam peſtilentẽ multis contigiſſe Galenus quoque eorundem locorum commento profeſſus eſt ; qui enim in ſuperficiem corporis erupiſſent affectus: eoſdem febre vacaſſe : multiſque ſalutares fuiſſe teſtatur, (demiſſis omnibus per habitũ vitioſis humoribus) quin etiã idem Galenus lib. 9. de facultatibus ſimplicium,bolum in peſte ſalubriter exhiberi docuit febricitantibus,cum vino albo dilutiſſimo: vel aqua ſola ſine febre:aut cum vino albo tenui & oligoforo ſyncero que, atque vtrumque Galeni teſtimonium ratione probabili defendi poteſt,vt enim venena hauſta admotaque,mortẽ ſæpe ſine putredine adſciſcũt:ſic venenata qualitas corruptorum humorum ſpirituumque:aut aeris, peſtiferos morbos conciliat ſine putredine & febre. Huiuſmodi corruptelæ exemplum eſt in epilepſia ſympathica: & in præfocatione vteri. de qua idem Galenus ad finem ſexti de locis affectis & lib.de flatibus. Neque verò hippocratica febrium diuiſio in particulares,ïdeſt, Sporadicas,& vniuerſales.i. Epidemias (quam vocari peſtilentiam ait), ſententiam iſtã euertit:illic enim non peſtẽ vel peſtilentes morbos: ſed febres tantũ diuiſit, vltra quas multi ſunt peſtilẽtes morbi .Quod ſi Auicénas,Paulus,Aetius,cæterique fere pręclari medici,peſtis curationẽ febriũ

aliarum

aliarum putridarum curationi coniunxerint, frequentiorem caſum, nexumque reſpexiſſe putandi ſunt peſtis cum febre, vel febris cum peſtilente affectu: non quod vtraque tum peſtis, tum febris, nõ poſſit eſſe diſiuncta: proinde ambitioſa quorundã experientia, qui nullam ſine febre ægritudinẽ peſtilentem notam ſibi eſſe deferãt certiſſimis Hippocratis & Galeni teſtimonijs fidem non derogent, multo minus eorum ratiocinatio comprobetur, qui quòd peſtis acutiſsimus morbus ſit, eandem febriũ continuarum generi aſcribendam ſuadent; multos enim à febre vacuos, acutiſsimos morbos enumerauit Galenus, conuulſionẽ, epilepſiam, apoplexiã. Quod ſi Gal. aliquando ex ſanguinis circa cor putrefactione peſtem conſtare dixerit: non idcirco ab ea febrem inſeparabilem eſſe opinemur: cum eryſipelatoſorum affectuum illorum ab Hippocrate enumeratorum fomes non intus, ſed foris ſine febre ſæuierit, ſoleatque venenata aeris ſubſtantia (cuius inſpiratione humores circa cor putreſcere ſenſit, Galenus) ſæpe præpotenti cordis facultate expultrice, foras in habitum ante putrefactionem ſanguinis extrudi. Neque verò etiam ab aere ſemper peſtis, ſed aliquando à cacochymia, & contagio oritur. Quid? quòd multi ab inſpirato aere peſtilenti ſine febre vel putredine vlla mortem oppetant.

Itaque iure affirmare poſſumus peſtilentes affectus pleroſque ſine febre eſſe: illamque peſtis vnam eſſe ſpeciem, febrem verò peſtilentem eiuſmodi peſtis alteram eſſe differentiam.

Febris

Febris igitur peſtilens eſt Epidemia, contagioſa, pernicioſa, non ſolo calore putrido: ſed praua etiam & venenata qualitate, cordi infenſa.

Huius dum methodum curatiuam aggredimur, primum eſſentiam cauſamque eiuſdem exponemus: mox differentias diducemus: poſtremo ſigna omnia tum diagnoſtica, tum prognoſtica ediſſeremus.

De febris peſtilentis eſſentià & cauſſa coniuncta.

CAP. III.

CAuſſæ febrium peſtilentium (quà putridæ ſunt, eædem & reliquarum putridarum, proximæ ſtatuendæ putredo, prohibita tranſpiratio, obſtructio, aſtrictioque, quà peſtilentes: praua quædam & venenata qualitas ex corruptione humorum, & in alienam ſubſtantiæ cordique omnino aduerſam mutatione, nata. Corruptio autem à putredine diſsidet: quòd illa ſit ſubſtantialis, quæ prorſus humores in naturam prorſus ab humana alienam, per interitum propriæ intimæque eorum formæ conuertat: eſt enim, corruptio generationi contraria: quæ eſt vtriuſque principij mixtorum naturalium corporum formæ & materiæ connexio: illa autem vtriuſque diuiſio: quàm generatio conſequitur.

Perit

Perit enim brutorum plantarumque forma ex materia elementorum ſuſcitata, materia ipſa nihilominus remanente, ſed alia tamen & diuerſa.

Cùm ſit cuiuſque rerum ſpeciei ſuum ſubiectũ, neque verò elementaris materia per formæ exitum perit omnino:ne rerum generabilium moles tota conſumatur (ceſſãte tandem omni generatione)quæ ex nihilo fieri non poteſt:itáque materiæ nihil contrarium repertum eſt:Cum ſit ſimplex & non compoſita: quod neq; ſit quale,aut quantum, aut quid,per ſe:ſed potentia tantum ex Ariſt.ideóque non fieri, neque perire aut excitari noua poteſt:hæc vero nimirum putredo accidentaria eſt: qualitatum& temperiei tantum alteratio:& via ad corruptionem,cuius comes indiuiduus calor eſt exuperans fætorque & ſæpiſſime febris. Ille igitur modo corruptus in corpore ſine putredine humor maligno ſuo vapore Epilepſiam,Singultũ, Cõuulſionem commouet,ſic vteri,corrupta illuminis,fædáque expiratio ſine putredine tamen aut calore alieno,ſed potius(venenorum inſtar)cum vehemẽti totius corporis perfrigeratione mulierculas miſerabiliter præfocat.Sic denique corrupta præcordiorum æſtuanſque quædam ſentina, vitale robur repente proſternit: mortémque inopinatam ſine vllis putredinis indicijs accerſit. Hinc ex frequenti & ſpontanea lipothymia,mortis repentinæ coniecturam cupiebat Hip. Eſt autem putredo duplex, vna ſimplex: altera maligna. Symplex Galeno lib. 2. de febribus, tripartita eſt,vna leuiſsima.in qua vincit calor natiuus & aſſimilat: vt in pure.

Altera

Altera media in qua vincit & vincitur. Tertia ſumma & ad vltimum gradum ſprouecta: qua paſſiuæ qualitates actiuis prorſus dominantur: humorque cum calore & fætore à miſtione ſecedit. Maligna verò quæ etiam ſi gradum ſuum ſummum adepta non ſit: prauitatem tamen ex antecedente corruptione deleteriam conſequuta eſt. Quáquam hęc aliquando corruptionem antecedere & peſtē ſolet: ſed non immediatè: vt quæ febris erat ſimpliciter & primo putrida, peſtilentis ſpeciem tandē ſubeat.

Cæterū venenatæ qualitatis originem à corruptione potius, quàm putredine duci, multis docemur argumentis, nam peſtilens aeris conditio & contagio peſtilentes multos affectus ſine febre & putredine profert: quales eryſipelatoſi illi ex Hyppocr. paulò antè citati, tum aeris cōtagiique eadē peſtifera labes, ſanos pleroſque inficit repente ſimillima lue, cum putredo, ſenſim ſeriuſque humores putrefaciat (repugnantibus diutius paſſinarum diuortio, actiuis qualitatibus.) Tū in ſporadicis & peſtilētibus febribus cacochymiā ex annonæ vitio conſequētibus, corruptionis humorum ſigna pluribus ante putredinem febréſque diebus, in ſanguine per phlebotomiā eductomanifeſtiſsima ſunt: Quid? quod prima ſtatim febris peſtilentis inuaſione, virium cordiſque debilitas grauiſsimè ægrū terrent: cum putredo tum non poſsit eſſe, niſi leniſſima? neq; n. humores confeſtim ab efficaciſsimis etiam cauſis poſſunt putreſcere ſalubres præſertim, naturæque muniti præſidio, ſicuti neque ligna duriora craſsioraque a flagranti etiam igne illico conburuntur: à corruptione ergo orta ſit lues oportet.

oportet: quæ immaturè & celeriter exanimat, opprimit: tũ deniq; ſi cœlo peſtilente & cõtagioſo, febris à putredine accendendæ innata vis eſt: brutis ſane & hominibus communis ſit febris eadem: cũ miſtorum omnium communis quoque ſit affectio, putredo. Eſt igitur è corruptione nõ putredine nata qualitas illa venenata & antipathica: quæ vni animantium generi & hominum, non alteri brutorum, excepto porco, eſt tam inimica: ſic cicuta homini venenum, non ſturno, eſt. Sic homo peſtilens homini ſano contagioſus: & brutum bruto, non cõtrà: ſemperq; à contrario & peſtilẽti aere ægrotare infectus homo ſed non æquè febricitare cernitur: cum etiam venenata illa qualitas credatur à putredine manare, nam ſi vulgaris & mediocris ea ſit: omnes putridę febres ſint continuo peſtilentes: ſi eadem extenſa ſynochi omnes, ſi denique intenſa & ad ſummum gradum euecta ipſo accretionis initio fuerit: ipſam vel à cauſis efficientibus, vel materialibus intendi oportet. Illæ autem ſunt obſtructio & putridarum rerũ occurſus: nam ſine obſtructione contagium, aerque peſtilẽs febres peſtilentes accẽdit, eademq; obſtructio cum putridas omnes antecedat: in eaſdẽ quoqueomnes peſtilentia cadat neceſſe eſt. Materia quoque ipſa humorum & excrementorũ, ſi ſecundum naturam ipſa ſit; naturæ viribus cõtinetur, vt nõ poſſit eius tam præceps tamq; vehemẽs initio acceſſionis eſſe putredo. Sin contra naturam eadem ſit, ſolamque temperamenti ſui mutationem ſubierit, febrẽ paritura eſt vulgarem & putridam: ſin ſubſtantiæ totius corruptionem patiatur: tum verò venanata

illa qualitas è corruptione emerſura eſt quã fortaſſe ſumma illa putredo cũ febre poſtea conſequatur. Poſtremò ſi peſtis & peſtilens qualitas putredinea prodeat: cur toto febris peſtilentis curriculo, nulla ſępe aut in pulſu, aut calore, aut vrinis, aliiſque excrementis putredinis veſtigia expreſſa ſunt: neque enim hecticarum aut ephemerarum peſtilentium generis proprietas ſemper hæc eſt, cum plerique ægri ex peſtilentibus ſuperſtites euadant, nemo ex hecticis, perpauci ex ephemeris peſtilentibus.

Ergo his argumentis perſuaſi peſtilentis febris ideam & characterem in venenata qualitate deinceps collocabimus: eamque non à putredine, ſed à corruptione humorum totius ſubſtantiæ propagari ſtatuemus. Ita tamen vt corruptionem ſæpe à putredine febreque, putredinem conſequente excitari, & ad vim cordi inferendam (ſicuti Rhabarbari vim tractricem à calore noſtro inſito) commoueri putemus: ſine qua deliteſcat aliquandiu otioſa: donec ex multitudine aucta, vires partibus funeſtas depromſerit, ſicuti à Gal. 6. de locis affectis, eſt demonſtratũ de hyſtericis affectibus. Vnde à multis mortem ſinu ſuo cirunferri merito proditum eſt. Itaq; quo maior corruptio humorũ minorve eſt: tanto maior deleteria eorum qualitas eſt, febriſque peſtilens magis minuſque funeſta vigere ſolet.

Multis peſtẽ & venenatam qualitatem ad putredinem ſummam humorum transferre placuit: ex quibus Altimarus vnus eſt, & Iobertus: qui putredine deterius nihil, nihilq́ue animantiũ vitæ magis

gis inſidioſum putat ideoque illa:in cordis finibus, tanquam foco, aut in ipſis eiuſdem humiditatibus defixit,quod putrefacti aeris inſpiratione accédatur:ideq; terrifica ſymptomata inducantur, æſtus, ſudor frigidus, leipothymia,ſyncope, inquietudo mors deniq;:quam tamen ſententiam,falſitatis crimine maiorum noſtrorum expermenta noſtraque conſtantiſſime condemnant.Nam colicæ illius peſtilenis: quæ pauli ſeculum afflixit:materia in inteſtinis condita fuit, phrenitides & pleuritides peſtilentes anno 1528. & nono viguerunt, quarum materia à corde diſiuncta fuit.Bubones &carbunculi variis á corde locis conſidentes peſtilentem febrem inferunt: nulla denique particularis peſtis alibi materiam ſuam quàm in affecta ſede habet: Neque etiam ſyncopen omnem(vt proprium cordis ſymptoma ſit)primigeniam eſſe oportet, vt epilepſia quoque cerebro ſæpe ſympathica eſt: æſtus quoq;,iactatio,&inquietudo ſtomachi, labo rem aliquando,& non cordis tantum,aut maiorũ venarum,cordique vicinarum putredinem conſequũtur:neque peſtilẽtes febres omnes ab aeris inquinamentis ſuſcitari neceſſe eſt: cũ earundem ex contagio aut cachochymia (quæ ſporades vocãtur) origo frequentiſſima ſit:neque denique à peſtilenti aere peſtis in corde ſemper concepta eſt: ſed alijs aliquando partibus affixa:è quibus ad cor propagari facilè poſſit: ſic venenorum noxa alijs ſæpe partibus primum grauis eſt:vnde tandẽ cordi funeſta euadit:ideoque febris,vt peſtilens fiat) putredinem aut veuenatam qualitatam primùm

in corde eſſe non neceſſe eſt: & ſi ſit illam ipſam aliunde ad cor ſæpe transferri.

Porrò venenatam iſtam & peſtilentem qualitatem Fernelius profiteturtotius ſubſtantiæ aeris vel humorũ corruptorũ ſobolem eſſe:ideoq; occultã & inexplicabilẽ:ab eaq; totius ſubſtãtiæ corruptela febres peſtilẽtes procreari: totam vero ſubſtantiam alibi partis ſimularis formam, eſſentiam, ſpeciem, perfectionem & integritatem vocat:qua pars vnaquæque conſiſtit:quia enim totius mixti& compoſiti corporis pars præſtantiſſima forma eſt: hinc pro tota eius ſubſtantia accipitur à Fernelio: à quo eadem alibi ad ſpiritum inſitum & diuinum eius calorem refertur, errore (vt opinor) non tolerabili.

Cum enim tota cuiuſque mixti & partis ſubſtantia ex ſimplicibus duabus coeuntibus, materia & forma, conflata ſit:harum alterutra non poteſt eſſe corpus : ſed pars tantùm eiuſdem vna eſſentialis. ideoque forma bouis aut hominis totus bos aut homo non eſt.Multo minus ſpiritus quem putat inſitum,formę loco ducendus eſt partium ſimilarum.

Cũ enim coporis forma ſit principium ſimplex & incorporeũ :ſpiritus contra corporeus, mobilis, nutritionis & auctionis particeps formæ ſimplicis dignitatẽ ſuſtinere nullo modo poſſit, ſicuti neq; calor ipſe qui nõ ſubſtãtię(vt forma)ſed qualitatis categoria cõtinetur. Cuius diuinitatem etiam refellit continua eius per ætatẽ diſſipatio exſtinctioq;,qua mortẽ animantium omniũ naturalem conſtare verè ab Ariſt. proditũ eſt.Quod ſi caloris elemen

mẽtis extinctio ceſſatioq; propria eſtimetur, cæleſtis cõtra perpetuitas conſtans & indeſinens: hic ſane, mortuo animali, aut ad cœlos remigret ſine vehiculo ſubiecto: (quod abſurdũ eſt) aut otioſus in cadauere reſidere pergat, quod abſurdiſſimũ) facultas deniq; animæ ipſius propria maximè vis eſt & poteſtas indiuidua: nõ corporis pars vlla eſſẽtialis.

Quare tota partium ſubſtantia: & inſitus earum ſpiritus calorq; non poteſt eſſe earũdẽ forma, ſiue ſpecies, ſicuti ab Duberto Vindone medico acute diſputatum legimus. Grauius peccatum eiuſdẽ Fernelij & in philoſopho medico minime ferendum, aut diſſimulandum: quod ab eiuſmodi venenata qualitate morbos formæ, ideoque obſcuros & occultos infligi putet: primùm enim morbus & ſanitas actioque omnis eadẽ prorſus ſede conſiſtunt: eaq; ſola pars morbo affici & ægrotare poteſt, quæ alicuius omnino actionis inſtrumẽtũ eſt, forma autẽ eſſentialis, velut natura eſt: & principium actionũ cuiuſque partis omnium: quæ nullum tamẽ per ſe obire opus ſine corporeo inſtrumento: eiuſque idoneo tẽperamento & figura poteſt. Cui morbus, non formæ ipſi accidat, deinde cũ morbus omnis corporis organici ſit, actuq; viuẽtis affectus, forma ſane nõ corpus ſed corporis pars eſt, morbiq;: idcirco & ſanitatis per ſe expers. Quod ſi rationũ eius momẽta æquo iudicio eſtimentur; illæ ſane opinionum authoris ſui futilitatẽ facillime detegunt: harum enim prima eſt: quòd partes omnes actiones ſuas vi formæ ſuæ edunt: Sicuti Struthiocameli vẽter ferrum coquit exteritque quod leoninus multo

vehementior nequaquã atterat aut emolliat. Ergo actiones illę à morbo formæ læduntur. Quid enim? an functiones omnes ſunt naturales? nullæve animales, aut organicæ? an mutatio vlla non à primis qualitatibus oriatur: vt ſine calore elemẽtario Struthrocameli ventris forma ferrum conficiat? an ventriculus, ſi actiones eius temperies propria nõ adiuuet aut promoueat: ex intemperie vnquam laborauerit? vel ſi ventriculus temperatus bene coquat: intemperatus idem non male cocturus ſit? Quid? ſi de coctirce ferri facultate Struthio cameli cõmẽtum fabulo ſum proprio experimento noſtro comprobatum eſt? temperies igitur naturalium actionum ſicuti figura & conformatio animalium, proxima & inſtrumentaria cauſa eſt, efficiens morbus corporis intemperati aut malè cõformati: non formæ ſolius, idem tamen ſententiæ ſuæ veritatem aliquam nobis perſuadere ſperat: citatis aliquot Galeni locis: quibus pręter temperiẽ, actionem quandam toti ſubſtantiæ tribuit. Primus eſt ex lib. 5. de facult. ſimplicium cap. 15. vbi Gal. docet medicamentorum alia alterare primis qualitatibus, tum ſimplicibus, tum compoſitis: alia totis ſubſtantijs: cuiuſmodi ſunt læthalia venena: alexipharmaca & medicamẽta purgantia. Alter locus eſt ex eodem lib. cap. 1. vbi idem Gal. duplicẽ alexiteriorum facultatem conſtituit: tum quod illa ex affecto corpore venena pellant, per ſimilitudinem totius ſubſtantię: aut per calorem cum tenuitate ſubſtantiæ iunctum: tum quod eadem commutent vna vel duabus primis qualitatibus coniugatis: vel totis ſubſtantijs: iſtis locis debuerat

Fern.

Fernel. per totam ſubſtantiā proprietatem totius ſubſtantiæ inaudire, quemadmodum Gal. ipſe in Hypocratis librum de natura humana, expoſuit. In expirationibus (ait) quæ magis proprietate ſubſtantiæ quàm quali ate manifeſta offendunt: Hypocrates curationē in duo capita redegit, loci mutationem & exiguæ reſpirationis vſū. Proprietas aūt totius ſubſtantiæ eodem li.5 ſimplicium, facultas totius ſubſtantiæ eidem Galeno vocatur: quod conſtet materia elementorum (& cuius materię proportio nobis incognita eſt, indeque facultates & actiones obſcuræ & inexplicabiles ſunt tantumque experientia noſcendę) non primarum tantùm qualitatum mixtione: quarum actiones ſunt manifeſtæ, cui idcirco totius ſubſtantiæ & temperamenti proprietati ita inſitæ iunctæque ſunt quædam facultates (præter primarum qualitatum temperiem) earumque actiones vt ab ea diſiungi nequeant: ſic rhabarbari facultas purgatrix bilis, & magnetis ferri tractrix è temperamenti ſui intima proprietate prodit. Porro proprietas hæc totius ſubſtantiæ vel temperamenti qualitas eſt, non ſubſtantia, ideoque alterandi vim ipſi tribuit. Gal. quare nullos formæ morbos, nulla quoq; formæ morborū remedia ex ijs locis fingere potuit Fern. Tametſi totis ſubſtātijs venena nocere, earūq; noxæ alexiteria totis quoq; ſubſtātijs mederi apud Gal. lectitarit. Quod de facultatibus & proprietatibus intimi eorum temperamenti audiēdum fuit, non de forma ipſa. cui nihil ſimile aut diſſimile eſſe poteſt (Cum ſit ſubſtantia) nullaque noxa cōcuti aut remedio roborari poſſit: itaque corruptiō

caloris natiui extinctio vel diſſipátio pro formæ morbo Fernelio noſtro haberi inde nequeat: cùm neque ſpiritus forma ſit:vt ante proditum eſt)neque calor ſubſtantia aut forma Deinde corruptionem caloris natiui mors non morbus ſequitur: qui eſt qualitas permanens.Denique cum abolitio ſubſtantiæ, ſit ipſa corruptio:ſi eadem ſit morbus: ſubiecto ſane careat,cui inhæreat.Itaque venenatam & peſtilentem qualitatem manare à proprietate totius ſubſtantiæ proprijque & intimi temperamenti vi fatendum eſt:quam corruptio noua ſuſcitauit,ſiue aëris,ſiue humorũ naturæ noſtræ aduerſiſſimam:quæ proprietas quoniam latet ſenſus, ideo occulta vocatur: morbique inde occulti & cæci:cũ qualitatũ primarum intemperies morbiq; inde oriundi,ſint ſenſib. obuij. Hinc in illarum facultatum totius ſubſtantiæ notione verſatur magia naturalis:quod ſi morbi quidam peſtilentes vt carbũculus, bubo exanthemata, ecthymata à ſenſibus explorentur: nihilominus noxia eorundem proprietas & origo incomperta nobis eſt,febrium quoque peſtilẽtium tabifica, contagioſa & funeſta natura,non è putredinis & caliditatis vehemẽtia (quæ ab ea frequenter abſunt) ſatis perſpecta eſſe poteſt.Proinde conſtanter iam affirmemus venenatã & deleteriã qualitatem,ideam & characterem eſſe febrium peſtilentium: à qua tũ generãtur tum alias cõſimiles generant:eamq; totius ſubſtãtiæ & tẽperamenti proprietatẽ eſſe:quã corruptio noua cõparauit,nullo modo formæ:ideoq; peſtilẽtem febrem morbũ eſſe ocultũ, & totius ſubſtãtiæ intimiq;tẽperamenti corporum ægrotantium maximè verò cordis.

De

De cauſis gignendæ peſtis & peſtilentis febris, primumque de aere.

CAP. V.

PRocreatrices peſtis cauſæ ſunt, quæcumque corruptelam tantam humorum ſubſtantię inferre poſſunt: vt venenatam concipiant naturam cordi calorique natiuo omnino aduerſam, & calamitoſam, quam ſæpe putredo febriſque peſtilens conſequitur, quæ non intemperie tantum calida & calore putrido: ſed (vt ante notatum eſt) perniciosâ quoque qualitate cor fatiget.

Illarum aliæ ſunt externæ, aliæ internæ: illæ tripartitæ ſunt. aër corruptus, vitiata alimenta, & cōtagium, aeris quidem ſalubris vſus, eſt caloris natiui, & ſpiritus viuifici tum nutritio inſtauratioque: tum temperatio ex ventilatione & fuliginum vacuatione: ideoque calori noſtro, temperie & natura, id eſt ſubſtantia tota ſimilis eſſe debet. Ex diſſidio autem vtriuſque, vel alterutrius: non ſolùm iſtis vſibus meptis: ſed cordi etiam vitæque infenſus ſit. Nam ab intemperie morbos manifeſtos & ſimilares: à naturæ & totius ſubſtantiæ corruptela, occultos & peſtilentes proferat. Inſpiratus enim aër ſpiritus primum in ſiniſtro cordis ſinu: mox humores, totam ſubinde corporis ſubſtantiam af-

ficit ; neque ſolum ex vicinia: ſed efficacia quoque ſua eximia eundem immutat.

Cæterum aëris de naturali ſtatu ſuo triplex eſt deceſſio, prima, alteratio: ſecunda, putredo: tertia, corruptio. Alteratio quæ primarum qualitatum eſt, tripartita vulgatur: aut enim vna, eadem anni parte ex primis qualitatibus excellens & exuperans: aut modo vna, modo altera alternatim viget: aut diuerſa qualitas vna, diuerſis tempeſtatibus varia (ſicuti ex vere aquilonio, hyeme auſtrina, æſtas valde inſalubris eſſe ſolet) aut denique pluribus anni tempeſtatibus: vel toto etiam anno eadem & inordinata temperies perſeuerat. Quod ſi triplices illæ anni partium mutationes non nimis immoderatæ ſunt: morbos epidemios proferuut ſalutares: de quib. toto. 3. aphor. lib. Hippocrates.

Quod ſi eadem vehementus exuperent: epidemios peſtilentes parturiunt: ſed calidarum maxima vis eſt: ſiue etiam ſiccæ ſint (qualis fuit apud Thucididem æſtuoſiſſima æſtas) ſiue humidæ, vt apud hipp.. 13. Epidem. calida humidaq́; & pluuioſa, tranquilla, & ſine ventis quoque æſtas deſcribitur.

Altera aëris mutatio, putredo eſt, ex conſperſis expirationibus putridis, vt antrorum & ſpecuum apertarum: aquarum lacuſtrium, ſtagnantium, & torpidarum: cadauerum, ex quocumque animantiū genere nō crematorum, neque ſepultorum piſciū, olerum, præſertim braſſicarum & carduorum, quorum omnium putredo tantam corruptelam tandē ſubit, vt prauam & deleteriam aeri nobiſque viciſſim qualitatem, peſtemq́ue inurat: & febrem accendat peſtilentem: cuius idcirco tanta duratio eſt, dum

dum ſubiecta expirationum materia proffligata ſit ventorum flatibus, vel ignium incendijs etiam cõſumpta: Cæterum putredo mixtorum perfectè corporum communis quidem & propria eſt affectio, conſtantium dominatu qualitatum actiuarum: & obſequentia paſſiuarum. Reliquorum verò imperfectè mixtorum non ſimpliciter ſed ſecũdum quid, putredo dicitur: cum careant conditionibus ad veram putredinem neceſſarijs: & qualitatum primarum vnione, mixtioneque. Ideoque neque per ſe putreſcere queant ſine cauſſarum externarum ſubſidio. Simplicium autem nulla prorſus putredo eſt: igneum ergo elementum nulla putredine tentari poteſt, cum ſimpliciſſimum ſit: & mixtorum corporum populator, conſumptorque voraciſſimus, omnis humiditatis expers: quæ putredinis ſubiecta materia eſt: atque adeo vehementer calidum: vt neque intendi, neque remitti poſſit. Aëris quoque media ſummaque regio ſynceriſſima, omniumque cuiuſuis alterius elementi inquinamentorum puriſſima non putreſcit: infima vicinorum elementorum aquæ terræque ſordibus exceptis, & exhalationibus putridis permixtis, maximè ſi non perflatur: quodammodo putreſcit: terra denique ſimplex nequaquam putreſcit: ſicuti neque aqua: niſi admixtis terreis corpuſculis: vbi præſertim non fluit: ſic enim ex permixtione aliorum elementorum externique caloris impreſſione tria hæc, aqua, terra, & infimus aër: quodammodo putreſcunt.

Tertia denique naturalis aëris ſtatus mutatio, eiuſdem propriæ ſubſtantiæ corruptio eſt: aliàs mitior: tumque epidemios ſalutares: aliàs deterior: tum-

tumque epidemos peſtilentes morbos ſuccendit. Corruptio quidem illa aeris nō eſt qualitatum eius intenſio remiſſioue: neque inquinamento tum vaporum-vè putrium & ipſi permixtorum putrefactio: ſed internę propriæque & totius aeris ſubſtantiæ naturæque mutatio: qua in diuerſam à ſeipſo ſubſtantiam degenerat: hominumque generi prorſus aduerſam, quæ tamen alijs animalium ſpeciebus & ouium boumque, ſit innocens: ſic venena quædam hominibus ſunt: quæ alijs animalibus ſint pro ſuauiſſimis eſcis. Solet autem illa corruptio à duabus iſtis cauſſis emergere, ideſt ab aeris intemperie & eiuſdem putredine ſumma ſic tempore thuſcididis flagrantiſſima æſtas vt Hippocra. eadem auſtrina pluuioſaque diram funeſtamque febrem Aſiæ inuexit & Græciæ: ſic à viroſis exhalationibus pulueris aërem labefactari & corrumpi, noſtraque viciſſim peſtilenti febre corpora ab eodem contaminari, quotidianis noſtris cladibus compertum eſt: Neque tamen ingens illa corruptio totius aëris eſt: ſed infimi tantùm: neque eadem perfecta omnino eſt: ſed tanta tamen quæ venenatam aërj naturam conciliet: à qua ſimile venenum intus in corporibus propagari poſſit. Itaque neque omnibus animalium generibus, eadem peſtis eſt communis & infeſta,) vt modo dicebamus) neque vllum omninò animal poſſit ei ſuperuiuere: ſi integra ſit aëris corruptio.

Venenatus igitur aer: ex aliqua non ex omni parte ſua corruptus eſt, tantumque venenatus, nō venenum: Neque putredo peſtis ipſius cauſſa immediata eſt, longioris pręſertim, cum illa ſit in fieri

tantum, breuique in corruptionem deſinat conſtantiorem & diuturniorem: quàm ipſa putredo ſit. Non tamen eadem corruptio omnibus hominibus pariter eſt peſtifera, & exitioſa: ob variam corporũ conſtitutionem, & temperiem, viſcerumque robur præſertim cordis. Cacochymis enim impuriſque naturis, & infirmioribus viſceribus magis grauis, quàm euchymis & robuſtis eſſe ſolet.

Tertia corruptionis aeris cauſſa ad aſtra & ſydera quorumdam iudicijs reuocatur: à quibus peſtiferam luem in aerem eructari ſpargique magna religione creditum eſt. Cuius opinionis vanitatem coarguit clariſſima repugnantia: tùm quod diram iſtam luem ſine proprio ſubiecto dimoueri à ſuo loco hoc pacto contingat: tùm quod venenatum quoque cœlum ſyderaque peſtilentia affirmari cõſentaneum ſit: cum potius bonorum omnium rerùmque naturalium generationis & accretionis parens aut adiutor ſit præcipuus: atque idcirco genitoris nomine, ſicuti terra ipſa fœminæ, (vt in Ariſtot. libro de gener. cap. 2. celebretur. Itaque circa terram iugiter cœlum circumuoluitur: vt omnes ſuos in ea fœtus generis foueat, & ad boni alicuius ſpeciem perducat pertrahatque, vnde clariſſimum eſt nullam cœli putredinem eſſe, nullamque à ſyderibus prauam qualitatem & peſtiferam facultatem, in noſtrum orbem deriuari poſſe. Calor enim ſolus (vt reliquorum aſtrorum vires prætermittam) ſemper viuificus eſt; ſemperque cum homine hominem generat: reſque omnes cum ſuis ſeminibus procreat. Quod ſi cadauera aliquando putrefaciat, idipſum ex accidenti molitur

molitur alieno in materiam humidam intromiſſo calore. Quod ſi graſſantem peſtem nulla aeris eximia mutatio, nulla tetra exhalatio & maligna exſpiratio: nullusque prauorum ciborum, ex annonæ caritate, vſus præceſſerit: ſi qua ètiam omni tempore æqualiter ſæuiat, tam æſtate quàm hyeme & contra: tam calido frigido vè, quàm humido ſicco-vè tempore, & contra: tam denique borea, quàm auſtro regnante: non tamen peſtis eius ſeminaria à ſyderibus in aërem eructari credibile eſt: ſed potius eadem è diſtantiſſimis regionibus: aut cœli intemperie, vaporumque putredine: aut ciborum cacochymia in noſtratem aërem ſyncerum & ab ijs incommodis prius vacuum (ventorum flatibus) inuecta eſſe probabile eſt. Sicuti olim ex Africa & AEthiopia, quæ in Græciam inuolabant Hippocr. diuina arte prohibebantur: ſunt enim eorum ſeminariorum tenuiſſima corpuſcula & lentiſſima, quæ flatibus quoquouerſum facillimè diſſipentur: cohærentia tamen, neque diſſoluta præ lentore.

Syderum quidem viribus inferiora ſubditaque elementa gubernarj, aëriſque conditionem variè permutari: pro vario eorumdem ſitu, aſpectu, ortu, & occaſu, facillimè fatemur. Sic enim ſolis per zodiacum peragratione: varioque ad nos acceſſu, & receſſu quatuor anni partes propria temperie inſtructas nouimus: neque tamen omnes æſtates æque æſtuoſas, omnéſque hyemes pariter rigentes, aut procelloſas experimur (ex quibus mutationibus epidem. ſalutarium & peſtilentium origo quidem frequens eſt:) nequaquam tamen peſtilentem

ſtilentem iſtam & venenatam vim proximam & immediatam ſyderibus aſcribimus: quam Mathematici & Aſtrologi multis antè diebus præſagire poſſint aliquando; quin potius iuſtum Dei iudiciũ in hac ſpontanea æris pernicie (ſcelerum noſtrorũ vindicatrice)agnoſcere cogimur:qualis Dauidi Regi adultero indicta eſt: & Græcorum exercitui ob Chryſeidos raptum inflicta: cum ſcilicet nulla externi afflatus & peregrinæ luis ſydereę,aut elementaris exſpiratus ſuſpicio eſſe poſſit.

De alimentis.

CAP. VI.

SEcunda peſtilentis febris externa & communis cauſſa, alimentum eſt vitiatum: huius enim vſus corporis ſani eſt in eodem ſtatu conſeruatio & corporeæ ſubſtantiæ (quæ à calore natiuo continenter digeritur,) talis tantæque inſtauratio: qualis & quanta digeſta eſt. Eſt autem corporis noſtri ſubſtantia triplex,ſpirituoſa, humoralis,& ſolida:proinde ſpirituoſæ alimentum eſt aër, cum ſanguinis portione tenuiſſima mixtus, & in ſiniſtro cordis ſinui elaboratus: humidæ, potio & potulenta; ſolidæ, cibi duriores:in vnaquaque tamen alimentorum ſpecie, vnius plurima quidem eſt, reliquarum duarum ſubſtantiarum multo minor portio: vt in potionibus, humidi quidem ali-

menti plus ineſt:aerei & ſolidi minus. Alimentum autem Hippocr.libro de alimento tripartitum, vnum actu nutriẽs,quod iam in ſubſtantiam corporis verſum eſt, alterum quaſi nutriens: vt humores primarij, & duo ſecundarij, ros & cambium, tertium quod nutriturum eſt: qualis eſt chylus in ventriculo confectus ex voratis cibis: & cibi etiam ipſi integri potuſque nondum vorati, & aer. In omni alimento etiã tã externo quam interno, vt ſalubris ſit,duplex ſimilitudo neceſſaria eſt:(vt in aere paulò antè expoſuimus) vna temperamenti: vt enim à ſimilj temperie fit conſeruatio: ſic à diſſimili mutatio, euerſioque: hinc ab amaris nullum animal nutritur. Altera naturæ & totius ſubſtantiæ: hæc enim, ſine ſimilitudine temperamenti,formæ conformitas non ſit alimentaria:hinc fœno & paleã equus, non homo, alitur. Ex diſſimilitudine temperamenti alimentum euadit, medicamentum. ſic vinum fit acetum, ex diſſimilitudine formæ, fit venenum: vt vinum vbi in vappam verſum eſt: ideóque pernicioſum vtentibus,illinc ſimilares morbi, & intemperierum differentiæ: hinc totius ſubſtantiæ morbi, dicti venenati, occulti,& peſtilentes,de quib.Gal.lib. de cib. euchymis & cacochymis & lib.j.de feb.quos abſque vlla aeris labe ex vitioſis cibis per annonæ caritatem naſci ſcribit,quibus plebs famen ſuam ſolari & obſonare indiſcriminatim coacta eſt. Vt adagium λοιμὸς μετὰ λιμόν,peſtis poſt famem. Sunt autem vitioſi cibi, cacochymi omnes, & quicunque ſanguinem, vel ſeroſum, vel pituitoſum, vel bilioſum, vel melancholicum, vel venenatum etiam, coaceruare

coaceruare poſſunt,cuiuſmodi ſpeciatim quidam à Celſo lib.ſecundo enumerantur,vt omnia legumica,carnes omnes valdè macræ, piſces omnes molliores, & duriores: ſalſamenta, omniaque acria,amara, acida, acerba,auſtera,de quibus Gal.libro de aliment.facult. & lib. de euchym. & cacochymis cibis.

Porro vitium alimentorum externorum aut innatum eſt:aut aduentitium: illud è generibus alimẽtorum: eorumque differentijs perſpicuum eſt.Primum,genus eſt plantarum,ex quibus agreſtes omnes domeſticis ſũt inſalubriores, & repaſtinatione manſueſcunt,domeſticarum quoque radices crudiores magiſque flatuoſæ ſunt,quod neque à vẽto perflatæ neque à ſole excoctę ſint:ſemina terrena, melancholica & flatulenta: exceptis cerealibus & frumentaceis: quæ & longiori mora ſub ſole coctionéque & repoſitione, atque aſſeruatione percocta,flatus omnes diſcutiunt. Folia quoque poſt radices crudiora:fructus præcoces ob breuiorem inſolatum, minoremque coctionem, humidiores ſunt: & praui ſucci. Autumnales,vt vuæ & ficus, ob contrariam cauſam magis euchymi & incolumes.

Alterum genus alimentorum eſt, è quadrupedibus,magis quidem excremẽtitijs & cacochymis, ob ſocordiam. Eorum tamen ſubſtantiæ mutantur pro ſpecie varia, ætate, exercitatione, paſtu, locoque. Nam melancholicæ omnes ſiccæque natura,quo iuniores ſunt,eo ſuauiores, magiſque euchymæ. At pituitoſæ & humidæ media ætate ſalubriores.

vel aſſata nimis, frixa,vſta-vè:tum ex ordine præpoſtero:quod duri præmandantur mollibus: tum ex quantitate vires onerante, caloremque opprimente. Aqua deniqua praua, tametſi non nutriat, cacochymiàm etiam contrahit, dum humoribus miſcetur: ſicuti ex gutturoſis hominibus,ventroſis,viſceroſis, ſterilibus & deformibus fœminis apparet. Hippocr. etiam bilioſis corporibus acutè febricitantibus ab ea bilem multiplicari;Galenuſque prodiderunt, non quidem antiperiſtaſi viſcerum (calore aucto) ſed propriæ ſubſtantiæ in bilem mutatione,ob tenuitatem eius diutinanque in viſceribus impeditis moram. Atque hactenus de vitijs externorum alimentorum quibus corporum noſtrorum temperiem aut mutant, morbiſque ſimilaribus ex intemperie affligunt: aut totam eorundem ſubſtantiam peruertunt:com motis morbis venenatis peſtilentibus & pernicioſis.

Internorum rurſus alimentorum vitia eadem ſunt intemperiei & corruptionis. (Neque enim minus ad horum quàm externorum ſalubritatem temperamenti naturæque ſimilitudo exigitur) j. ſanguinis & humorum alimentariorum. Illius, ſoboles morbi ſunt ſimilares: huius, morbi venenati & peſtilentes:nam ab intemperatis humoribus alitur quidem,ſed malè,corpus. Vnde intemperies læſioq; functionum:à corruptis non alitur, ſed perimitur potius ob antipatheam,eorumque diſſidium cum narura noſtra: quæ enim per corruptionem noua procreatur ſubſtantia, nouaque forma,priori omninò contraria eſt.Hinc ſan-

guis corruptus, & in cauitatem aliquam interiorem effuſus euadit peſtilentiſſimus:infertque peſtifera & calamitoſſima ſymptomata leipothymiam, ſyncopem, frigidum ſudorem, dyſpnoeam ſine putredine tamen fœtore & alieno calore: ſed potius cum ſumma corporis perfrigeratione. Idem alijs humoribus corruptis accidit: ideóque naturæ noſtræ aduerſiſſimi, & mole exigua efficaciſſimi ſunt, vt apparet ex epilepſia ſympathica, conuulſione ſtomachica & ſuffocatione hyſterica: vide Gal. 6. de loc.aff. Mutatur autem temperies humorum & natura eorumdem: vel à cauſſis externis, aere & cibis, potibuſque, vel ab internis, vt à viſcerum intemperie corrumpentium, quicquid affluit alimẽti vtilioris ſiue frigidorum, ſiue humidorum, ſiue cacochymia oppreſſorum & obſtructorum: aut à caloris natiui conditione modo vehementioris, vel per motus corporis animique grauiores, vigilias, inædiam: modo languentis ab immodica venere otio, & ſomnolentia. Neutra deniq; tum temperamenti, tum naturæ humorum mutatio morbos confeſtim parit: ſed ſæpe per plures menſes, dies, & annos latent illi quidem intùs otioſi: donec aut multitudine aucti, aut putredine agitati: aut ab aliqua cauſſa externa internaque concitati, ſuam ipſorum ſubſtantiam: vel vaporem cum qualitate peſtilenti in partes principes eructent.

De

De contagio.

CAP. VII.

TERTIA cauſſa externa febris peſtilentis eſt cõtagiũ vel cõtagio: quæ nil aliud eſt, quã *Duorũ vel plurium corporũ contactus: quorum vnius in alterum ſimilis affectus tranſit.* Idipſum verò non verſatur in prædicamento ſubſtantiæ, aut qualitatis: ſed in ſitus categoria: ideoque eius nulla eſt actio propria impreſſio aut corruptio: ſed cauſa eſt ſine qua mediante & interueniente ab vno corpore in aliud affectus non transfertur, hincque contagioſi affectus plures dicti ſunt. Tranſmittitur autem non morbus, non ſymptoma: ſed cauſſa morbifica quæ omnino qualitas eſt aliqua, vel prima, vel ſecunda. Vt putredo, vel tertia occulta & venenata. Vt rabies, peſtis. Porro qualitas hæc non eſt ſolitaria. ſed varijs inhæret ſubiectis, alias humoribus; alias vaporib. inſenſilibus, vnde duæ exiſtunt contagioſorum morborum claſſes: illinc ſcabies, lepra, tinea, lues venerea, elephantiaſis, rabies, mentagra, qui omnes ſordidis ægrotantium humoribus ſuſceptis per contactum, vel per veſtes alteri communicantur, hinc phtiſis, elephantiaſis, opthalmia, peſtilẽs febris vapore, ſcilicet ab ęgro corpore in ſanum communicabilem qualitatem transferente. Eſt autem contagium duplex,

vnum verum & immediatum: vt accubitus, coitus, oſculatio, & ex eodem calice compotatio. Alterum mediatum: ſcilicet intercedente inter corpus ſalubre & inſalubre, vel fomite, vel aere: vtroque ſanè, corporis infecti vicem gerente. Fomes autem eſt poroſum quodlibet corpus, vt lana, goſſipium cannabis: & veſtes inde confectæ, pili, & pelles animalium domeſticorum: vt felum, canum, murium, equorum. Nam ſolidum denſumque & læue corpus: vt metallicum tenaces humores fortaſſe retinet (inde enim emplaſtra & vnguenta cum ſanie bubonis peſtilentis admota peſſulis ianuarum: vel ſoleis calceorum peſtilentem labem imprimunt, tractantibus calcantibuſque): Aerem verò peſtilentem & vaporibus peſtiferis inquinatum non retinet: hic verò à ſano concipitur, tum inſpiratione tum tranſpiratione.

Cæterùm humores venenati contactu vero, & fomite tantùm inficiunt: vapores, vtroque modo: & præterea aere pariter contaminato. Proinde vaporum peſtilentium ſubſtantia tenuiſſima ſit oportet, vt citiſſimè & facillimè penetret, maximéque tenax & viſcoſa, vt conſtanter & tantiſper fomiti aerique inhæreſcat: dum extinguatur frigore: vel igne & calore conſumatur, vel deteratur ablutione aquarum fluuiatilium vel pluuialium: vel agitatione, vel venti impetu diſſipetur: quod intra ſex hebdomadas perfici ſolet: veſtibus aeri expoſitis apud noſtrates: ſi qua enim ſunt ſopita in illis peſtis ſeminaria toto

men

menſtruo ſpatio lunæ renaſcentis curſu & viribus exſuſcitari poſſe creduntur. Ea autem vaporum tenuitas & viſcoſitas è magna & profunda putredine vaporumque mixtione exquiſita extunditur.

Videtur autem omnis morborum contagioſorum impreſſio, quatuor vel quinque conditionibus egere. Prima, vt ſit idem affectus in priori & poſteriori ægro: tametſi fomes aut aer infectus non ægrotent: ægrotantis tamen corporis cauſſam morbificam aſſeruant, eiuſque vice funguntur: altera, vt ſit maior corrumpentis humoris vaporiſque facultas: quàm corrumpendi corporis repugnantia. Illa verò non ſola efficacia, ſed idonea quoque quantitate conſtat.

Neque enim centeſima pars ſcintillæ ignis adurit: etiamſi eodem gradu caloris cum toto ſcintilla vigeat. Tertia eſt, iuſtum agendi ſpatium moraque & tempus. Eſt enim in contagione motus duplex, lationis, vaporum humorumque: & alterationis ſanorum: quorum neuter in inſtanti obiri explerique poteſt. Itaque ſani peſtilentes ędes currendo præteruolare ſolent.

Quarta eſt, paſſuri & alterandi corporis aptitudo: eaque duplex: humorum vna: naturæ altera: nulla enim cauſſarum externarum (teſte Gal. lib. j. de different. febrium capite 5.) ſine patientis corporis aptitudine poteſt agere.

Corpora igitur integrè ſana atque vitiorum ſanguinis & humorum, vt plethoræ, cacochymiæ & obſtructionum expertia, à peſte tutiora ſunt.

ſiquidem recta vitæ ratio acceſſerit. Impura autem plethorica, cacochymaque, & obſtructa corpora, accedente præſertim libidine vitæque luxu, peſte magis tentari ſolent: hæc enim vitia præparant ad putredinem & corruptelam: ſiquidem noxios humores natura minus quàm frugiferos & ſalubres à qualitate peſtilenti tutatur. Natura quoque diſpar peſtilenti & corrupto aëre minus infeſtatur: quàm quæ eidem par & ſimilis eſt, propterea ſanguinea & bilioſa natura ob caliditatem cordis cutiſque laxitatem (vnde maior reſpirationis & tranſpirationis neceſſitas) magis quàm pituitoſa aut melancholica à peſtifero aere laceſſitur, viri magis: quàm fœminæ, pueri & adoleſcentes magis quàm ſenes, bilioſi quidem, & melancholici ob excrementorum inopiam à noxio aere tardius afficiuntur: ſed tamen bilioſi magis (ob caliditatem & laxitatem cutis maiorem. Eſt etiam naturæ altera proprietas occultaque totius: vel potius cordis, cum venenis & venenatis morbis antipathea: qualis legitur Marſorum & Pſyllorum olim contra ſerpentes: & pollicis Pyrrhj contra ignem. Actio igitur (qua peſtilens febris alteri infertur, ſanè non eſt contagij: ſed prauæ & venenatę qualitatis ex corrupta materia ortæ: & à putredine ad impreſſionem in aliud corpus excitatæ: in quo ſimilem morbum gignat. qualitas autem hæc non eſt prima (nihil enim ſupra naturam ſuam agit) neque ſecunda: vt putredo: ideoque reliquæ febres putridæ non ſunt contagioſę) neque fomitis

ſemi

ſeminaria rerum putreſcentium ſeruātis: ſed occulta & venenata & ab intima rei corruptæ ſubſtantia eſt. Quare febris peſtilentis origo, aliàs eſt ſpontanea, ex humorum corruptela & peculiari victus prauitate) aut viſcerum intemperie: aliàs etiam vulgaris & epidemia, à cœlo peſtilenti, aliàs contagioſa. Verum enimuero quod febres peſtilentes non ſint ſemper contagioſæ, diſputatur à quibuſdam: tum propoſitis exemplis veterum Hipp. Gal. & aliorum, à quibus ægrotantium ex peſtilenti febre conſuetudo neque vitata eſt: neque vitanda vſpiam præcipitur: tum etiam quarúdam orientis regionum hiſtorijs AEgypti, Siriæ & minoris Aſiæ: in quibus vox ipſa contagionis adhuc audita non eſt, nedum declinata à medicis, aut etiam à vulgo formidata. Quin ex varietate humorúm corruptelæ, diſcrimen venenatæ qualitatis mitioris aut deterioris probabile ducunt, cui contagij efficacia vehementior vel remiſſior reſpondeat. Ex hoc quoque corruptelæ, veneni & contagij diſcrimine oriri febrium peſtilentium diſſimilitudinem penes motum ſuum (ex more enim omnes ſunt lethales) vt aliæ ſunt peracutæ ſimpliciter, & perperacutæ, aut etiam acutæ ſimpliciter: alias quoque mites magis, alias ſæuiſſimæ quod tardius aut citius ægros necent. Denique idipſum quoque analogia venenoſitatis virulentarum beſtiarum confirmant: quæ cum ſint omnes funeſtæ & calamitoſæ, necant tamen vario tempore & more: vt ictus ſcorpionis intra plures dies. Ammoditis intra ſeptem. Chercibi intra tres dies.

Aſpidis terreſtris intra tres horas Baſiliſci ſubitò. Aliorum venenorum aſſumendorum, inſpirandorum & ſubmittendorum eadem eſt efficaciæ diuerſitas. Nam quædam pluribus menſibus, quædam paucis diebus horiſ-vè hominem perimunt, quædam ſolo tactu. Eandem idcirco differentiam inueniri morborum peſtilentium penes intenſiorem & remiſſiorem & depreſſiorem gradum corruptelæ malignitatis affirmant: vnde febres peſtilentes aliquando contagioſę ſunt: aliquando non ſunt; neque etiam contagionem metuendam eſſe (ſi qua ſit) cenſent: quam licet amuletis & alexipharmacis amoliri. Multorum quoque naturas ab omni contagio tutas eſſe: ſicuti noſtratum medicorum qui ex diuturnis curationibus peſtilentium febrium incolumes diſceſſerunt. Alij contrà febrilem peſtē ſemper contagioſam eſſe, fugiendamque aſſerunt. tum Gal. authorit. lib. 1. de feb. diff. tùm Ariſtot. problem. 7. ſect. 5. tum etiam Hipp. lib. de natura hum. vbi peſtilentis ſoli cœlique mutationem, paucique aeris inſpirationem ſuadet, à cuius conſilio vulgare tutumque prouerbium non diſſidet: vt ſit celeris à loco peſtilenti & in diſtantiorem locum & tardus ad eundem reditus.

Quod ſi qui contagionis damna effugiunt: id illis euenit: aut ex occulta naturæ proprietate: aut corporum puritate: vitæque continentia, aut denique ex naturæ contrarietate cum peſtilenti aere. quare cùm ſit omnibus animantibus inſitum à natura vitæ ſalutiſque ſtŭdium: ſenſuſque ad percipienda eiuſdem commoda & incommoda adiuncti: ſapienter illi quidem contagionem peſtilentium

tium locorum & hominum fugere mihi videntur, aerem enim vaporibus febrilibus & peſtiferis contaminari par eſt: quia ab ominibus animantibus continenter inſpirari tranſpirarique neceſſe eſt, dum vita fruuntur.

De cauſis internis peſtis.

CAP. VIII.

AD huc de cauſſis externis peſtilentis febris: iam de internis tranſigendum eſt remotis, & propinquis id eſt antecedentibus & coniunctis: illæ, ſunt plethora, cacochymia, & obſtructiones: plethora quidem ad vires (cum à natura non regatur facilè corrumpitur & putreſcit: vnde febris putrida peſtilens quæ ad vaſa eſt putredinem ſine corruptela, & venenata qualitate inuehit. Inde febris ſynochus putris.

Cacochymia duplex: tum abundantia excrementitiorum humorum: vt bilis pituitæ melancholiæ, tùm eorumdem in moderata quantitate vitioſa qualitas & ſubſtantia, quales ſunt bilis non naturalis aliorumque humorum differentiæ omnes vtriuſque ſpeciei, cacochymiæ in corruptelam & putredinem magna eſt propenſio: cum calori contumaciter repugnet: ab eoque penitus deſtituatur: vtrumque etiam cacochymiæ genus tum viſcerum intemperiem, tum annonæ prauitatem, tum vi-

ctus intemperantiam ſequitur:& præſertim Veneris,quæ dũ vires omnes cum calore ſpirituque natiuo profundit: languidam effætamque libidinoſorum hominum naturam ſequienti peſti tradit,proditque: Obſtructio quidem putredinis ſimplicis febriumque putridarum omnium efficaciſsima & creberrima cauſa eſt: (cum materia calida humidaque loco calido concluſa (niſi perſpiretur) prõptiſſime putreſcat) non tamen peſtilentium: niſi fortaſſe ſporadicarum,quæ ab internis tantum cauſis occurrente obſtructione generãtur. Nam in peſtilentibus, quamuis epidemijs, à cælo & contagio (validiſsimis ſcilicet cauſis) obſtructio non eſt ſemper neceſſaria, ſine qua aeris aut contagij admiſſa in tra corpus qualitas venenata humores ipſos per ſe corrumpit)& putrefacit: hinc ſalubria corpora plethoræ, cacochymiæ & obſtructionis vitijs carentia in febrem peſtilentem labi perſæpe compertum eſt.

Cauſæ internæ proximæ ſunt, quilibet humores corrupti & putreſcentes: corruptio enim putridam qualitatem infert: & putredo febrem accẽdit.Ex his autem duobus coëuntibus(qualitate venenata & putredine humorum)febris peſtilens putrida ſuſcitatur: calore putri venenoque cordi infenſa.Omnes autem humorum differentiæ corruptelam & putredinem ſubire poſſunt: quibus reſpondẽt totidem febrium peſtilentium ſpecies. (Sicuti antea de ſimplicium putridarum diuiſione à nobis notatum eſt) propria caloris eſſentia & ſymptomatum varietate diſtincta.

De

De febrium peſtilentium ſpeciebus.

CAP. IX.

ITaque febrium peſtilentium diuiſio per eſſentiales caloris putridi differentias, è triplici earum ſubiecto in tres ſpecies fiat: ſpirituoſas, ſiue ephemeras: humorales & hecticas: quæ omnes pariter putridæ ſunt, & peſtilentes: præter ephemerarum & hecticarum ſimplicium, non peſtilentiũ naturam: à quibus putredo & venenata qualitas abeſt: hæc autem tripartita diuiſio varietate opinionum magna iactari ſolet: alijs propugnantibus, alijs expugnantibus eandem medicis. Spirituoſas ergo quidã his rationibus, teſtimonijs & experimentis confirmant & ſtabiliunt, ſpiritus cordis ab aere ſyncero gignitur, & refocillatur: ab eodem ergo putri & inquinato putreſcit, & corrumpitur: vt ab eodem calidiori inſpiratu tranſpiratoque inflammatus, cordis ſpiritus, ſimplicem accendit ephemeram (authore Gal. lib. 1. de feb.) Sic ab eodem venenato contaminatus, ephemeram peſtilentem facillime pariet, eſt enim ſpiritus prætenuis ſubſtantiæ maximæque mutabilis: ideoque ab aere ſpurco quicunque ſit, labefactatur.

VT aer ſuapte natura puriſſimus & tenuiſſimus, permiſta tamẽ putri tetraque exhalatione putreſcit: ſic ſpirit⁹ cordis aere craſſior & impurior, hauſto in ſinus eiuſdẽ aere putri & peſtifero, facilime

lime putreſcat,& corrumpatur, adeoque ſpiritus duplex vitium incurrat,putredinis,& peſtis, id eſt venenatæ qualitatis.

Experimenta denique rationibus ſuffragantur: quod in Britannis& Germania inferiori audita pridem ſæuit febris peſtilēs ephemera, ſudore copioſiſſimo pulſu infirmiſſimo,qua intra diē aut rapiebātur ægri:aut ſudore critico liberabantur.

Obſiſtunt tamen contrarijs præceptis alij,quibus ephemeram de grege peſtilentium eximunt: ſpiritus enim cordis tenuiſſimos,calidiſſimos ſemperque agitabiles non poſſe obſtrui & putreſcere contendunt: tum comitantia ſymptomata ephemeram peſtilentē vt pulſuum paruitatem,frequentiā, velocitatem lipothimiā, cordis palpitationem,& facultatum omnium perniciem non ſpirituum,ſed humorum cordis ingentem putredinem & corruptelam ſubſequi. Sudor autem ſoluens iſtam febrē, è ſola ſpirituum putrium vacuatione nunquam tanta copia exuberet:ſed potius è ſeroſa ſanguinis ſubſtantia deffluat:aut certè nunquam criticus ſit, & ſalutaris exhauſta affatim tāta eorum ſpirituum mole:)neque denique ſi fortaſſe criticus,ſit virium debilitas,vt ſolet in plures dies menſes & annos, febre ſtatim ſanata,producatur, redintegratis haud ita multo poſt tempore,ſalubris dietæ ope,maturę inſtauratis ſpiritibus. Quòd ſi vno aut altero die febris quædā peſtilens finiatur:id non ex tenuitate accidit ſpiritus vitalis ſubiecti:ſed ex violētia præcipiti aut proprietate etiam veneni, quod totam cordis ſubſtantiam confeſtim labefactet,ſed tamen argutæ illæ cōtradictiones refelli probbaliter poſ-

ſunt

ſunt:putredinem enim ſpiritus vitalis caliditas ſiccitas & mobilitas nequaquam prohibent, nedum corruptelam: ſiue ab aëre putri, ſiue à contagio delatam: quod vaporibus humorum ciborumque illi conſpurcentur & incraſſentur, neque eiuſdem motus perpetuus omnem diſcutiat inſultantem labē: cùm ita moueantur vt continuus, ſit, nō intercisus eorum fluxus: ſymptomata quoque comitantia illa viriumque præceps ruina è ſpiritus vitalis noxa ſunt peſtilenti putrida: à quo integro vires omnes ſuſtinebantur & cōſeruabantur. Sudor quoque ille profuſior criticas ab integra diſſolutione vaporum ſpiritus putredine efferueſcentis, non ſubſtantiæ totius exhalantis oritur: cui fortaſsis acceſſerit etiā portiuncula ſeri ex habitu veniſque expulſi vaporum, eorundem impetu foras ruentium, tum diuturnus ille virium languor, perſanata febre diutius exercens conualeſcentem: cordis intemperiem ſummam à putredine & veneno relictam ſequitur. Denique Ariſt. lib. 4. Metheororū cap. 1. omnia præter ignem putrere docuit: terram, aquam, & aërem. Veriſſimum ergo ſit ſpiritus noſtros aëre craſſiores & impuriores poſſe putreſcere. Quod ſi veterum monumentis peſtilens ephemera celebrata nō ſit: breuitate eius ducti illi ſunt: qua aut repentè ægros tollit: aut in humoralem vel hecticam degenerat.

Porro febrem quoque ad peſtilentium genus conuerti quidam aſſeuerant Gal. enim cum 1. de differentiis febrium & lib. 3. de præſagitione ex pulſibus ex aere peſtilēti inſpirato calorem ortum putridum, alias ad humores ventriculorum cordis, aliàs ad corpus ipſum eiuſdem conuertit, atque ab illo

illo pleroſque euadere incolumes,ab hoc neminē, tum lib. 2. methodi,vbi colliquantium febrium & hecticarum peſtilētium pleniorem diſputationem pollicetur,eſſe quidem ſolidam cordis ſubſtātiam, minus quam humorū,ſed putredini tamen aliquādo obnoxiam: addūt etiā peſtē aëris aliàs efficaſiſſimam,aliàs efficaciorē,alias efficacē,aut etiam debilem: vnde varias cordis ſubſtātias afficere poſſit. Hinc per febres peſtilentes hecticas (quia in facto ſiue non in fieri) nullo caloris alieni ſenſu ægros, nullaque eius inæqualitate,acceſſione & reuulſione permoueri,colligimus:pulſus quoque à naturalibus non mutari: cum frigidioribus tanto humoribus ſinus cordis oppleantur:quanto flagrantius eiuſdem corpus ſit. Itáque neque ægros ſe febricitare opinari.Sed enim hanc quoque opinionē his rationū aculeis,alij configunt: humidū enim quod libet corpus alterabile eſſe à quauis cauſa,ſiccum minus. Corpus autem cordis ipſius ſiccius,compactius, magiſque fibroſum eſſe. Humores eiuſdem liquidiores. Itáque ab eadem cauſa vt peſtilentis aëris,aut contagij citius faciliuſque hoc quàm illud putreſcere corrumpique.Hinc febres quoque putridas ſimplices,multo quam hecticas eſſe crebriores. Deinde hecticas peſtilentes humoralibus peſtilentibus,nunquam eſſe carituras humoribus à putrido corde corruptis. Sicuti quod tangitur ab alio putrido pomum,putreſcere ſolet, tum cor,viuo homine,putreſcere , (cum ſolutionis continui vulnuſculi,aut tumoris alicuius ſit omnino impatiens)dictu credituque eſſe temerarium. At vero (dicam enim quod ſentio non ad alterationis quālibet

libet ſatis eſt alterantis efficacia: ſed aptitudo quoque alterandi corporis eſt neceſſaria. Poteſt autem intemperata magis calidáque cordis, quàm humorum, eſſe ſubſtantia: ideoque veneni violentiſſimi ſummæque putredinis impreſſionē facilius illa ſuſcipiet: ſic ſimplex hectica, quædā etiam eſt primaria & flagrantiſſimo cauſarum externarū ardore vt laboris inediæ, & inſolatus tametſi illa humoralem vt ardentem, & ſpirituoſam etiam vehementem, ſæpius quoque ęſtiuam, excipit.

Neq; etiā hecticæ peſtilētis ſemper comites ſunt ephemeræ, aut humorales: quod vnicū cor hinc calefactū poſſit eſſe: reliquis duabus eiuſdem ſubſtantijs in calefieri permanētib. citius enim mors ægro ab hectica peſtilenti cōſignatur, cū ſit acutiſſima: neq; vnquam marcore lento (ſicuti quæ ſimplex eſt & ſine peſte) laborantem conficiat.

Neque vero etiam cor ipſum penitus putruiſſe vt fiat hectica peſtilēs, neceſſe ęſt: cū in rore putreſcente eā primum conſidere ſatis ſit: ex quo ad cambium, indeque ad humidum radicale progrediatur, neque tamen vſque fiens, ſed ſemper facta eſt, cū in rore fixa, alio cauſæ antecedentis, qua foueatur, fomite non egeat, niſi fientem pro augeſcente pronuncies, calorem quidem, vrinam, & pulſus naturalib. videri proximos: hos quidē paulo minores non magnos & celeres: tum ob cordis veneno & putredine infeſtati infirmitatē: tū ob putredinis humorū inopiā: ex qua vrinarū quoq; laudata apparet ſubſtantia calorq; temperatus ob minimam cordis putridæ ſubſtantiæ ſolidæ in habitū exhalationē. Quare ephemeras & hecticas febres

pituitoſa,ſiue melãcholica.Synochus tamen peſtilens omnium eſt frequentiſſimus,omnis manifeſtæ & ordinatæ acceſſionis & declinationis expers: ſed ſemper creſcens & inæqualis cum reliquæ ſuis acceſſionibus ſiue exacerbationibus varient. Aliarum quoque ſpecierum , ex loci putreſcentis conditione,diſcrimen ortum eſt,in continuas & intermitentes:illæ enim à ſingulis humoribus intra venas putreſcentibus,hæ ab iiſdem extra eaſdem accendũtur:continuarum quoque ex materia diſcrimen, in ſynochos id eſt continentes συνεχεῖς,id eſt continuas : illarum igitur ex ſanguine putri origo eſt,vel in venis maioribus ſparſo:vel in partem aliquam impacto caoctoque. Hinc ſynochus peſtilẽs ſymptomatica,ibilis quoque in venis maioribus & circa cor putredine æſtuans cauſam peſtilentem accendit:ſed in minoribus continuam tantùm:extra venas circa præcordia intermittentem tertianam: idem de pituita & melancholia ſentiendum. Tres quoque iidem humores in vnam particulam priuatim conculcati ſymptomaticas ſui generis febres continuas peſtilentes fouent.

Cæterũ de iſta peſtilentium humoraliũ in continuas & intermittẽtes diuiſione:diſſentio eſt inter proceres medicinę.Aliis nullã ex peſtilentib.intermittẽtem opinantib. tum quòd concepta ſemel in corde putredo (ad quod inſpiratione primũ traducitur)aſſiduã febrẽ internæ(phlegmones inſtar è sãguine nuſquã deficiẽte)gignat,foueatq;,intermittentẽ tamẽ,quę ſimplex ſit,in continuã peſtilentẽ poſſe faceſſere:(vt deinceps nõ poſſit eſſe interpolata)fatentur, tum quod cordis à veneno & putredine obſeſſi infirmitas non poſſit illud foras exclu

dere. Aliis deniquetum quod peſtilentes omnes ſint lethales, ideoque continuæ: tum quod intermittentes Hippocrati tutæ ſecuræque ſunt.

At vero humores in partibus à corde veniſque maioribus ſecluſi, parciori ſpiritus & caloris viuifici commeatu, quàm in ipſo corde veniſque maioribus fruuntur: vbi tamen putreſcunt & corrumpuntur: indeque febrem putridam & peſtilentem proferunt: deinde alij morbi venenati ab humoribus corruptis in partibus a corde diſtantiſſimis expullulant vt epilepſia ab vtero, crure, pede, ventriculo, manu: Cur igitur ab iiſdem putreſcentibus & corruptis extra cor venaſque maiores in ventre inferiore (in quo excrementorum omniũ ſentina & congeries eſt, multoque minor caloris innati, & ſpiritus, quàm in corde & venis maioribus affluentia) febris peſtilens & putrida non gignatur intermittens? Peſtis ſine febre eſt aliquãdo: alias cũ febre cõtinua: cur ergo cũ intermittẽte nõ ſit: Hipp. l. 3: epid. ſect. 3. text. 64. in illa ætatis ſuæ celeberrima peſte febres vulgatas eſſe peſtilentes refert, quaſdã continuas, Alias quartanas, & nocturnas; vt has tanquam intermittentes à continuis diſtingueret: quarum hoc manifeſtum initio acceſſionis ſignũ eſt (ex caloris oppreſſione per totum corpus febricitantis) minimus pulſus, æruginoſa vomitio, ſudor frigidus & aliquando lypothymia, aut mors. Quare febrem quidem intermittentem ſecuram eſſe verè pronunciauit Hippocrates: quod non conſtet aliqua viſcerum inflammatione aut maligna putredine intra venas maiores (quæ vehementer & continenter cor laceſſat) ſed

ſed ſimplicem putredinem intermittentem non peſtilentem pronunciaſſe putauimus: vbi enim ad putredinem venenata putris materiæ qualitas acceſſerit: cur tetris vaporibus ſuis cor ipſũ per initia acceſſionum inſigniter & lethaliter illa nõ lædat? Nam ſi ſolitaria, & ſine febre peſtis necet: cur eadem initiis febrium intermittentium putredine comitata furenſque, necatura non eſt? aut hi humores venenis finitimi in parte aliqua diu & impune abditi intra paucas horas, ſi quo corporis animive motu excandeſcant) hominem perimunt, cur iidem, commouente & agitante putredine per initia acceſſionum ardentes turgenteſque, non perimant? in febribus quidem intermittentibus maligna putredo non eſt, neque etiam ſumma, tum ratione materiæ: qui humor eſt ſimplex, excrementitius minus quidem quàm ſanguinis ſingulæ partes, humidus: tum loci: cum intra venas quàm extra eaſdem magis ſit exuberans humiditas minorque perſpiratio. Poteſt tamen cum minori putredine deterior corruptela concurrere: cuius violentia multò magis quàm putredinis mors ægro comparetur. Venenata quoque qualitas tantiſper à foco putredinis in cor infertur: dum putredo ipſa viget: Ideoque vbi ſua materia, acceſſionis ardore, exhauſta digeſtaque eſt, feriatur deinceps, corque laceſſere deſinit.

Neque enim intermittentium cauſa ſemper intra venas maiores eſt: vnde ab inualida natura propulſari foras non poſſit, neque tota in cordis ſinubus coercita: tametſi inſpiratione ſæpe hau-

riatis: cum tranſpiratione quoque excipiatur: aut in cacochymis humoribus ſponte ſua aliquando concipiatur.

De accidentariis febrium peſtilentium differentijs.

CAP. X.

PRIMA igitur peſtilentium febrium diuiſio fuit, in tria genera: ex triplici ſubiecto, Spiritu, humore & corpore cordis, ex quo eſſentiales earum differentiæ & caloris ducendæ ſunt.

Altera diuiſio humoralium fuit per ſubiectam quoque materiam quadruplicem, vnde ſynochus & continens bilioſa, pituitoſa & melancholica.

Tertia diuiſio deinceps inſtituenda eſt per accidentarias differentias: quæ conſtitutas febrium ſpecies nõnihil immutant: ideoque ad curationem quoque pertinent. Ea verò multiplex eſt, vna in primarias & ſymptomaticas: has quidem, quæ phlegmonis viſcerum ſuccedunt: vt phreniridi, anginæ, Pleuritidi, peripneumoniæ, colicæ hepatidi, aphtis, partium putredinibus, abſceſſibus, eryſipelatis, & frequenter carbunculo, buboni

ni,& parotidibus: qui omnes affectus non per ſe, & propria eſſentia: ſed à venenatis humoribus tumorum authoribus cachoethiã & perniciẽ conſequuntur.

Altera eſt à ſæuiendi modo, in communes & particulares. Illas quidem vel epedimias ex aere corrupto oriundas: totique pene orbi, vel plurimis eius regionibus infenſas: vel Endemias ab expirationibus putridis aut annonæ prauitate, quæ vnicam regionem, aut vrbem infeſtent.

Sporadicæ autem & particulares, cum vnicum oppidum aut domum, aut vnum tantùm vnius familiæ ob propriam cacochymiam per victus errorem, aut ex contagio inuadunt: quæ tamen ſporadicæ in endemias tandem aut epidemias etiam aëre per expirationem aut tranſpirationem peſtiferorum corporum corrupto, commutantur.

Altera peſtilentium febrium diuiſio accidentaria eſt, quòd earum aliæ viros magis, quàm fœminas; Aliæ pueros magis quàm iuuenes & ſenes; aliæ calidas naturas magis quàm frigidas: & contra fatigare ſolent; ob varietatem ſcilicet temperamentorum cuiuſque magis vel minus aeri peſtilenti ſimilium: ex qua aptitudo corporum ad ſuſcipiendam vel repellendam peſtem diuerſa cuique exiſtit: ſicuti ex eadem varietate accidit: vt nulla peſtis omnibus omnium animalium ſpeciebus: vt hominũ, equorũ canũ, felum, piſciũ, & volucrum pariter eodemque tempore infeſta ſit: ſicuti neque idem venenum omni animalium generi pariter lethale & tabificum eſt, cum cicuta, ſturno,

veratrum Coturnici eſca ſit ſuauiſſima.

Quin potius ſingularum ſpecierum peſtes ſuo tẽpore vigere, intactis & incolumibus alijs animalium ſpeciebus omnibus cernuntur, quas ſibi inuicem communicare nequeunt: vt feles hominibus, vt homines equis & contra.

Tametſi quidam putet hominum peſtes in porcos transfundi ob carnis non animi ſimilitudinem.

Neque verò animalium tantum ſua peſtis eſt, ſed frugum quoque & plantarum communis (quæ ſyderatio vocatur,) quaſi fruges & ſtirpes de cœlo tactæ videantur.

Tertia earumdem febrium peſtilentium diuiſio accidentaria, eſt ex ſymptomatum varietate, quorum quædam febribus putridis ſimilibus communia ſunt, (& antea à nobis enumerata percurataque.) Alia propria, vt macularum genus omne, exanthematum, bubonum, carbunculorum.

Maculæ differunt, tum colore vt rubro puniceo, pallido, viridi, violaceo, liuido, nigro: tum magnitudine: aliquãdo ampla, vt palma: aliquando cubiti aut etiam maiori: vt dorſo etiam coxis, cruribus, brachijs, æquales ſunt: aliquando minori: vt vibicũ, id eſt, liuorũ flagellis inuſtorũ, aliquãdo minima inſtar morſus pulicum, prçſertim circa ſpinam, dorſum & thoracem: non circa frontem & vultum, (quòd ex eius laxitate facile exhalet tenuior materia) tum numero, aliàs enim plures, aliàs pauciores ſunt.

Differunt autem à papulis & exanthematis veterum: hæc enim tumores ſunt & ad ſuppuratio-

nem perducuntur. Ex maculis, quæ rubræ, ſanguinis quidem ſunt indices: nihil ominus peſtem quoque ſignificant: qua ſanguis labefactari: vt & reliqui humores poteſt. Igitur hæ macularum differentiæ omnes proprium febrium peſtilentium non tamen inſeparabile ſignum. Non enim illis ſemper accidunt, ſæpe etiam ſine peſte malignis febribus adueniunt. Sicuti & ſtrangulatis, & veneno iugulatis corporibus: ſed tantum breuiter & intra paucos dies caloris motu adhuc perſeuerante. Cæterum maculæ omnes & exanthemata, cuiuſcumque coloris, non ſolum peſtiferis corporibus viuis, ſed mortuis etiam ſæpe contingunt: non ſanè facultatis expultricis robore: quæ extincto calore natiuo omnino obliteratur: ſed caloris ſiue à natiuo relicti in partibus & humoribus: ſiue ex putredine, accenſi (ex quo etiam multorum cadauera paulo poſt mortem calidiora quam in vita ſentiuntur) quoquouerſum ruente impetu qui ſecum deducit ſanguinis feruidos adhuc ichores, impellitque in habitum: vnde improbabile mihi quidem videtur vulgare illud axiom, a mortuo animali extinctum eſſe venenum etſi enim peſtiferorum quidem hominum cadauera tandem calore natiuo orbata refrigeſcant: contagioſus tamen inteſtinæ putredinis eorum vapor, tametſi quàm è viuis adhuc ægris parcior quidem, ſed tamen, exſpirat.

Neque verò etiam pilorum vnguiumque in mortuis verum eſt, & ad excrementorum expulſionem referendum (quod cernitur) incrementum: ſed potius ad depreſſionem carnium, humorumque:

& ſpirituum conſumptionem: quorum multitudine in viuis pars illorum tecta latebat.

Neque etiam ſauciatorum vulnera poſt necem: facultatis eiuſdem expultricis ope cruorem (adſtante & tangente ſicario, eructant, (quemadmodum ijs, quibus celebratur phlebotomia.) Sed ſanguinis motu ſpontaneo ex recenti cõflictu etiãnum feruidi & vaporoſi: vel violentia ex compreſſo ſicarij digitis vulnere: aut agitatione corporis expreſſi: quod ſi ſauciati corporis calor omnis vaporque iam reſederit: nullaque vulneratæ partis durior tractatio: aut corporis pulſatio & impulſus violentior adſit, Dæmonis fraus ipſa cenſenda eſt: ſanguinem in vulnere (perdendi ſicarij cauſa, agitantis foraſque adigentis & commouentis. Ab eodem caloris motu macularum in cutem expulſio eſt, in quibuſdam veneno extinctis ſed intra paucas à morte repentina horas. Senſim enim tabefactis corporibus aut, iam diu enectis extincto prorſus calore nulla eiuſmodi eductio eſt. Eadem denique ex cauſa iugulatorum & ſuffocatorum liuores ortum ducunt, ex ſanguine in cutem effuſo refrigeratoque, capillaribus ruptis venis, caloris & ſpiritus impetu, faucium anguſtia eliſi, foraſque vberius & violentius euntis.

Quarta denique accidentaria diuiſio eſt à magnitudine duplici, id eſt venenoſitatis & putredinis: ſunt enim vtriuſque quædam penes intenſionem & remiſſionẽ diſcrimina (vtraque licèt impropriè, magnitudo tamen dicitur) ex ea igitur magnitudine, diuerſæ quatuor ſunt febrium peſtilentium diffe-

differentiæ, aut enim vtraque id eſt prauitas & putredo ſumma eſt: tuncque languidiſſimæ vires, & vehementiſſima ſunt ſymptomata: aliquando altérutra magna eſt, altera parua: vt ſi prauitas excellat, vires languidiores ſunt, calore interim putrido mitiori, eiuſque ſymptomatis leuioribus. Contra vincente putredine diuerſa eſt virium & ſymptomatum eius conditio & natura.

De peſtis ſignis prognoſticis.

CAP. XI.

FEbrium peſtilentium ſigna tripartita ſunt, prognoſtica, diagnoſtica, ideſt, demõſtratiua & amnaneſtica, recordatiua. Prognoſticorum duæ ſunt ſpecies, vna eorum, quæ imminentem moxque affuturam peſtem prænunciant, altera eorum quæ eiuſdem vigentis inſtantem euentum portendunt.

Primæ ſpeciei prognoſtica ſigna omnia à cauſis externis, interniſque ſuppeditantur, ab illis quidem, vt aeris corruptela primum, eiuſque effectricibus cauſis: vt conſtitutione calidiſſima apud Thuſcididem: vel cal. & humida apud Hippoco. tertio epidem. vt per æſtatem pluuioſam & minimè ventoſam, cœlumque turbidum: vel inæquale & autumnale in quo frigus noctu,

noctu,diu calor viget vt exhalationum putriū cum aere mixtione, apertis terræ antris ingentibus, & cloacis vrbum obſtructis, vt inſepultis hominum & animalium quam plurimis cadaueribus, plantarum, olerum, cloacarum & ſterquiliniorum: vt ſordibus mechanicorum & coriariorum: vt aquarum exundantium, paluſtrium, lacuſtrium, & ſtagnantium, lenta per æſtatem corruptione: deinde à contagio (quæ ſecunda eſt cauſſa externa) ex finitimarum vrbium, regionum & populorum peſtilentium commercijs, aut ventorum flatibus: poſtremo ab annonæ charitate ciborumque prauitate, quam feracior annus victuſque indulgentia excipiat.

Peſtis è terra originem præſagit: animalium è putredine naſcentium vt ranarum, ſerpentum, & reptilium, murium, talparum, luxurioſus prouentus, terræ crebri motus, è cœlo & aere meteωra frequentia: vt ignes volitantes, cometæ, ſtellæ cadentes, ex aqua, fluuiorum redundantia & imbrium ſine ventis.

Quid? quod animalium terreſtrium, aereorum & aquatilium fuga præceps, & frequens interitus, humanam quoque peſtem ſtragemque prodidiſſe ſæpe maiorum ætate legitur? tametſi enim ad impreſſionem peſtis neceſſaria ſit ſuſcipientis & inferentis ſympathεια: (hinc enim fit vt equi, boues feles peſtilentes ſuo generi magis quàm alieno ſunt contagioſi:) ſibique inuicem eiuſdem familiæ alumni magis, quam peregrinis venefici & exitioſi: Nihilominus homo non tam ob exquiſitiſſimam temperiem ſuam, quàm ob debilitatem corporis,

maximam, aliorum animalium peſte facilius tentatur, quàm ab humana inuicem eadem animalia percellantur. Piſcium quidem valetudinem alimenti ſynceritas & ſalſugo, iugiſque eorum & aquarum motus, facilè tuetur (vnde prouerbium de homine ſaluberrimo vt piſce magis ſanus dicatur) ijdemque à peſte facilè vindicari poſſe videntur: quòd aerem peſtiferum non inſpirent cum aquis non miſceatur: attamen circumfluì aeris temperie permutari, glacies, eiuſque liquatio demonſtrant. Ideoque aeris peſtifera alteratione maris ſuperficiem piſceſque contaminari poſſe, credibile eſt. Maximè verò cum ſubterraneis exſpirationibus venenatis, eaſdem aquas corrumpi poſſe contingat: quare humanam peſtem aliorum animalium ſtrage peſtilenti ſæpe portendi non temerè credimus.

Internæ cauſſæ ſigna quoque ſunt prognoſtica febrium imminentium peſtilentium, plethora, cacochymia, obſtructiones viſceq; omnis incontinẽtia) & præſertim veneris, qua vires debilitantur: cruditates multiplicantur, peſtique admittendæ habitus aperitur.

Huius prognoſticorum ſpeciei eximia vis eſt ad febrium peſtilentium præſeruationem, quarum impreſſio (ſummotis cauſſis internis ſæpe anteuertitur.

De

De ſignis prognoſticis euentus peſtis.

Cap. XII.

PRognoſticorum ſignorum ſpecies altera eſt quæ ſæuientis iam graſſantiſque peſtis exitum, tempora, modumque, præmonſtrat. Hęcque pars ad medici dignitatem imprimis ſpectat: vt vel curationem ſuſcipiat: vel eadem omiſſa, periculum ægrotantis propinquis prædicat. Hæc autem ſigna non ſimul cum ipſa febre incedunt, apparentvè (vt diagnoſtica, pathognomonica) ſed citius ſerius-vè eidem ſuperueniunt, vnde ἐπιγινόμενα nuncupantur.

Exitus quidem febris peſtilentis fere pernicioſus eſt: putredinis veneni & ſymptomatum magnitudine vitalem cordis facultatem & robur opprimente vel diſſoluente: niſi virium integritas veneni & putredinis leuitatem facilè repellat.

Quare ſpeciem exitus potiſſimum detegit virium ægri morbique ſedula & erudita interſe comparatio, ex functionibus & ſymptomatis inſtituenda.

Eſt autem ab aere corrupto & contagio magis, quàm à cacochymia interna grauis & contagioſa peſtis: nullique hominum ne temperatiſſimo quidem parcit: cum ab omnibus aer hauriatur.

Cum peſtis à cacochymia vulgus tantum inceſſat

ſat obuijs quibuſdam ſpurciſſimis cibis per famem præcedentem exſaturatum.

Eſtque initio ſporadica, tametſi epidemia tandem mutua hominum ſanorum ægrorumque conſuetudine euadat. Mortis igitur certiſſima ſigna ſunt metus & moeror, faſtidium cibi, color faciei liuidus, aut nigricans, frigus externarum partium, ardor inteſtinus, ſitis, nauſea, vomitus olidus, porraceus, aeruginoſus, ater, deiectiones fœtidæ, & verſicolores, vrina tenuis, ſine hypoſtaſi, aquoſa, fœtida, liuida, atra, craſſa: ſudores frigidi maximè particulares: vt frontis, colli, thoracis. Sanguis initio vndequaque erumpens, ſomnolentia, ſtupor, balbuties, anhelitus fœtidus, cordis palpitatio, obliuio rerum omnium, puſtularum & tumorum deliteſcentia, conuulſio lipothymia ſyncopè.

Horum ſignorum vires cauſſaſque in eo libello quem de prognoſticis ſuſcepi: ampliſſimè ſum proſecuturus.

Salutis ſigna prognoſtica ſunt exanthematum, macularum, bubonum, & carbunculorum tempeſtiuus emerſus: vnde robur earum præſertim partium, è quibus emicant: prudenter coniicitur.

Salutis quoque ſigna prognoſtica ſunt luculentiſſima: quæcumque funeſtis illis modo expoſitis ſunt contraria.

Tempus mortis varium eſt: vt primus, ſecundus, tertius dies: raro enim ſeptimus tranſmittitur: idque tum pro veneni & virium ægri robore vario: febriſque peſtilentia ſpecie, ſpirituoſa enim omnium acutiſſima & pernitioſiſſima,

tamet

tametſi enim ſymptomatum leuitate blandiatur, ægrum tamen decem vel viginti horarum ſpatio rapit: corruptis ſcilicet ſpiritibus cordis: omnium vitæ munerum & officiorum communibus inſtrumentis.

Eadem hecticarum pernities & rabies, & celeritas, & afflictio penitus cordis principatu & temperatio, euerſoque ſingulari vitæ domicilio.

Humorales longioribus inducijs indulgent ægro: cum humor vitæ minus quam ſpiritus ſit neceſſarius: nouoque commeatu in corde continenter ille inſtauretur, ex his autem ſynochus & cauſus acutiſſimæ ſunt, feréque ſemper lethales.

Mortis tamen tempus aliquando tardius eſt: cum ex decidentia & remiſſione febris ſubrepens tabes ægrum ſenſim conficit: ſalutis contrà ſpatium ferè breue eſt: valente natura totam corruptelam affatim, foras amandare, niſi tamen ab imperfecta criſi febris remiſſa, ſenſim poſtea exoleſcat.

Moritur denique æger vel ſpiritibus cordis corruptis: (per lipothymiam & ſyncopen) vel digeſtis per immoderatã, hęmorhragiã diarrhœam, ſudores, vel oppreſſis à tumorum retroceſſione. Contrà liberatur ęger humoribus vel expulſis maturè extra corpus: vel in partem ignobilem tranſlatis, vnde maculæ & tumores in ſuperficiem corporis extare ſolent.

De

De ſignis diagnoſticis febris peſtilentis.

CAP. XIII.

SIGNA diagnoſtica febris peſtilẽtis cognitioni curationiq; eiuſdẽ apprimè conducunt: ſuntque eadem partim febrium putridarum ſimplicium communia: partim venenatæ qualitatis propria. Vtraque ſanè è tribus fontibus haurienda ſunt, cauſſarum, ſymptomatum, & affectuum ſuperuenientiũ ſicuti anteà à nobis expoſitum eſt.

Primum illud à cauſſarum internarum & externarum paulò antè in prognoſticis enarratarũ præſentia: quæ proximam peſtem adſciſcant, foueantque, ſicuti & hoc à ſæuiendi modo: quod à febrium putridarum paſſim eodémque tempore graſſantiũ & plurimos iugulantiũ multitudine captari ſolet, communiſſimum.

Secundum genus à ſymptomatis varium admodum eſt, prout vel actiones læſæ ſunt plures paucioréſque: vel excrementa vitioſa: vel qualitates habitus mutatæ. Actio enim quædam animalis, quædam vitalis, quædam naturalis eſt. Animalis rurſus externa eſt, duplex: ſenſitiua, & motiua. Interna eſt triplex, cognoſcens, iudicans & recordans. cognitionis & iudicationis offẽſæ deliratio eſt, vel

mitior vel magis ferina,recordatio læſa,obliuio dicitur rerum omnium,quæ anteceſſerunt, ob vehementem cerebri intemperiem: ſicuti & deliratio ex vaporib.& humoribus acribus &malignis ſublatis, quarum etiam ſoboles eſt vigilia contumax,ſicuti eorundem frigidorum humidorũq; ſomnolentia.

Motricis actionis læſæ ſpecies ſunt, inquietudo, iactatio corporis, & palliorum deiectio : (ob putredinis venenique inteſtini impatibilem moleſtiam) anhelitus frequens & paruus(ob virium debilitatem refrigerationis neceſſitati coniunctam) ſpiritibusvel corruptis vel diſſipatis,rigor horrorvè(in acceſſionibus intermittentium & exacerbationibus continuarum)oſcitatio,pandiculatio, ex flatuoſorum vaporum copia,in ſublimiores oris & corporis muſculos è præcordiorum ſentina, expirante.

Ex ſenſitiuis actionibus guſtatus læſio vel abolitio eius in febre peſtilenti frequens, vt nullum ſaporem guſtando ægri agnoſcant.Vel deprauatio eiuſdem : vt alieno ſapore omnia percipiant. Idque tum à vaporibus tetris : tum ab humoribus alienis linguam aliaſque oris partes ſuffundentibus.

Odoratus extinctio quoque, & deprauatio accidit : vt cum fœtore omnia excipiantur, idque ob putredinem ſummam interiorem frequenter, ſicuti & viſus debilitas: vnde ægri lucem refugiunt,ob ſpirituum inopiam:auditionis læſæ deprauatio eſt ſibilus,tinnitus,tumultus,abolitio,ſurditas,omnia ab humorum vaporumque copia, inſtrumentum auditus aliunde ex humorũ putreſcentium

centium foco inceſſentium.

Tactus denique deprauatio, dolor eſt: vt capitis, ventriculi, totius denique corporis & ſingularum eius partium, ab humore è venis vltro citroque effuſo, & in habitû diſperſo, deprauatio eiuſdem eſt partium extremarum, extimarumque refrigerationis ſenſus: præcordijs tum valdè interim ardentibus: vt ſolam nuditatem ægri ferre poſſint (idque ob putredinis vehementiam, ſanguinem ſpiritumque ad thoracem & cor colligentis.) Naſus quoque & auriculæ, ſæpe etiam pedes & manus alſioſæ aut ſubfrigidæ etiam ſunt, tametſi ob ſummum humoris ex putredine incendium præſertim bilioſi intus foriſque exuri æger ſæpe ſibi videatur.

Vitalis facultatis deprauatio eſt cordis tremor & palpitatio: facultate eius expultrice humoris vaporiſque alieniſſimi inſultu perturbata: dolor pręardore eiuſdem motuque violento: ſuſpiria & pulſus ſemper frequens (: vel ob imminentem delirationem ſpirandique obliuionem: vel potius ob cordis aërem vberiorem captantis intemperiem,) ſed aliàs quoque magnus & velox, aliàs paruus tarduſque, frequentia enim refrigerandi cordis putredine ardentis neceſſitatem: ſicuti magnitudo & celeritas; virium robur comitatur. Contrà earundem ruinam paruitas tarditaſque, quinetiam pulſus ſanorum pulſui ſimillimus (excepta frequentia) aliquando apparet: ob minimam putredinem, febrémque: cum tamen febris ipſa ſit, ob venenatam qualitatem maximè exitioſa, vt de Hermocrate

notatur apud Hippocr. libr. 3. Epidem. comm. 8, ſect. i. Eſtque febris eadem ſæpe mitiſſima, tametſi exitioſa: quia à calore putredinis & veneni viribus oppreſſo, nulla coctio materiæ tentatur: à qua acerbiſſima quæq; ſymptomata maximè circa ſtatum ſuſcitari ſolent.

Naturalis facultatis ſymptomata ſunt in orificio vétriculi, appetitus, proſtratio: (facultate extincta ob venenatam qualitatem) ſitis aliquando nulla, tametſi lingua arida & nigricans ſit, ab eiuſdem facultatis ruina; aliàs implacabilis. Idque vel à vaporibus Solis: (& tunc potu delinitur) aliàs ab humoribus ſalſis & putridis, vel in linguæ ſubſtantiã immerſis, vel in cauitatem ventriculi conditis, (hęc ſola vacuatione ſedatur) nauſea quoque & ſingultus à venenata qualitate ſtomachum laceſſente, ſicuti fit etiã vomitio ab humoribus, cibiſ-vè corruptis, putrentibus, excrementa vel excrenentur, vel retinentur, præter naturam in corpore: quorum vitium triplex eſt: ſubſtiãæ, quãtitatis, & qualitatis. Sanguis autem aut criticè & copioſè è naribus, vtero, hemorrhoidibus emanat: aut ſymptomaticè, & parcè: (natura ſenſim labaſcente): aut ſtimulata à praua qualitate & acri (idque eſt ſanguinis ſolius vitium). Qualitatis excrementorum quorumlibet vitia ſunt: tum in colore: vt nigro, liuido, viridi, flauo: tum fœtore & malo odore: quorum omniũ, vel à putredinis vehementia: vel à veneni pernicie ortus eſt. Frequens autem eſt exerementorum alui per febres peſtilentes deiectio, exigua, glutinoſa, læuis, aliàs alba, aliàs viridis, crocea, fuſca; vrinę ſæpius variant, pro varia humorum putreſcentium ſpecie:

ſpecie:vt à pituita albicant,à bile flaueſcunt,ab eadem croceæ,& rubræ ſunt. A ſanguine rubicundiores:ab vſtione ſanguinis aut caloris extinctione liuidæ, fuſcæ,nigræ;ſic à cruditate tenues:ab ebullitione turbidæ : à putredine fœtidæ: à colliquatione oleoſæ : à flatibus mixtis,ſpumoſæ : aliquando tamen vrinis ſanorum ſimiles prodeunt:non quod febris peſtilens tum ſit hectica: (cum ſæpe ſit ſalutaris)ſed ob leuem putredinem humorum cum peſtilentiſſima antipathia coniunctam: ex qua febris hæc euadit lethalis, poteſtque ideo æger laudatis vrinis interire. Sudores aliquando copiæ vitium ſubeunt,ex colliquatione pinguis & carneæ molis, aliàs ad cutem,aliàs ad inteſtina & veſicam tranſmiſſa aliquando qualitatis etiam: quales ſunt diaphoretici,id eſt copioſi frigidique &ſyncoptici,qui vel vniuerſales ſunt : ob integram virium proſtrationem: alias particulares:vt qui circa frontem tēpora,collum & thoracem diffluūt.Deiectiones alui quorumlibet humorum poſſunt redundare: (atque hæc ſunt quantitatis excrementorum vitia) bilioſorum, pituitoſorum , melancholicorum , & ſanguinis: vel debilitata retentrice facultate:vel excretrice proritata. Eadem eſt ratio vomitionis ſymptomaticæ. Excrementorum omnium,maxime verò botij ſuppreſſio contra naturam omnino eſt: eáque vel à conuulſione,vel paralyſi, vel debilitate ſumma,vel delitatione orta.

Vltimum , ſignorum diagnoſticorum genus ab ἐπιγινομένοις & affectibus peſtilenti febri ſuperuenientibus, deriuatur,quales puſtulæ ante expoſitæ & exanthemata ſimilibus differentijs puſtularū

diſcreta: vt pone aures vbi parotis, ſub axillis & inguinibus vbi bubones & phygetla vocantur. foris denique puſtulæ & vlcera, id eſt aphtæ.

Tertium denique ſignorum genus eſt recordatiuorum: non à prægreſſis tantum cauſſis externis interniſque, & comitantibus febrem affectibus: ſed à cadauerum proprijs quoque accidentibus: vt à maculis ſtatim ab interitu erumpentibus: maximè verò ſi cadauera ipſa aceto feruido lauentur. A fœtore eorundem grauiſſimo mollitie & laxitate ob ingentem putredinem.

De præſeruatione peſtilẽtis febris per cauſſæ externæ correctionem.

CAP. XIIII.

CVRATIO duplex omnino eſt, vna morbi præſentis, altera imminentis. Illa priuatim therapia, id eſt curatio dicitur, hæc prophylaxis i. præſeruatio nuncupatur, illius neceſſitas vſuſque à ſignis diagnoſticis: huius à prognoſticis oſtenditur: quæ ex cauſſis ducuntur externis interniſque (de quibus ante) cuiuſmodi illæ quidem ſunt: tum aër quauis occaſione grauis & peſtifer: tum contagium ſeminarijs vicinarum regionum à vento hominũque conſortio delatis, tum annonæ vitium frugũque corruptela. Cauſſæ internæ ſunt plethora, cacochymia,

cochymia, & viſcerum obſtruſtio. In quibus corporum præparatio verſatur(quæ cauſſa eſt ſine qua non.) Curatio prophylactica conſtat vtriuſque cauſſarum generis auerſione, viribuſque remediorum contrarijs maturè ante peſtis inuaſionem adhibitis per diætam, pharmaciam, cherurgiam. Illam autem deinceps perſequemur exordio ab aëre eiuſque emendanda corruptela ſumpto ab intemperie, prauarum exhalationum mixtione propriáque ſubſtantiæ corruptione. Deinde à cauſſis internis ſine quibus non, vt plethora, cacochymia, & obſtructionibus viſcerum ſubtrahendis. Hic Gal. lib. 1. de febribus cap. 4. vnum primũque in omnibus febribus peſtilentibus fugiendis ſcopũ eſſe docet: vt corpus benè ſpiret, vacetque excrementis, tum vt præpotenti cauſſæ ſedulò occurrat (quæ aeris eſt intemperies & peſtifera conditio) aeris igitur intemperies frigidior mutanda non eſt: quæ febrium generi iſti tam vehementer aduerſatur: vt eam nũquam parturiat: ſæpe etiam eandẽ prioribus tempeſtatib. accenſam, reſtinguat. Aeris ſiccitas quælibet exuperans corporum ſalubritatẽ tuetur: humorum quoque corruptelam& putredinem prohibet: niſi flagrans caliditas cum eadem conſpirans eoſdem vſtione corrumpat.

Caliditas aeris exurens: cui corrumpendorum humorum eximia vis eſt modis omnius temperanda eſt. In methodo noſtra vniuerſali curandarum febrium paulò antè enarratis. Humiditas denique luxurians ſemper coercenda eſt: tum victu ſicciore: qui tamen calore per aeris

mutationem & frigore euariet, tum ignibus publicis priuatiſque foris & domi accenſis, ſed his magis, minuſque luculentis pro caloris vel frigoris ad humiditatem acceſſione.

Altera aëris à peſtiferis vaporibus mixtis corruptela, ſubtrahitur: tum antecedentis cauſſæ (quæ materia eſt, vnde praui exſpirant vapores) remotione: tum coniunctæ vaporúmque ipſorum putrium conſumptione. Itaque terræ hiatus, aut claudātur: aut illatis lignis odoratis incenſiſque oppleantur: cadauera quorumlibet animalium plantarúmque inhumentur ſcrobibus altis: & operiantur multa terra admixta calce, ne quid olidum inde & peſtiferum tranſpiret vel crementur ab vrbibus viciſque longius, ne vicinus fumus pernicioſus incolis obſit, ſterquilinia quoque fœtida ſordidáque, cloacarum obſcœnarum inquinamenta, oppidorum aut ædium priuatarum, longius exportentur ſtagnantes aquæ putres vel excludantur emiſſarijs apertis: vel permixtis purioribus corrigātur. A puris quoque & vicinis aquis viroſe plantæ vt linum, cannabis, buxus, nerium braſſica, ſpartum, efferantur, vel quæ ab ijs iam corruptæ ſunt, aquæ, exhauriantur & quouis modo abſorbeantur. Cauſſa verò coiuncta id eſt putres & venenati vapores aeri mixti, alias à natura diſſipentur: dum violentis ventorum flatibus diſcutiuntur, alias à vehementi frigore, aut calore & ſiccitate ſuccedētium tempeſtatum conficiuntur. Ars quoque eoſdem prauos vapores ſummouet, ignibus accenſis, lignorum odoratorum: qua parte illi attolluntur: ſuffitibus & odoramentis veſtium ædiúmque franguntur.

guntur. Æſtate frigidis, hyme calidis : quorum eſt apud practicos authores maximè Hollerium ingẽs ſylua. Sic Hippocr. aduentantem ex æthyopia peſtem reſtinxiſſe: & Acronem Aggrigentinum narrant hiſtoriæ. Sæpe etiam vapores eoſdem bombardarum bellicarum fulmina & tonitrua ex oppidis diſpergunt.

Occulta deniquè aeris corruptela propriáque putredo à celeſtibus cauſſis orta, non niſi precibus pióque Dei cultu compeſcẽda. At quæ ab elementaribus cauſſis & intẽperiebus aeris terriſque exſpirationibus eſt, expoſita modo methodo profliganda.

Contagium, quæ ſecunda peſtilentiæ externa cauſſa eſt, ab hominibus quidem qui ſuæ ſpontis ſunt, facilè declinatur, celeritate fugæ antequam graſſari peſtis cœperit: & longinquitate in regionẽ ſalubrem, ab omnique peſtiferorum hominum cõmercijs vaporúmque inquinamentis alienam (modo ne ſeminaria labis fugientium veſtibus deferantur: tardóque reditu, vt tribus nempe ab extincta peſtilentia: mẽſibus ſani enim inſuetíque cœlo peſtilenti aſſuetis peſte contaminantur facilius.

Ab alijs autem, quorum eſt neceſſaria coactáque in vrbe peſtilenti mora, vel quod magiſtratu funguntur: vel coniugum & liberorum ſtudio & pietate teneantur, quos abducere nequeant: vel cõmeatus inopia laborent. hac arte domi foriſque præcaueri poſſit tum exigua ſynceráque aeris reſpiratione: tum domeſticis animalibus, vt canibus præſertim & felibus trucidandis: hominum conſuetudine & colloquijs vitandis, veſtibus ſæpe mutãdis:

(quæ præſertim lineæ ſunt,laneæ,goſſipinæ,& per fumandis igni gratiſque odoramentis: vento quoque boreali euerberandis:& aquarum imbriumque potione purgandis. Mortuorum cadaueribus diligenter inhumandis:eorumque miniſtris longius ablegandis : per 40. dies, veſtibus eorundem linteaminibus aliáque ſupellectile,vel conbuſta, vel perpurgata ſuffitu,vento,aqua, (vt modo dicebamus)emundatis cubiculis,omnibuſque peſtis ſeminarijs ex ædibus diſiectis. Alia quoque præcauendi contagij ratio eſt, victus frugalis: (à quo omnis intemperantia abſit,luxus fameſque,& euchymus : à quo acria omnia, vt cæpe,porra,allia: & inodora quædam, vt braſſica, legumina & horarij fructus, ſubmoueantur, ſed frigida ſiccaque edulia & condimenta acida vſurpentur. Eſt enim victus ſcopus ne corpus intenſius incaleſcat humeſcatque:ſitque inde putredini & febri aptius. Victus tamen,quam alijs peſtis cauſſis, aeris conſtitutioni magis ſit aduerſus: vt hyemali calidior,æſtiuo frigidior exercitatio quoque moderata ſit,non vehemens & laborioſa, ſine curſu, chorea,ſaltu,equitatione duriori, magiſque præcipiti, conſtetque deambulatione, in ſublimiori loco, hora potius veſpertina,quam diurna,tunc enim aer craſſior eſt, minuſque agitatus &penetrabilis,ſed maximè matutina,(diſcuſſis à ſole vaporibus) frictio quoque matutina è ſola manu multum proſit, ſine aceto aut oleo (niſi habitus rarior aut denſior aliter ſuadeat, venus omninò fugiatur: aut rariſſima admittatur, ſomnus longior ſit, nocturnus præ-

ſertim

ſertim & in conclaui acuratiſſimè clauſo:& ſuauiſſimis odoramentis perfumato.

Symptomata grauiora: vt mœror, metus graueſque curæ, ſtudioſè declinentur ſoláque tranquillitas & animi ſecuritas excolatur. Excrementorum denique quotidianorum acurata expurgatio maxima vi præſtat, effugiendi contagij, vt vrinæ ſtercoris cruditatum: hæc autem vomitione leni, ſi inædia non percoquantur, maturè excludantur: vt ex mellis roſati vel oxymelitis ſimplicis ℥.ij. cum ptiſſanæ ℔.j. tepidè propinatis. Fæces quoque aut præmanſis mollioribus cibis per horam vnam vel duas ante duriores accelerentur: vt caricis, paſſulis, prunis, damaſcenis, coctis aqua cum ſaccharo: iure pullorum ſacchatato tum etiam clyſteribus mollibus, aut eccoproticis: vt caſſiæ medullæ per horam antè prandium ℥.j. pondere exhibita. Communes pillulæ & peſtilentiales Ruffi dictæ ventriculi & inteſtinorum excrementa exonerant: & à putredine tuētur: roborata facultate vitali (æſtuoſo tamen cœlo naturæque calidiori fugiendæ (recipiunt aloës hepaticæ ℨ. ji. myrrh. ℨ. j. croci ℨ. ß. cum ſyr. abſynth. vel acetoſo vel aquæ ſcabioſæ fingantur, aloe enim purgat: myrrha putredinem arcet: crocus facultates ſuſtinet. His pillulis præferuntur elephanginæ (vbi fluxus hæmorrhoidum metuitur, cardiaca facultate ex aromatib. concepta valentes, dandæ autem ſunt molliores quælibet pillulę eccòproticæ ℨ.j. pondere in tribus doſibus

doſibus vel quotidianis, vel alternis diebu:s vrinæ denique prouocentur, vel emulſionibus, vel ſeminibus frigidis maioribus in iuſculis incoctis per æſtuoſũ cœlũ, vel radicibus & ſeminibus aperiẽtib. vt apij, petroſelini, fœniculi, eryngij (per aëris algorem.) Seroſa quoque excrementa exhauriunt vlcera tibiarum, brachiorũ & ſcroti à cauſticis aut, á ſetone inflicta. Tertiæ denique coctionis excrementa liberant frictiones matutinæ, leueſque deambulationes, paulò antè memoratæ. (neque enim ſudor cœlo peſtilenti exprimendus eſt) quin etiam contagium reſpuunt & infringunt odoramenta ſuauiá inſpirata, corpori, & veſtibus aſperſa: vt poma odorata: corollæ moſcatæ carpo & collo alligata, chirothecæ, vt dicunt, perfumatæ, manuum & faciei lotio è liquoribus fragrantibus, cordis vnctiones odoratæ, emplaſtra & ſacculi cardiacarum plantarũ puluere facti: tum etiam ex internis alexipharmacis quæ vel ſimplicia ſunt: vt bolus armena terrá ſigillata lapis bezoardicus cornu monocerotis, & cerui, corallum, ſmaragdus, moſchus, ambra, ex quibus vel pulueres, vel tabellæ, vel etiã cum idoneis conſeruis opiatæ conficiãtur, ſunt conpoſita etiam vt mithridatium, theriaca, confectio alkermes: & multæ conſeruæ vt bugloſſi, borraginis, cichorij, anthos: quæ omnia (ſicuti de victu paulò antè moriebamus) aëris conſtitutioni ſunt opponenda: vt hyeme, calidiora æſtate frigidiora vſurpetur. Non defuerunt qui venena in peſtis quoque præcauendæ auxilia vocarunt vt hydrargyrum, ſublimatum, & auripigmentum inter ſericos carmeſinos pannos dextrę thoracis regioni cõtinẽter appoſita

(ne

(ne vel acrimonia cuti, vel venenoſo halitu cordi appoſito inſidientur:) vel quod conſuetudine veneni ſecuritatem cordi contra peſtem comparari putarent(ſic etiam alij latrinarum olfactum matutinum laudarunt, ſic canum ſtrage Sarmatæ peſtem debilitari, credunt vtrique valdè imprudenter, cum fœtore horrendo ſpiritus tum valdè labefactentur: vt le pothymia ſępe ſuccedat & mors) vel certè antipathia peſtem infringi: qua venena venenis etiã aduerſari conpertum eſt. Hinc theriaca ex carnib. viperinis conflata venenis omnibus repugnat, vel certè internum peſtis venenum foras attrahi ab externo veneno(præ generis ſimilitudine) attractumque caliditate eiuſdem & ſiccitate conſumi.

De præſeruatione peſtis per cauſſ. internæ remotionem.

Cap. XV.

ALTERA præcauendæ peſtis ratio poſita eſt, in procliuitate corporum ad peſtem ſubmouenda: quæ à cauſſa triplici(vt ante docuimus, naſcitur: plethora, cacochymia, & obſtructione, meatuũ. Plethora igitur aut ad vaſa, aut ad vires eſt. Illa per obſtructionem vaſorum, putredinem, febréſque putridas(ſynochos) accerſit, diuulſis vaſis ſanguinẽ in viſcera, (ingentibus, phlegmonis, effũdit: aut calorẽ innatum enormi ſua copia, opprimit, itáque

plethora

Digitized by Google

plethora iſta venæ ſectione protinus exhaurienda eſt: quæ non ſoli redundantiæ, ſed viribus etiam reſpondeat:neque enim amplitudo pororum ſine interno calore copioſiore allicit aerem: vt in ſenibus palam eſt: qui rariori, quam iuuenes, ſunt, habitu, quæ autem ad vires eſt confeſtim quoque ſoluenda eſt, ne humorum corruptelam virium & caloris debilitas inuehat: quam peſtis promptiſſimè adoriatur: ſed ſolutio hæc doctioribus ſine phlebotomia probatur: vt per inædiam crebráſq; & leuesalui ſubductiones, ſomnos leuiores, frictiones duras, motuſque & exercitationes moderatas, expleatur quod per phlebotomiã diſſipatis ſpiritibus calore diſſoluto & humoribus commotis peſtilẽtẽ aerem promptius admitti: ægriuſque ab imbecilli natura, poſt phlebotomiam emitti credant. ſicuti hauſtum à phlebotomia venenum, acrius ſæuire ſolitum eſſe ſciunt. Ideoque ſub cœlo peſtilẽti humorum conturbationem ſpirituumque diſſolutionem fugiendã eſſe, æſtate potiſſimũ & hyme. Illic enim abſũptio refrigeratioque caloris eſſe ſolet: & vtrobique naturæ proditio, neque rurſus ad præcautionem tam efficacib. remedijs, quam ad curationem naturam iuuandam eſſe, at cœlo tamen nõdum peſtilenti, & verna tempeſtate, vel Autumnali, libenter phlebotomiam vſurpant. Iidem etiam ſi plethora ipſa eſt, è ſuppreſſa ſolenni aliqua euacuatione, vt menſium, hemorrhoidum, hemorrhagiæ, eandem vacuationem præciſa idoneo loco vena reuocant: Iam verò cacochymia duplex quoque eſt, ſimplex vna, quæ naturalium eſt excrementorum redundantia. Altera deterior eorundem

exerc

excrementorum vitioſa qualitas, & ſubſtantia: vtraque ſanè purgatione matura ſubmouenda eſt: cuius genus à cacochymiæ ſpecie indicatur: vel cholagωgum, vel phlegmagωgũ, vel melanagωgũ, vel hydragωgum: rurſus cuiuſque generis via ac doſis, tum à ſede cacochymiæ purgandæ, tum ab eiuſdem ſubſtãtiæ tenuitate, craſſitie, lentore, friabilitate, mollitiæ, duritiæ, conijcitur, (ſicuti à nobis antea luculentis exemplis expreſſum eſt,) ergo pueriles & delicatiores naturas tutò purgaueris ex manna, caſſiæ atramento, ſyr. viol. & roſaceo & de cichoreo (vtroque ex pluribus infuſionibus) tamarindis vel ſenna, agarico, rheo vel infuſione in aquis fumariæ, lupulorum cichorij vel decoctione cum fol. fumariæ, borraginis, capillorum veneris an. M. j. ſennæ, thamarindorum & epithymi anna ℥. ß. cum ſeminis aniſi ʒ. j. vel diſſolutione cum decocto galli veteris & ruſſi. At viribus validioribus, tempore verno, & autumnali: & cacochymia copioſiori, acrioribus: vt ex diacarthamo de ſucco roſaceo & diaphœnico & de pſyll. electarijs, potus futurus eſt. In his autem purgationibus ad præcauendam peſtem deſtinatis accuratiſsimè aduertendum eſt: ne in eas maligna vlla & venenata medicamenta: cuiuſmodi ſunt, antimonium, puluis ruber, ſcammonium: inferantur, ſed mitiora tantum adciſcantur ijſdemque alexipharmaca quædam, tum ſimplicia, tum compoſita permiſceantur obtundendæ eorum venenoſitatis quantacumque ſit gratia. Cæterum ſingulis purgationum

tionum validiorum ſpeciebus & differentijs præponenda ſunt coquentia, id eſt præparantia apozemata, iulepi, aut electaria ſolida molliavè: addiris etiam quæ priuatim peſti aduerſantur, & viſceribus infirmioribus opitulétur: indicatur autem coquentium genus humori purgando contrarium, peſtique profligandæ idoneum, cuiuſmodi ſunt inter coquentia bilem, acetoſa, ſuccus mali limonij & citri; ex vnius exemplo congruam aliorum humorum coquendorum materiam ſelegeris. Purgationibus iſtis reſpondent phlenigmorum exulcerationes, cauſticorum vſtiones, hemorrhoides, vlcera, fiſtulæ extremorum, & ſcabies corporum, quæ idcirco peſtilenti tempeſtate, aut ſinenda, aut euocanda etiam ſunt, vt ichores humorum putredini imprimis opportunos cótinenter profundant. Obſtructionum denique cauſæ ſunt triplices, copia humorum, craſſities, & lentor, quæ vt delenda ſunt, in cacochymiæ & plethoræ medicatione modo exponebamus.

De præſeruatione per cordis corroborationem.

CAP. XVI.

HACTENVS de cauſarum peſtis omnium tum externarum tum internarum (ſine quibus non) ſubmouendarum ratióne tranſactum eſt, his omnibus aprimè neceſſaria: qui peſtilenti loco nequaquam cedere poſſunt quare vacuationibus iſtis alteratio-

nibus

bus & præſeruationibus ſubiungenda eſt deinceps alia ſpecies præſeruationis id eſt cordis & viſcerũ corroboratio: per alexipharmaca interna externaque: quæ venenatam luem peſſundent. Porrò ex illis quædam quoque ſunt calida, alia frigida: quæ pro aere, regione, tempore, ætate, & natura ægri varianda ſunt; ex admouendis ergo quædam ſimplicia ſunt, vt lapides pretioſi, granatus ſaphyrus, ſmaragdus hyacinthus, corallium topaſius, agathes, qui vel geſtãtur annulis: vel regioni cordis & ſtomachi appenduntur: ſicuti cornu cerui & monocerotis. Alia ore continentur & maſticantur: à quibus halitus ad partes vicinas deſcendat, radix angelicæ, zedoariæ enulæ campanæ, cucumeris agreſtis, in aceto infuſa. Gentianæ, tormentillæ, ariſtolochiæ rotundæ cortex mali citri aurancij limonij aridus: folia lauri, verbenacæ, & pimpinellæ.

Facies quoque os & manus abluantur, oxycrato, aut aqua odorata, olfaciant poma odorata, vt aurancia, limonia, caryophyllis, præſertim confixa: & ſerta ex foliis & floribus odoratis; poma ex aromatibus confecta: ladano, ambra grizea, ciueta, moſcho, pulueres ex iiſdem odoramentis confecti, & in ſacculos redacti, cum panno coccineo ſupra pectus geſtentur; vel ſubuculis & veſtibus interponantur, Epithemata, vnguenta, linimẽta viſcerum, cordis & hepatis intemperiei potiſſimum calidæ opponantur: ex aſſumendis autem alexicacis quædam ſunt ἁπλεῖα & ſimplicia: tum calida: tum frigida, illa quidem vt fruſtulum panis aſſati vinoque imbuti generoſo manè ſumptum. Carica vna

cum nucis non ranſidæ dimidio & foliis rutæ iiij. aut v. Puluis hyperici pondere ʒ.j. cum vino:aqua bugloſſi diluto. Grana iniperi maſticata & deuorata,allia maſticata;frigida ſunt; vt panis in aceto, vel ſucco limonij,aut arancij infuſus:coclearia duo ſucci malor.punicor.acidorum; quatuor aut quinque folia acetoſæ per noctem in acetum merſa, vrina pueri abominabilis eſt; aqua vitæ humorum incendio noxia eſt. Ex compoſitis internis calidiora numerantur electarium aromaticum roſatum,diambrę,de gemmis,diamoſchi dulcis,theriaca magna & mithridatium; frigidiora ſunt trochiſci de terra ſigillata:electarium diatragachantum. Puluis bezoardicus, puluis de bolo, opiatæ efficaciores ſunt tum pulueribus: tum tabellis: quæ ex conſeruis idoneis & mixtis pulueribus cardiacis coagulari ſolent, quæ omnia per ſingulos dies bis, concocto prius cibo ante paſtus commodè vſurpentur, horum omnium exempla legeris apud practicos autores.

De

De curatione peſtilentis febris per diætam.

CAP. XVII.

HVIVS quoque generis febrium peſtilentium putridarum ſcilicet, & humoralium, tria quoque ſunt remediorũ genera. Diæta, pharmacia & chirurgia,(hecticæ enim peſtilentes, ſicuti & ephemeræ, incurabiles ferè ſunt: niſi hæ in putridas ſubinde conuertantur.)

Diæta, quæ rerum ſex non naturalium vſum complectitur, ſumendarum, excernendarum, admouendarum,& exercendarum, ſcopis tribus nititur:idonea ſcilicet quãtitate, qualitate, cõgruoq; vſu. Diæta quidẽ febriũ cauſis internis: vt humoribus putreſcentibus:aut putredini vicinis: & externis, vt cœli temporis & regionis conſtitutioni aduerſa eſſe debet: quarum omnium curatiuæ indicationes aliàs cum febre ipſa conſentiunt:aliàs ab eadem diſſentiunt: tumque diætæ contrarietas potentiori indicationi opponenda eſt:aliis tamen debilioribus non neglectis.

Aer itaque æſtuoſus (ſiue cœli & temporis, ſiue regionis cauſa in)febre bilioſa & ſanguinea refrigeretur intenſiſſime:in pituitoſa eadem vel melancholica,mediocriter:(qui tamen ore ſolo & na-

ribus inſpiretur: habitu nudo nequaquam tranſpiretur) idem frigidior temperetur: tantumque intepeſcat: non acrius incaleſcat. Peſtilens aeris qualitas pariter obtundatur alexiteriis; perfuſionibus conclauium, ſuffitibus, & odoramentis frigidioribus quoque: vel calidioribus, pro aeris eiuſdem natura cuius in omnes partes alterandi, purgandique à peſtilentiæ ſeminariis ratio eſt omnis in præſeruatione expoſita: obſonia fere omnia peſtifero ægro maximè aduerſantur, vt ſoli fere euadant, qui tanto faſtidio fortiter obſiſtunt (Hippocrate autore tertio epidem verſu 58. & Galeno commentatore) ideoque ad ea ſumenda accuratiſſime inuitandi ægri ſunt.

Ciborum igitur qualitas medicamentoſa à febre ipſa indicatur frigida humidaque: ſubſtantia eorũdem, euchyma εὔπεπτος minimeque excrementoſa: ab internis eiuſdem cauſis, quæ putredini vt frigida ſiccaque & venenatæ qualitati repugnet: cibi denique ipſi à viribus ſeruandis propriè adhibentur: ſed qui, vt dictum eſt, medicamentoſa facultate ſua febri cauſiſque eiuſdem internis obſiſtant. Tales ſunt iuniorum pullorum, capponum, gallinarumque carnes, vitulorum, hœdorum, veruecũ, perdicum, pippionum, atagenum. Auicularũ montanarum, nemoralium & campeſtrium, lepuſculorum & cuniculorum iuniorum. Talia ſunt earumdem carnium elixatarum iura, & fercula in iiſdem elixata: vt ptiſana, panatella. Talia earumdem elixatarum, vel aſſatarum contuſa mixtaque cum iuſculo alterante, & cribro denſo tranſmiſſa, collatitia iura vocantur, talia earumdem carnium

bulliendo

bulliendo eliquatarum & tabefactarum iuſcula: quæ vulgo gallico vocantur conſumata. Talia earundem aſſatarum expreſſa & tortiua iura: talia quoque cōcreta iura gelatinæ dictæ, tales denique earumdem carnium aquæ, ex alembicis vitreis, id eſt ex balneo mariæ, deſtillatæ: quib. inter diſtillandum conſeruæ, cardiacæ, herbæ, ſemina, aquæ ſtillaticiæ & pulueres cardiaci permiſceantur: de quorum exemplis lege de curatione tabis in hectica febre, quæ dictauimus. His autem ciborum formulis quæ putredinem & venenatam prauitatem retundant, permiſceri oportet, vt herbas acetoſam, vlmariam, ſucciſam, myrrhidem: & ſemina, vt acetoſæ mali citrij; vt pulueres margaritarū, lapillorum precioſorum, ſaphyri, hyacinthi, vnicornis, cornu ceruini, coralli rubri, oſſis de corde cerui, Rhynocerotis, & lapidis bezoardici, &c. à quibus omnibus nouam temperiem facultatemque prædictæ carnes iuraque earumdem conſequantur. Condimenta quoque ciborum omnium ſint acida, ex aceto ſaccharato, aut acetoſis ſuccis: veluti oxalidis malorum aranciorum, limonum, citriorum, granatorum. Dulcia omneſque melliciſſimi & ſaccharatiſſimi tanquam aptiſſima putredinis febriſque fomenta, ab ægrorum menſis abducentur. Materia autem potus in febris principio, cruditate vigente, non aqua quidem ſimplex, ne hopochondria tumefaciat: magiſque obſtruat, non vinum quodlibet dilutum: ne cruda inde materia turgeat & efferueſcat, non rurſus cum ſaccharo aut melle cocta: ne aut bileſcat, aut ſit nau-

ſeabũda. Non denique cum ſuccis acidis nimiſque aſtringentibus mixta: vt granatorum,berberorum & omphacij, ſed commodiſſima eſt aqua ptiſſanæ, vel aqua cocta, mixtaque cum iulepo alexãdrino, vel cum ſyrupo acetoſæ: vel oxyſſach. ſimpl. (non violato aut adyantino ob dulcedinem) ſed febris augmento apparentibus iam coctionis ſignis, vinum oligophorum,nõ dulce nimis,aut aſtringens, aqua cocta dilutum,propinetur. Niſi cephalalgia aut delirium imminens metuatur: quorum vtrumque infuſo in hoc vinum pane toſto, vaporibus abſorptis,aquaque affuſa declinatur:viribus tamen quocumque tempore labeſcentibus, eodem viuo prudenter ſuccurritur.

Ciborum quantitas indicatur proprie quidem à viribus:à febrê per accidens: ab illis quidem : vt reficiantur,non opprimantur copia:aut diſſoluantur inopia. Quare vbi valẽtes adhuc ſunt:vt primis febris diebus modicè alendæ ſunt,vt ſuſtineantur: neque à febrificæ materiæ elaboratione euocentur. Vbi languidæ:cõſequentibus temporibus parcius alendæ ſunt: ſed crebrius tamen vicibuſque multiplicatis:vt frugalitas victus crebritate eiuſdẽ ſuppleatur: viribuſque ſenſim recreandis conſulatur. A febris autem ſpecie acutiori quidem parcior: à minus acuta vberior victus permittitur. A primis quoque temporibus copioſior:ob maiorem coquendæ materiæ neceſſitatem, viriumque conſtantiam. Poſterioribus, parcior: ob maiorem morbi impetum, materiæ cacoethiam, & virium debilitatem.

Potio

Potionis quoque quantitas ciborum rationi reſpondeat: ne aridior chylus cruditatem nidoroſam: liquidior acidam ſtomachique inflationem, & capitis grauitatem pariat: ad vſum referuntur forma, tempus, moduſque ſumendorum ciborum: forma quidem indicatur in principio media, à caloris viriũque mediocritate: vt hordeatorum, panatellarum; conciſarum, & contuſarum, cribratarumque carnium. Reliquis temporibus quibus iam natura ingraueſcente morbo, infirmior, liquida: vt expreſſa iura carnium toſtarum, ſtillatitia, vel concreta vel eliquata: molles enim liquidique cibi, duris, ſolidiſque facilius multo coquuntur, ab imbecillo calore, & diſtribuuntur. Ideoque nuſquã integræ carnes ægris in hac febre debilioribus ſunt apponendæ; tempus ſiue occaſio alendi ægri à tẽporibus particularibus & acceſſionum intermiſſionibus, ſi interpolatæ ſunt, indicatur: ſin æquales ſint & continuæ: vt in ſynocho, conſuetis per ſanitaté horis. Sin deniq; inæquales & continuæ, in remiſſione tantũ: niſi virium caſus in quacumque febris ſpecie prædictas cibationis horas anticipare cogat.

Modus denique alendi ægri à conſuetudine indicatur, ab ætate quoque, & tempore anni, ſed & à viribus præſertim ipſis: quæ quanto debiliores ſunt, tanto crebriorem victum, vt ſuſtineantur, parcioremque: ne opprimantur exigunt: & contra. Eadem ratio potionis ineunda eſt. excrementa omniũ coctionũ vt ſtercora, vrinæ, ſudores tardi⁹ prodeũtia, remediis in præſeruatione expo-

ſitis ſunt euocanda, hæc enim coctionem iuuant; febrem non accendunt: neque inſpirationẽ augent copioſioris aeris. Somni & vigiliæ exuperantia abſit: illius quod impenſius humectet, huius quod exſiccet. Somni importunitas duris artuum torſionibus, arctiſque eorumdem deligationibus: cucurbitulis, humidis, ſiccíſque ad ſcapulas, & collum affixis, ſuffitibus ex ſpongia, plantarum calidarum in aceto decoctis imbuta prohibetur. Vigiliarum contumacia compeſcitur tutius refrigerantibus externis: vt frontalibus, vel oxyrrhodinis: vel vnguentis vt populeonis fronti & temporibus inducendis, vel ſuffitibus cum aqua roſarum, & florũ, ſeminumque frigidorum in aqua dulci coctorum, cum pauco cotone excepta: vnctionibus frigidis pedum, carporum, & plantarum, vel balneis tepidis, & fotibus eorumdem.

Narcotica autem languidas vires caloremque natiuum intus obruunt, & extingunt, leuiora non obſunt: ſiue potiones ſint: vt ſyrupi de papauere, hora ſomni: ſiue conſeruę vt roſarum & nenupharis cum aqua potabili, ſiue electuaria, vt requies dicta: nam phylonium vulgo nuncupatum calidius eſt in febribus.

De

De curationis febris peſtilentis remediis.

CAP. XVIII.

REmediorum duo ſunt genera, vnum vacuantium, alterum alterantium. Illorum differentię quatuor ſunt phlebotomia, purgatio, ſudatio, & mictio: horum, duę vna alterantiū qualitate manifeſta: vt caliditate frigiditate, altera alterantiū occulta, duplici, cardiaca ; & alexipharmaca. Illa corroborat, hæc veneni vim debilitat: eſt enim huiuſce febrium peſtilentiū generis cauſa proxima duplex: putredo, & venenata qualitas: putridarum aliarum vnica, ſcilicet putredo. Itaque peſtilentium (inſtar aliarum putridarum, indicationes curatiuæ principes duæ ſunt: vacuatio & alteratio: quare non leuiter ferendus eorum error eſt: qui hanc febrium peſtilentium ſpeciem, ob venenatam qualitatem (in qua vna ſpecificam earumdem formam collocant, ſolis antidotis oppugnandam eſſe cenſent, ſine obſtructionum apertione: cauſarumque obſtruentiū vt plethoræ, & cacochymiæ amolitione, ſine qua tamen putrida febris nulla extingui verè poſſit: virium fortaſſe debilitatem illi metuunt: ne vacuatione commora, peſtifera qualitas in cor citius & ferocius irrumpat: ſed enim pro virium modo vacuationis temperandus modus eſt: venenique pars

cum humore ſubiecto ſubducenda:pars alexipharmacis exhibitis coercenda eſt: ſicque vtrique coniunctæ cauſæ (putredini, & veneno prudens medicus mederi poteſt, venena ſane aſſumpta miſſo ſanguine veniſque liberioribus (ſicuti cicutæ ſuccus) è ventriculo primiſque vijs in cor violentius properat: ſed venenata aeris qualitas inſpirando tranſpirandoque hauſta: & ſpiritibus humoribuſque cordi viciniſſimis excepta, per phlebotomiam longius ab eo, & facilius deducitur. Probabilior eorum opinio videtur: qui (quod lues hæc inſpiratione morbida contracta ſit) diaphoreſi & ſudore ſola curari eamdem opportere, digladiantur: qui enim recens inductus eſt aer venenatus, ſoliſque ſpiritibus & ſero humorum affixus: diaphoreticis & hydroticis medicamentis diſſipari facillime poteſt: prima ſtatim aeris impreſſione: humoribus ſcilicet nondum corruptis quos putrida cruditas halitu aut ſudoribus excludi poſt confirmatam impreſſionem prohibet. Quare ex vacuationibus humorum phlebotomiam præmitti (immiſſo prius clyſtere molli) ſtatuere medici iure videntur: quod febris hæc & putrida ſit: & ab obſtructionibus oriunda: quod magnus & vehemens morbus: & aliquando ex ardentium febrium genere quod tumoribus internis externiſque ſæpe comitetur, quibus omnibus de cauſis phlebotomiã omnibus febribus putridis neceſſariam(nedum vtilem)eſſe Gal.paſſim in method. docere aiũt.Priuatim verò AEtium,Paulũ & Rufum,Epheſium & Auicennam lib.4.fen.prima id ipſum de hac peſtilenti febre pronunciaſſe.

De-

Detracta enim amotaque vitioſæ materiæ portione: reliquias à natura facilius coqui, vinci, & expelli; venam quoque internam præcidi prius volunt. Quod hæc ob amplitudinem ſitumque cum hepate viciniorem celeriter magis & copioſè à principibus partibus humores extorqueat (hanc enim idcirco ab Hippocrate. 4. de victus ratione in acutis & à Gal. Comm. per febres acutas ſecari(moxque ſiniſtram cordis per hanc febrem grauiſſime laboranti, (vt lipothymia frequẽs palpitatio, cardialgia, triſtitia metus, indicio eſt) lienique magis directam, partitam autem illam vacuationem, quàm vniuerſam integrâque labaſcentibus viribus, tutioré. Tempus tundendæ venæ primo aut (quod tardiſſimũ ſit) ſecundo diei affingunt (cum ſit morbus acutiſſimus): quantitatem denique mittendi ſanguinis virium febriſque comparatione ęſtimant vt grauis plethora feroci febre fuſo largius ſanguine confeſtim exoneretur: parcius cum exigua eſt vtraque: ſicuti quæ media eſt, etiam mediocriter: virium autem infirmitas huius febris initio, nedum progreſſu, frequens infra magnitudinem cauſæ eius, celebrandam eſſe phlebotomiam monet: & indicatam ab illis phlebotomiæ copiam: aut imminuit: aut omnino cohibet.

Tum verò phlebotomiæ vicem cucurbitulæ, & partium inferiorum ſcarificationes, atque hirudines, viribus languentibus, vtiliter ſubituræ ſunt (vt paulò poſt fit palam.) Cæterum ſi febris huiuſce initio ſpontanea quædam vacuatio, (ſicuti vomitio ſeu deiectio) moderata obrepſerit: ſinenda ea quidem eſt. nullaque externa & artificioſa

vacuatio alia illi ipſi iūgēda eſt:ne à duobus veluti hoſtibus oppugnata natura fatiſcat,cedatque : ſin eadē minus exigua ſentiatur : vomitorijs pro illius ſpecie naturæque motu, aut deiectorijs proritetur: ſed mitioribus tamen ne moleſtum nimis negotiū infirmioribus viribus vehementiora alterando vacuandoque faceſſant.

Quod ſi eodem febris initio ſymptomaticus bubo ex aurium, axillarum, aut inguinum glandidibus emerſerit : tum libera quidem eſt phlebitomia, quæ materiam à debili laſſaque facultate expultrice neglectam ſubducat. (Neque enim initio aut tumor verè criticus eſſe poteſt:aut natura proteruæ materiæ ſatis potens) ſed vena eo caſu tundenda eſt: quæ obſeſſæ à tumore κατ' ἴξιν parti reſpondeat: vt humeralis, tonſillis ; media vel baſilica,axillis : ſaphena, poplitis aut maleoli, inguinibus: ſin exanthematis & maculis quibuſdam initio erumpentibus habitum fœdari contingat : tum quoque locus phlebotomiæ iuſtiſſimus ſit, ſiquidem ſymptomatis non criſeos perfectæ rationem præ ſe ferant, iſtis ergo clariſſimorum medicorum decretis,in febrium peſtilentium principijs refrigerationis, coctionis & perſpirationis cauſa phlebotomiā vtiliter vſurpari conſtat: quibus tamen pauci quidam de induſtria repugnant: à quibus nullus omnino phlebotomiæ in febris peſtilentis curatione locus vſuſque conceditur, illam quidem à putredine, magnitudine, & ardore febris peſtilentis tumoribuſque comitantibus optari & poſtulari fatentur.

Sed eandem tamen à virium infirmitate repudiari

diari acriter contendunt:quæ ſimul cum febre ipſa inuadit: aut eadem paulo poſt ſuperuenit: veneno intus ſæuiente, roburque vitale cordis obſidente (ſic enim Galenum per acutas febres aliàs regione æſtuoſa cœloque feruido) etiam ſi vires conſtent,Phlebotomiam tamen futuræ earumdem debilitatis metu effugiſſe.

In febris autẽ peſtilentis præſeruatione,nedũ curatione, phlebotomiæ nuſquam meminiſſe. Quin libro de cibis euchymis & cacochymis alios medicos audaces eundem vocaſſe, qui ægris peſte vigente venam aperuiſſent. AEtium denique Paulum & Rufum phlebotomiã præſeruationis causa aliquando vſurpaſſe: quorum exemplum ad curationem Auicennas temerè tranſtulerit.

Poſterior ſententia hæc vulgaris nimis & inſcitiæ viriumque deſperationis plena mihi quidem videtur. Cum earum mediocritas, præſertim in plethoricis iuuenilibus & euſarcis corporibus & temperatis tempeſtatibus ſæpè occurrat, quæ mediocrem vnam aut partitam etiam phlebotomiam non modo impune ferant: ſed ab ea etiam leuentur potius, & erigantur: (excuſſa veluti parte oneris, qua opprimebantur) vt reliquias fœlicius peruincant & profligent.

Quod ſi virium infirmitas, vel ætatis, vel temporis, vel victus, & conſuetudinis ratione ſuſpecta ſit: tum vicarijs phlebotomiæ (de quibus antea) omiſſis vacuationibus ex brachijs, plethòra (quantacumque ſit) acuratè exoneranda eſt: quæ parcè, lentéque (ſine inſigni virium detrimento, & ſpirituum iactura,) ex anguſtioribus, & exilibus

bus venis ſanguinem detrahat, talia ſunt hirudinum hæmorrhoidibus affixarum vlcuſcula, quæ à principibus partibus totiſque præcordijs (quibus infenſa putredo imprimis eſt, cõgeſtáque labes deleteria) humores peſtiferos reuellant: tales ſunt ſcarificationes partium inferiorum, quibus cucurbitulæ (validioris tractus cauſa) ſubinde imponantur: (vt ilium, coxarum, lumborum, dorſi) non ſuperiorum: vt ſcapularum aut thoracis, ne è reliquo corpore materia ſurſum ad principes partes protrahatur.

Quare hirudinum loco (ſi fortè reſpuantur) ab ægro: aut non inueniantur à chirurgo, ſcarificationes iure vſurpentur: dummodo vires non valde ſint languidæ, copioſe enim magis & celeriter quàm hirudines ſanguinem foras proliciunt. Poſſunt tamen laborante cerebro, hirudines naribus, frontique infigi, ſicuti cucurbitæ & ſcarificationes ſcapulis.

De

De ratione purgationum in febre peſtilenti.

CAP. XIX.

PVrgationem (quæ præcipuum eſt cacochymię obſtructionis & putredinis remedium, & vnicum ſi plethora abſit) medicorum plerique febris huius initio præcipitant: niſi plethora adſit: tum enim eandem phlebotomiæ quamprimum (vt ſecundo die, ſubiungunt: De huius tamen congruẽti vſu valde diſcrepantes ſunt procerum medicinæ diſputationes: ac genus quidem ab humoris redundantis vacuandique ſpecie (huius ex cauſis internis externiſque, & febre ipſa certa ſit coniectura) phlegmagogum, menalagogum, cholagogum, aut hydragogum indicari omnes quidem aſſentiuntur: de generis autem cuiuſque facultate litigant.

Duplex enim illa eſt medicamentorum purgantium: vna clementior & innocentior quæ vel eccoprotica tantùm, vel minoratiua etiam eſt, ab illa inteſtinorum fæces, & ventriculi cruditates, ab hac præcordiorum ſordes blandè nulloque corporum & humorum in maioribus venis conturbatione euelluntur.

Altera efficacior, acrior, vehementior eorum, quę cum delectu vacuant (eradicatiua vulgò vocantur) primæ-

primæque & ſecundæ regionis partium diſtantiorum cacochymiam diripiunt: (magna interim ſanguinis & ſpirituum inflammatione, iactatione & diſſipatione) illius generis ſunt vel ſubmittenda: vt clyſter leniens, vbi ſolæ fęces aridiores reſtitant, ſecundò refrigerans humectanſque additis ob peſtiferam labem folijs meliſſæ, ſcordij dictamni & ſimilium; talium ſumendorum materia eſt (vbi cruditas ſubeſt) manna iuſculo diſſoluta (niſi præcordiorum ardor eam ob dulcedinem diſſuadeat) caſſiæ pulpa, mixto puluere cardiaco, putredinoſam eius humiditatem abſorbente.

Syrupus violatus & roſatus de pluribus infuſionibus, ſyrupus de cichorio cum rhabarbaro, catholicum, diaprinum ſimplex, & pillulæ communes, febrium peſtilentium initio nondum calidiores. huius generis ſunt ſimplicis: Agaricus, ſenna, rhabarbarum, turbith ſcammonium, helleborus: & chymica quædam, vt puluis mercurialis, ſtybium id eſt antimonium vitreolatum, veratri extractum, euphorbium etiam, & ſemina cataputiæ, chamæleæ, thymeleæ Compoſita vt electarium diaphœnici, diapriun ſolut. diacartham. de ſucco roſarum confectio hamch. pillulæ cocciæ, fœtidæ de lap. cyaneo & ſimiles: qualitatis igitur alteratrius deligendæ principibus medicorum varium conſilium eſt: alijs vehementiora & eradicantia, initio febris huiuſce, nulla humoris vacuandi expectata concoctione, cooptantibus. Alijs eadem in vigorem vſque differentibus: ſolaque initio lenientia probantibus. Illorum autem placitum probabiliſſimis rationibus defenditur. Primùm enim materię

turgentis

turgentis crudæque,(ne in viſcera irrumpat) præceps purgatio laudatur Hippocrati, cur venenatæ cacochymiæ viſcerum nobiliſſimum cor cricumſidéti eadé purgationis celeritas mox ſuccurrat:maximè verò cum peſtifera illa cacochymia toto genere præter naturam ſit, cum qua in gratiam redire nulla coctione & elaboratione poſſit. Proinde veneni inſtar natura prorſus indomiti inuictique) (venenatam febris peſtilentis materiam quam primum è corpore exigendam eſſe diſputando, conficiunt:ne diutius cũctata intus corpus & humores lethaliter inquinet.Sic enim Galenum,quæ in vẽtre & inteſtinis valde corrupta ſunt lib. 4. de ſanitatis in curatione laſſitudinis vlceroſæ illico excludenda ſuaſiſſe.

Deinde cum acutiſsima ſit febris peſtilens,eiuſque materia turgens, cur integra eiuſdem etiamnum crudæ incoctæque,purgatio differatur (?turget enim humor non ſolum errans per corpus vagánſque, ſed quocumque etiam loco æſtuat: & inſolentius proteruit) aut cum eiuſdem febris criſes calamitoſæ & funeſtæ ſæpiſſimè ſint, quo modo prorogatæ purgationis tarditas iugulati necatique ægri crimen effugiat? Itáque Hippocratem epiedm. 3. text. 29 in peſtilentium febrium hiſtorijs narraſſe, eos euaſiſſe, præſertim: quibus commodè aut turbata aluus, aut profuſæ vrinæ,aut abſceſſus commoti ſuppuratique fuiſſent. Galenum quoque libro 5. meth. cap.12. aſperæ arteriæ vlcera,quæ per peſtilentiam viguiſſent,facile ſanata eſſe, quorum corpora aut vomitione aut profluuio alui, perpurgata ab initio fuiſſent His ergo ratio-

nibus & teſtimonijs perſuaſi quidam, purgationem crudioris etiam cacochymiæ perfectam febris peſtilentis initio maturant. Sed enim alterius factionis aduerſa omnino decreta: Hippocrate quoque authore nituntur concocta tantum, non cruda, eſſe medicanda præcipiente; ſolámque initio febris peſtilentis & aliarum putridarum lenitiuam ſeu minoratiuam vacuationem laudant; eradicatiuam illam abhorrent. Quin familiæ aduerſanæ rationes omnes ſigillatim conuellunt expunguntque, primam quidem & ſecundam, quod crudã & incoctam materiam (niſi turgeat) medicaméto purgante mouere non liceat; turgere autem nequaquam poſſe quæ ſit vni affixa loco, ſicuti in hac febre (cordi, eiuſque ventriculis & maiorum venarũ humoribus) quo rapta inſpirando eſt, & tranſpirando. Tertiam, quod cruda quidem & excremétitia prorſus materia, quæ imputris ſit; confeſtim poteſt è corpore emitti, ſiquidem corpus patens humorque profluens & nullo lentore aut craſſitie vaſis obſtructis. Putrem autem non poſſe crudam (repugnante calore alieno eamque frugi humoribus permiſcente) à medicamento purgante quamlibet efficaci & valido, extorqueri, ſine grauiſſimis ſymptomatis, vt torminibus, vertigine, faſtidio magno, lypothymia, pulſu malo, dibilitate, ægriq;, infauſtis auſpicijs, & febris magnis incitamentis.

Quartam, quod venenum è ventriculo & inteſtinis (cum ipſum ſit naturæ omnino inſuperabile, illicó exturbandum ſit) antequam venas ſubeat, è quibus nullius medicamenti vi euelli (nulla ſcilicet huic cum illo intercedente ſympathia) ſed incitari potius

potius in eas impellique in partes principes poſſit, vbi ſolis antidotis domari ſubigiq; poteſt. Venenatam autem materiam à natura coqui vincique poſſe quotidianæ febrium peſtilentium criſes & abſceſſus ſuppurati demonſtrant, proindéque peſtiferæ materiæ coctionem expectandam potius quã purgatione laborioſa & difficili anteuertẽdam eſſe crudam.

Quintam, quòd febris hæc acutiſſima ſit, materiaque eius circa cor turgens, præ feruore & æſtu non enim materiam eam ſemper turgere, quin potius ventriculos cordis, & circunfuſos maiorum venarum humores, conſtanter & ſæpe obſidere: indeque medicamentis purgantibus omnino leniter extrahendam eſſe.

Sextam: quòd criſes earum febrium ſalutares perraro ſuccedant, ægros autem ob immaturã arduamque humorum crudorum purgationem citius mortem oppetere; coctis humorib., ſalutem facilius tutiuſque ſine purgatione iſta difficili & immatura accedere.

Septimam denique; quòd Hippocrates inſinuarit purgationes quidem peſtiferis hominibus contuliſſe ad ſalutem, ſed tempeſtiuas tantùm. Quales præuia coctione, non etiam cruditate vigente, ſæpius alijs ſuis monumentis prodiderit, quod etiam ſenſet Galenus, dum ſiccationem corporis per vacuationem, vlcerum ſanationi profuiſſe, ait.

Iſta igitur duarum medicinæ factionum, de purgantium medicamentorum qualitate & ordine, in principijs febrium peſtilentium diſſidia

leguntur. Ego vero ab vtriſque diſſidere meritò mihi videor cenſeréque phlebotomiæ, quam plethora pura impura-ve ſuaſerit, ventriculi tantum primarumque viarum recluſionem, per clyſteres molles, aut potiones leues, & eccoproticas præmittendam eſſe, purgationem autem veram (& quam electiuam dicunt) proximo die ſine vllo coctionis auxilio & apparatu ſubiungendã, non eam quidem vehementem & validiſſimis conſtantem medicamentis, ſed mediocribus: quæ obuiam tantùm magiſque obſequentem cacochymiam è vicinis præcordiorum venis vt meſenterij, epiploi, pancreatis, lienis, & cauæ partis hepatis diripiens, reliquiarum facilem victoriam naturæ ſuo tempore comparet: promptumque & expeditum ad eandem invenis maioribus coquendam alterantibus medicamentis aditum acceſſumque moliatur neque enim perfectam quietæ præſertim: nec turgentis etiam materiæ ſperari vacuationem debere, aut tentari, ſine grauiſſimorum ſymptomatum inſultu poſſe (vt lipothymiæ, vertiginis, cardialgiæ. Quamobrem vehementia cathartica omnia, tum ſimplicia: vt colochinthidem, ſcammonium, euphorbium, antimonium vitreolatum, grana cataputiæ, aliarumque mezerei ſpecierum, puluerem mercurialem, & quæ ex ijs magis ſunt compoſita electuaria, acuratiſſimè quoque effugio, vt diacarthami, de ſucco roſarum, confectionem hamech, indum maius, & pillulas coccias, fœtidas & ſimiles, ſi tamen purgandi humoris contumacia purgationem validiorem exigere videatur tùm medicamentis illis ſimſimpli

plicibus & mediocribus agarico,ſennæ,rhabarbaro, (ſunt enim lenientibus efficaciora : neque tamen cauam hepatis regionem tranſcendunt)vel infuſis vel decoctis,portiunculam validiorum, non tamen validiſſimorum electariorum admiſcere ſoleo: vt diaphœnici diapruni ſolut. & tripheræ perſicæ diacathol. aut eadem cum alijs lenientibus electarijs: vt diacathol. diaprun. ſimpl. in bolos cogere; aut in liquores idoneos ſoluere ſoleo. Atque hæc verè minoratiua dici arbitror. Pillularum autem formam in febrium harum curatione,repudio, ob eximiam earundem ſiccitatem & acrimoniam: niſi fortè pillul. ruffi. elephanginarum, aut de tribus doſim aliquam,& in principio tantum, cócedo. Sc ergo mediocribus adminiſtrandis medicametis purgantibus primæ regionis humores noxij vacuandi ſunt:vt ſubinde reliquiarũ in venis maioribus diſtantiorũ coctio medicamentis alterantibus tantiſper iuuetur,veneniq́ue lues ſimul alexipharmacis retundatur:dum natura victrix victã domitamque putredinem & peſtem hebetatã, vel criſi, vel abſceſſu, foras propulſarit, quæ tamen vacuatio ſi imperfecta fuerit(aut natura infirmiori,aut materia contumaciori)eam licebit conſilio medici & medicamẽti purgantis ope, ſupplere: & ad integritatem producere.

De coctione antecedentis febris peſtilentis materiæ.

Cap. XX.

Alterantivm coquentiumque medicamentorum genus putreſcenti humori ſit contrarium: calido, frigidum: frigido, calidum, &c. craſſo tenue, lentoque detergens, & contra: eiuſmodi enim alterantia attenuando, tergendoque, & obſtructiones aperiendo, putredinem cohibent: his quoque alterantibus cardiaca & alexipharmaca: vel miſcenda, vel certè interponenda ſunt, vt humorum vitia manifeſta occulta-vè ſimul deleantur.

Quantitas vel efficacia alterantium medicam. ab humorum temperie & ſubſtantia indicatur: cui tamen indicationi repugnat aliquando iunctæ febris contrarietas, vt in frigida materia ſiue pituitoſa, ſiue melancholica: aliàs ſimilitudo conſentit: vt in bilioſa & ſanguinea. Hic ergo medicamentorum contrarietas par ſit humorum intemperiei, illic depreſſior: ne febris nimis incaleſcat.

Sic eandem quoque humorum indicationem ægri natura & ætas variat: ſenilis enim frigidáque frigiditatis gradum infra materiæ coquendæ febriſ-

febriſque calid tatem deprimit: cui parem iuuenilis calidaque admittit.

Tempus vtendi medicamentis coquentibus cruditati æquale ſit: vt illa non intermittantur: dum hæc percocta expulſaque ſit: ieiuno tantum ventriculo exhibeantur: vt antè paſtus, horis ſaltem duabus: ne ciborum mixtione, aut illa hebetentur: aut hi in venas crudi inferantur (bis quoque in die vtilius quam ſemel tantùm, vſurpentur).

Forma liquida internorum penetrantior eſt, vt apozem. vel iuleporum ex ſyrupis congruo aliquo liquore diſſolutis.

Electaria autem dura, molliaque, & pulueres, corroborandi potius cordis domandique veneni gratia: ſæpius omnique ferè hora diei, ſunt adminiſtranda. Quanquam ea quoque refrigerando, vel calefaciendo, attenuandoque & tergendo coctionem promouere poſſint.

Externa denique quælibet forma ex vſu eſt: tum liquida: vt epithematum, oleorum: tum media: vt vnguentorum, cataplaſm. ſacculorum.

Syruporum coquentium genus omne frigidorum calidorumque enumeratum eſt à nobis in putridarum curatione, eorumdémque diſſoluendorum idonea materia, ſicuti & apozematum conficiendorum ratio omnis pro indicatione coquendæ materiæ, ibidem expoſita eſt.

Alexiteria quoque pleraque paulò antè) in præſeruatione huiuſce peſtilentis febris enarrata: de quibus hoc in vniuerſum ſtatuendum eſt: calidiora ab harum febrium curatione proſcribenda eſſe

ſe; à quibus putredo febriſque impenſius augeantur, niſi frigidorum mixtione retundantur, vt conſerua roſarum & ſimilium cum theriaca & mitridatio. Talia ſunt ex ſimplicibus zedoaria myrrha pulegium, polium montanum, origanum, calamintha, praſſium, zinziber, ruta cæpe, allia, radices cucumeris aggreſtis imperialis, angelicæ. Ex compoſitis theriaca, mitridatium, aurea Alexandrina, & aqua theriacalis confectionem alkermes, & de hyacintho, à quibuſdam exploſam libenter mihi aſſumo; vt modicè calidam, ſed maximè cardiacam vtramque. Frigida huic febri conuenientia: vt ſantala, ſmaragdus, lapides pretioſi omnes, coralli, cornu cerui, monocerotis, & rhynocerotis, lapis bezoar, ebur, terra armena, & lemnia ſemina mali citrij fol. lapathi acuti, acetoſa, ſcabioſa, ſcorzonera, ellectaria mollia, ſiue opiatę in materia calida ex conſeruis frigidis cõcinnentur: vt roſaceo viol. borrag. & ex pulu. elect. diamarg. frig fragmentis lapidum pretioſorum ſmaragdi, præſertim cornu ceruini, monocerotis, & ſimilibus. Ex ſyrupis alexandr. acetoſo vel acetoſitate citri & de granatis acidis (ſi quidem febris, ætatis, aut regionis incendijs æger æſtuet) eaque vſurpentur per ſe, cum aqua potabili: vel iuſculis, idque omni hora. At in frigida comparentur ex conſeruis florum anthos, ſtœcados, corticis citri, pulueribus, electuarijs, diambræ, de gemmis, & lætificantis. Galeni vel radice angelicæ, tormentillæ, dictamni albi, xedoariæ, ſeminis cardui benedicti, &c. Electariorum duro-

rum

rum,id eſt tabellarum eadem eſt materia, pulueres quoque vel ſimplices, vel mixti vſurpentur, ex liquore aliquo cardiaco, & portiuncula mixti vini albi: vt ex lapidibus bezoar ſmaragdi & ſimilium lapidum pretioſorum, oſſis è corde cerui, cornu ceruini, monocerotis, rhinoceratis, boli armenæ terræ ſigillatæ fol. auri & argenti Aqua in hac febre efficaciſſima excipiatur ex ſuccorum galangæ, ſcordij mali citrij vel limonij ana. lib. j. cum ℥. j. theriacæ deſtillatæ in balneo Mar. cuius doſis ſit ℥. ß. vel ℥. j. cum pauco ſaccharo, mane, & ante paſtus, & veſperi. Similis eſt aqua contra peſtem dicta vincetoxici, galangæ, ebuli, carlinæ, cardui benedicti, ſcordij, & verbenæ ſuccis. per deſtillationem in balneo Mar. extracta: ſumptaque ℥. j. pondere; præſumptæ antidoto mitridatio aut theriaca. Ex eadem puluerum materia ſaccharo excepta ſoluto aqua cardiaca vt borrag. & roſarum, vel meliſſæ fiant electar. ſolida. Plurimæ aliæ alexipharmacorum remediorum formulæ ab inuentoribus ſuis paſsim laudantur: ex quorum monumentis ab hominibus nouorum experimentorum formarumque cupidis, exigantur. Nobis autem ſacræ ſunt veterum antidoti de ſanguinibus, mithridatium, theriaca cuius vſus eſſe poteſt ad ʒ.j. vel cum pari pond. conſeruarum prædictarum, vrgente nimis febris aeriſque caliditate, aut veneno ferociori: (quod ex lipothymia frequẽti imbecillitate, & corporis partiū externarum refrigeratione ſentitur:) cui vini generoſi ſynceri vel lymphati aqua cardiaca vt bugloſsi, borraginis, aceroſæ diluti por-

tiuncula ſuperbibatur, foris autem eadem(regioni præſertim cordis)appoſita varijs modis formiſ-ǵque alexipharmaca,tum idipſum corroborare:tum veneni ferociam frænare domaréque poſſunt.

Epithemata conſtant aquis ſtillatitijs magis minuſque frigidis vel calidis, pro natura cœli, aut humoris varietate & febris: aut potius ſuccis depuratis,vt borraginis,bugloſſi,acetoſ.ſōchi, endiuiæ,roſar. meliſſ. ſcord. cum parte 6 vini generoſi albi,vel aceti roſa. & mixtis etiam electariorũ vel ſimplicium cardiacorum pulueribus prædictis.

Ab epithematum vſu, olea cardiaca,aut alexiteria continuò impingantur.quale eſt ex ſcorpionibus ſimplex minuſq́ue compoſitum, & vulgare: & quod maximè compoſitum eſt apud Mathiol. comm. in lib. 6.Dioſcor. & Elixir magni Hetruriæ ducis:quod arterijs temporum,& carpis manuum, non ſolum regioni cordis illitum, venenis etiam aſſumptis, mirificè confert.valet quoque ibidem balſamum orientale.

Pro oleis, vnguenta vſurpentur, vt roſac. ceratum,ſantat. cum ſucco mali citrij vel limonij, aut aceto albo lota, addita portiuncula mithridatij, aut theriacæ, aut confectionis alkermes,vel de hyacintho cum puluer.cardiacis prædictis.

Poterit etiam mithridatium vel theriaca cum ijſdem ſuccis lota adhiberi,ſicuti etiã pulli per mediam ſpinam diuiſi,& puluere aliquo cardiaco aſperſi:ſacculi denique ex panno ſericeo rubro ijſdẽ cardiacis prędictis puluerib.veluti violaceo etiã & citrio,farcti,repletique, cum pauco cotone vtiliter admoueantur. Sic igitur coquentium & alexipharmaco

macorum remediorum alternãte vſu tum putredo comprimenda, tum venenum ſubigendum eſt, domandúmque, foris intuſque: ad ſtatum vſque febris, in quo ſi natura integram moliatur vtriuſque excretionem per criſim, vel abſceſſum: ab omni deinceps medicatione temperetur, ſin imperfectã: eodem tẽpore eadémque via iuuanda eſt (qua modo docebamus) aut paulò poſt congrua vacuatione ſupplenda. Quod ſi natura torpeſcere, nullamque vacuationem moliri videatur: tum demum purgantium moxque hydroticorum, aut diureticorum medicamentorum vſus opportunus erit: cum ſcilicet coctionis indicia clariſſima fuerint: neque criticæ vacuationes prægreſſæ ſint.

Atque curatio hæc febrium peſtilentium continuarum, & quæ primariæ ſunt, earũdem continuarum alterum genus eſt, quæ ſunt ſymptomaticæ: quæque phlegmones peſtilentis alicuius ſoboles ſunt, partium vel externarum: qualis eſt bubo, & carbunculus: vel internarum: qualis eſt pleuritis: peripneumonia, & catarrhus peſtilens, (nuper cocolucha vocata) atque hæ propria curatione non egent: ſed potius cũ ſuis authoribus phlegmonoſis tumorib. ſimul, neque prius aut poſterius delentur, quorum remedijs quoque omnibus ſumẽdis admouendiſque alexipharmaca ſunt inſerenda (ſicuti bubonis & carbunculi proximis exemplis mox prodendum eſt) adhibita tamen ea ſemper cautione, ne vacuationũ copia debilitatas à veneno vires omnino ſubuertant ſternantque.

De

De intermittentium febrium peſtilentium curatione.

INtermittẽtium febrium peſtileutium rarior quidem eſt euentus: ſed eadem tamen explorandi, dignoſcendique ratio: tum propriam earundem ſpeciem: ex cauſis cuiuſque internis externiſque, & ex caloris modo, motuque inuaſionis acceſſionũ, & ſolutionis forma. Pulſibus ægrotantium & vrinis: tum cacoëthiam, prauitatemque, ex more, & magnitudine, præter mitem & ſecuram putridarũ ſimplicium naturam Hæc autem tota ſpeciei & peſtilentię earum internoſcendę ratio, partim in libro primo de curatione putridarum ſimplicium intermittentium, partim ex hoc ſecundo, de continuarum peſtilentium ſymptomatis, facile perdiſcatur.

Methodus autem intermittentium febrium curatiua & ſimplicium putridarum eadem eſt, niſi fortaſſe vacuationem, vt phlebotomiam & purgationem, in illis parciorem cautiorémque virium (ſemper peſtis comes) infirmitas ſuadeat.

Alteratio quoque & coctio humorum eadem vtrobique eſt. Sed alexipharmaca cocturis peſtilentem materiam apozematis, iulepiſque, ſicuti topicis admouendis alijſque ſumendis, cor roboraturis, venenumque hebetaturis, alexipharmaca vel admiſcenda vel interponenda ſunt.

De

De bubonis peſtilentis curatione.

CAP. XXI.

LEGITTIMAM febrium omniũ peſtilentium iſtam curationẽ ſæpe interpellant, non omnino tamen prohibent ſymptomata grauiora, ex quibus alia quidem ſimpliciter talia: alijs ſcilicet febribus putridis communia, vt vigilia, ſomnus, deliratio, lipothymia, cordis palpitatio, faſtidium, vomitio, ſingultus, diarrhæa, ſudor, &c. quorum mitigationis ratio in methodo cururatiua febrium putridarum anteà eſt expoſita: alia, vt ſymptomata & morbi: quales ſunt carbunculi, bubones, vlcera oris, exanthemata; quorum omnium curatio propria eſt: veluti ſi abſque febre peſtilenti orta. Sunt autem bubones (Gallis *la peſte & la boſſe*) adenum inflammationes, in tribus partium principum, cerebri, cordis, & hepatis, emiſſarijs extuberantes, id eſt ſub auribus, alis, & inguinibus. Ideóque viſcera illa per febres peſtilentes non inflammatione ſola: ſed venenata etiam quapiam lue obſeſſa eſſe portendunt.

Signa bubonum diagnoſtica ſunt phlegmonarum aliarum cõmunia, & ſenſibilia omnia. Prognoſtica ſunt artificioſa tantum eaque duplicia: alia enim locum, in quem emerſurus eſt abſceſſus, præmonſtrant: vt carus, & lethargus, vigiliæ, cephalalgia,

lalgia, vertigo, delirium, rubor faciei, tinnitus aurium, vrina perſpicua, aliáque affecti cerebri ſigna, circa aures (parotis vocatur) ſic cordis palpitatio dyſpnœa lipothymia frequens, circa alas (priuatim bubo nuncupatur) ſic denique natura ægri ſanguinea, ſitis vehemens, faſtidium magnum, pulſatio arteriarum maxima, vrina turbida, & fœtida. Circa inguina (panus & phygethlon dicitur).

Prognoſtica alia exitum abceſſus prænuntiant: à figura, numero, & ſede eius ducta.

Quo enim acutior eſt & eminentior: eo magis ſalutaris: contrà quanto depreſſior tanto funeſtior eſt. Item in ambobus inguinibus quam in alterutro tutior, itē in alis nocentior: (corde à veneno magis laceſſito) & in collo, materia aut acriori tenuiorique & magis feruida: aut certè cerebro magis infenſa: in inguinibus denique, quam in alis & collo mitior: minuſque moroſus: quo ſcilicet magis eſt à mobilioribus viſceribus diſiunctus. Cæterum bubones, ſicuti carbunculi, aliàs morbi primarij ſunt, vt reliqui tumores præter naturam: febrémque peſtilentem antecedunt. (Illam enim aliquando eſſe ſymptomaticam anteà docuimus: inſtar aliarum putridarum viſcerum plegmonis & eryſipelatis ſuccedentium,) aliàs morbi & ſymptomata ſunt febris eiuſdem: eaque aliquando critica (die ſcilicet decretorio ſigniſque coctionis prægreſſis edita) aliàs non critica.

Conſtant enim tumores hi materia ſanguinea venenata, ab expultrice viſcerum facultate ex illis ipſis veniſque maioribus excuſſa, aliàs antè putre

putredinis febriſque inuaſionem (vbi validiſſima natura eſt) aliàs poſt vtriuſque accenſionem (eadem natura inualidiori) aut veneno acri magis percitoque.

Bubonis itáque morbi curatio : qui febris author & parens eſt : duobus ſcopis inſtituenda: vno, vacuationis, peſtiferæ materiæ, altero, extinctionis febris.

Vacuatio pro temporum varietate eſt varia, nam initio ſtatim, inteſtinorum primarumque viarum expurgatio, vel ex clyſtere molli, vel ex leniente etiam pharmaco (ſicuti in curatione febris huiuſce antea diſputatum eſt) adhibeatur, eique, eodem die, vel poſtridie, quod longiſſimum ſit interuallum, phlebotomia ſubiungatur : non reuulſionis tantùm : ſed vacuationis etiam gratia : vt à vena cephalica, ſi parotis vrgeat à mediana, ſi bubo axillas obſideat; à ſaphena, ſi in inguinibus panus conſidere cernatur & ſemper κατ' ἴξιν.

Sic enim putredo inhibetur : febris temperatur : & natura leuatur : vt corrupti ſanguinis reliquias, aut coquat : aut expellat maturius, & ſine vllo retroceſſionis ab abſceſſa ſede ad viſcera venaſque maiores periculo: pro virium ægri & plethoræ modo phlebotomiæ modus temperetur.

Eadem phlebotomiæ eſt ratio & vſus in bubone ſymptomatico, niſi copioſa ſatis, initio febris, celebrata ſit. Aliàs enim

enim reuocanda eſt: maximè verò ſi qua ſuperſtes plethora ſuadere vireſque ægri ferre videantur. At in critico eodem omittenda vtraque eſt, tum purgatio, tum phlebotomia: quin potius ſegnis parcaque ſtimulanda augendaque eſt.

Poſt phlebotomiam buboni non repellentia quidem (ne ab emiſſariis ad viſcera contrario motu certoque ægri exitio dira lues regeratur) ſed potius imponenda ſunt: quæcumque intus foras materiam prauam protrahunt, quorum genus duplex eſt: vnum partis denſitatem laxantium: alterum attrahentium: illius generis ſunt, fotus emolliens, olea anodyna, & cataplaſmata. Item animalcula: vt catuli pulli gallinacei, columbini, gallinæ ipſæ & galli, quæ per horæ dimidium vel viua buboni apponantur, aluo glabrata: vel per mediam ſpinam ſecta. Ex quibus quæ poſtea moriuntur, ſalutem: (attracto intus foras tumoris veneno mortem ſibi accelerantes) quæ ſuperſunt, difficiles ægrorum res prodere putantur. Pulmones quoque & iecora maiorum animalium: viuæ ranæ, narciſſi radix (vbi oleo liliaceo coxerit) trita; ſcabioſæ folia contuſa; anagallis oleo ſcorpionum macerata, ab his enim omnibus, non ſolùm laxata pars ad fluxionem expultrici facultati magis paret: ſed ad veneni quoque exalationem. Quod ſi materia contumacior reſtare intus videatur, ſine tumore inſigni: tum ad medicamenta attrahentia recurrendum eſt, qualia parantur ex fermento, carycis, cæpis, ſtercori columbinæ mixtis, cum adipe aliquo: quale ex ſapone nigro, ſemine ſynapi, calce viua, iridis polline cogitur, quale ex cæpe cocta: In cuius

cuius cauitate ℨ. j. theriacæ ſimul coxerit: quale denique ex ammoniaci & galbani ann. ℥. ß. cum oleo ſcorpionum. Idem præſtat diachylonis emplaſtri ℥. ij. additis, emplaſtorum tamen vſus tutus non eſt: quod veneni diſſipationem, poris clauſis, prohibeat: ſed his omnibus validiora ſunt: tum cucurbitulæ cum ſcarificatione: (vt virus penitus eliceatur) & ſanguiſugæ: illæ tamen ob doloris acerbitatem (ne vires nimis labefactent) proximo potius loco quàm buboni ipſi affigendæ ſunt: ſicuti & cantharides (cunctantibus parotidibus) ſcapulis, bubonibus axillarum emicantibus, brachijs circa pulſantes arterias, inguinibus affectis fœmoribus ſupra genua: aliaque veſicatoria ſunt admouenda. Ab alijs quidē ſeuerioribus chirurgis contumacior abſceſſus & moroſior circunciditur, & extrahitur cauterio (ſi vires valeant) ac tenaculis etiam candentibus (efficaci quidem ſed crudeli nimis remedio).

Quod ſi fluxio ſatis copioſa, & eminens abſceſſus fuerit: tum ab attrahentibus omninò temperādum validioribus: ſoloque animalculorum fotu virus educendum eſt, ne magnitudo fluxionis dolore proritata partem obruat & opprimat gangræna ſuccedat, aut ſit ipſe certe acrior nimiſque viribus damnoſus. Fotibus etiam anodynis oleis & cataplaſmatis laxantibus dolor deliniendus eſt. Materia denique vbi ſatis euocata fuerit foras, non tamen digeſta; tum ſuppuratio eiuſdē remedijs idoneis acceleranda eſt: quale eſt triapharmacū ex farinā, oleo & aquā ſimul coctis, quale quoque eſt

baſilicum, ſuppuratus autem bubo maturè aperiendus eſt: neque exquiſita eius maturitas expectanda: ne periculum adferat venenatæ ad cor expirationis (Cruditas enim venenoſitate multo eſt innocentior) aperiunt autem ſuppuratum bubonem, tum nouacula: tum ferrum candens: tum etiam remedia multa veterum: vt ariſtoloch. radix narciſſi & vrticæ, eiuſque folia trita, cum melle, vt auenæ vel erui farinæ admixtæ cum axungia ſalſa: vt Galbanum, panax & pecudum ſeuum cum ſale toſtum: vt muſcerda cum thuris polline, lacertæ cinis, fimus columbinus, & calx viua, apertus denique bubo diutius fluere ſinatur: tandemque ſimul carne impleatur, & circa tumorem tegatur (vt artis eſt chirurgicæ) poſtremò dum ita curabitur bubo, alterantibus frigidis humidiſque febris reſtinguatur, & alexipharmacis internis externiſque antea expoſitis venenum reprimatur.

De

De carbunculi curatione.

CAP. XXII.

CArbvncvlvs (febris quoque peſtilentis frequens character (non tamen perpetuus, ſicuti neque bubo) eſt tumor phlegmonarum familiæ ſoboles, ex ſanguinis nempe nigri & craſſi fæculenti eiuſdemque impenſius calidi & feruidi fluxione: ex quo feruore nomẽ inuenit, apud Græcos ἀνθραχος apud latinos (carbonis ſub hoc enim tumore tum vniuerſum corpus acutiſſima febre: tum pars tumefacta vehementi incendio exardeſcit, eodem ſenſu recentiorib. chirurgis pruna, & ignis ſacer vocatur, aliis etiam ignis ſancti Antonij: quod huius ſanationi diuino priuilegio præeſſe pius ille vir religioſe credatur. Differt autem à bubone carbunculus: non ſola ſede quod ſine diſcrimine quamuis corporis partem, glandulas etiam, hic ſæpè occupet: cum bubo in ſolis glandulis hæreat: alarum, inguinum, tonſillarum: & ſecus aures. Sed materia etiam: cum bubonum minus ea ſit feruida, craſſaque, magiſque phlegmonodes & ſuppurabilis, cum quæ carbunculi propria eſt, non

ſuppuret, ſed putreſcat: viciſſimque circumiectas partes putrefaciat, & corrumpat. Vt ab aperto eius abſceſſu; caro mortua, ſordeſque viſcoſa, non purulenta remittatur, aliàs ex vno, aliàs ex pluribus orificiis in vnum, tandem degenerantibus, & dehiſcentibus.

Sæpè tamen vterque carbunculus buboque, ſolitarius occurrit: ſæpè etiam indiuiduus comes incedit vterque: & vicinis ſedibus conſidet: ab anthrace verò differre carbunculum, malignitate & venenoſitate, recens chirurgia docuit: indéque vtriuſque curationem propriis capitibus diſtinxit: illam enim in carbunculo mitiorem: in anthrace immitiorem magiſque ferinam putat, cum tamen vtriuſque vocis eadem ſit ſignificatio anthracis apud Græcos, carbonis, vel carbunculi; apud latinos.

Ideoque inepta diſtinctio curationis affectus eiuſdem.

Quod ſi tumoris illius natura, grauitate & clementia euariet: non tamen eius proprium nomen niſi fortaſſe ex adiuncto epitheto variari mutarique debet.

De

De ſignis.

Cap. XXIII.

CArbvncvli ſigna diagnoſtica, aliàs propria & idiopathica ſunt: aliàs ſympathica. Illa ſunt vt puſtula vna maiuſcula, à qua incipiat: vel multæ minores: & inſtar grani piperis, vel hederæ, exiles, in parte obſeſſa; à ſeroſis ſanguinis humiditatibus feruore in cutem excuſſis: denſaque epidermide cohibitis excitatæ: quibus ruptis vlcus cruſtoſum ſubeſt, modo magis cinereum, modo nigrum, pro ſanguinis vſti modo & ſubſtantia, quod ſi ſeroſæ illæ & virulentæ humiditates deſint: ideoque puſtulæ quoque abſint: nunquam tamen ſine vlcere illo cruſtoſo in ſuperficiem carbo extare videtur. Incipit igitur tumor hic exigua admodum mole: vt ciceris vel grani hederæ, cum vehementi pruritu partis: & celeriter creſcit: cum ardore, dolore puſtulis, & vlcere: dolor quidem partis laborantis tanquam ab arctiſſimis vinculis cõſtrictæ, eſt permoleſtus: valdéque grauis. Ardor & phlogoſis feruidiſſima ferèque intolerabilis.

Color denique circunſtantis vlcus carnis ex rubro nigricat, veluti ſi rubro liquori minus nigri alterius momentum permiſceatur. ex ſympathia cordis ſigna ſunt, febris ardentiſſima, & ex venenatæ labis ad cor & ſtomachum aſpiratione: ſingultus, nauſea, & vomitio frequens, faſtidium, ſitis vrens & implacabilis, lipothymia, frequenſque & horrenda ſyncope, (morte propinquiſſima) dolor & palpitatio tremorque cordis veneni inteſtini veluti inſidiis territi.

Prognoſtica ſigna ſunt: tum quæ inſultum & acceſſum carbunculi: tum quæ exitum eiuſdem præſagiunt, ex illis ſunt, peſtilens anni conſtitutio: ſine qua vagari rariſſimè ſolet, niſi fortaſſe ex peculiari quadam regionis natura: vt Galliæ Narbonenſis, viuendíque conſuetudine. Illius enim Galliæ tractus incolis atrabilarij ſanguinis plurimum, tùm ob æſtum cœli, tum ob conſuetam eduliorum acrimoniam & craſſitiem: vt ſalſorum piſcium; cruoris quorumlibet animalium toſti; craſſorum vinorum, plantarum acriorum, vt cæparum, & alliorum vſum, congeritur: qui ſenſim aduſtus aſſatuſque carbonem accendit, endemium quidem: ſed non peſtilentem.

At multa prodere ſolent exitum carbunculi: tum anni conſtitutio: quæ ſi peſtilens ſit, carbunculus lethalis ferè eſt: aliàs minus periculoſus, tametſi doloribus & laboribus ſit permoleſtus: tum ſedes & ortus eius. Peſſimus enim eſt in emunctoriis,

rijs, partiumque principum vicina regione: ne foris intro recurrens eius materia, aut exhalatio olida, tetraque, ægrum perimat, tùm locus peſſimus: ſiquidem eſt circa fauces, & œſophagum: eliſo confeſtim ſpiritu, tum conſtantia, nam qui ſubitò deliteſcit carbo, febre permanente, calamitoſus omnino eſt: tum numerus: qui bubonibus comitatur minus periculoſus eſt. Illorum enim ſuppurata & vacuata materia, hi citiùs ſanantur: tum color eiuſdem: rubeus enim & citrinus ſalubrior eſt: nigricans funeſtior: tum denique conditio ſymptomatum, quæ ſi ſenſim remittantur: ſpem aliquam curationis & ſalutis relinquunt: ſi eadem intendantur, certam deſperationem afferunt.

De curatione.

CAP. XXIIII.

Carbunculi ordinaria curatio cauſſas eiuſdem ſenſim & ordine ſubmouet, antecedentem, priori, coniunctam poſteriori. Illam quidem vacuatione & alteratione. Huius inſtrumenta ſunt duo, Diæta & Pharmacia: illius Cyrurgia, & Pharmacia. Diæta igitur tum à materia fluxionis craſſa feruidaque, tum ab acutiſſima febre exigitur frigidiſſima,

humidiſſima, & tenuiſſimæ ſubſtantiæ: additis etiam condimentis acidis. Pharmacia alterans conſtat intus quidem iulepis & apozematibus refrigerantibus, humectantibus, & attenuantibus, acidiſque: potionibus cardiacis, electuariis ſolidis, opiatis, & conditis: foris epithematis liquidis mediiſque: vt vnguentis, conſeruis, ad regionem cordis admouendis: quibus omnibus internis externiſque remediis alexipharmaca quædam frigida admiſcenda ſunt. (Horum omniũ ſicuti & Diætæ appoſita ſunt exempla antea in curatione febris peſtilentis) Euacuatio cauſæ eiuſdem antecedentis, inſtrumentis duobus abſoluitur. Chyrurgia,& Pharmacia. Illa quidem quamprimum: (vbi detecta tumoris ſpecies eſt) ſanguinem hauriat, affatim quidem, & ad lypothymiam vſque viribus valentibus,ſed mediocribus,partitè: & ex breuiori interuallo:vt ſex horarum:(eſt enim febris acutiſſima, eiuſque materia feruidiſſima induciarum ſecura)ſic enim leuata portione corrupti ſanguinis: natura, quod ſupererit in habitum promptius excutiat,citra metum, recurſuræ intro materiæ: aut Gangrenæ ex copioſa nimis fluxione. At infirmiſſimis viribus omittenda phlebomia eſt; & ad cucurbitulas & ſcarificationem decurrendum, tundatur autem vena,ex eodem latere, loco contrario, ac vicino, & κατ' ἴξιν vt à tumoris loco fluxio validius citiuſque reuellatur, qualis eſt cephalica, vultus aliqua parte laborante:mediana vel baſilica partibus à capite ad renes vſque afflictis: ſaphena, aut poplitis aut malleoli,
eodem

eodem carbunculo infra renes corpus cruciante. Numquam enim ex oppoſito primum latere aperienda vena eſt, copioſa malignaque vrgente fluxione: ſed ex eodem per capacem & amplam venam reuellenda promptiſſime, deriuandaque. Quidquid ſentiat Auicennas. Pharmaciæ rurſus duæ ſunt differentiæ purgatio & alteratio: illa alias ſolo clyſtere molli abſoluitur, phlebotomiæ præponendo aut ſubinde poſtponendo: ſiquidem nulla ventris cruditas primarumque venarum ſentina metuatur. Tunc enim potio cuiuſmodi in bubone curando notata eſt purgans & clementior eſt ex vſu: non acris aut vehemens; ne feruorem materiæ febremque & fluxionem exaſperet; idque vno à phlebotomia die: quæ imprimis præcipitanda eſt.

Altera pharmaciæ pars eſt alteratio internis iulepis,& apozematis cōſtans,frigidiſſimis,humidiſſimis & acidiſſimis, conditis, opiatis, epithematis antea in bubone propoſitis. Sed in carbunculo tenuitatis & frigiditatis indicatio tanto magis præpollet, quanto materia eius craſſior magiſque vſta eſt. Hæc igitur cauſæ antecedentis remedia, vbi decurſa ſint:continentia proxima ſunt; tum vacuantia tum alterantia.Imprimis autem cruſtoſo vlceri ſiccantiſſima tantū remedia admouenda ſunt: ſiquidem mitior eſt minuſque venenoſus anthrax; & leniorib.comitatus ſymptomatis:(nā calida,humida & ſuppurantia remedia putredinē & feruorē materiæ doloremque augent intolerabiliter) Cuiuſmodi eſt ex oui recenti luteo addito ſale toſto tritoque: quantum ab eo excipi poteſt,vel pipere

& pyrethro, quod ſingulis horis mutetur: tale eſt ex cæpa cauata, coctaque cum theriaca in cauitatem immiſſa & appoſita.

Tale fornacij panis molle feruens ſæpius repetitum: idque maximè, ſi fluxionis impetus valide irruat: & in regionem principi parti vicinam.

Quòd ſi fluxio pigrior ignauiorque ſit in partem præſertim ignobilem: vt in artus, euocanda foras eſt & proritanda: non ſolum appoſitis pullis gallinaceis, aut columbinis ano glabrata aut ſuctu, ſcarificatione, & cucurbitulis: ſed medicamentis etiam cauſticis virus teterque humor foras protrahendus eſt: ex quibus arſenicum efficaciſſimũ eſt, neque prius adurendi finis ſit: quam ex omni parte dolor ſentiatur.

Proxima vlceri caro inflammata cataplaſmate minuenda eſt: non repellente quidem (repugnante fluxionis craſſitie & malignitate) neque rurſus diſcutiente tantùm (ne fluxionis ardor, partiſque acrius flagret) ſed mixtò, quod refrigeret & ſimul repellat) leuiterque diſcutiat, (vt fluxionis futuræ impetus modicè reprimatur: eiuſque quæ iam facta eſt, portio interim reſoluatur) eiuſmodi eſt Galeni cataplaſma ex arnogloſſi folijs, cum lentibus & pane ſyncomiſto, in aqua coctis (ab alijs Galla etiam additur) tum ex duobus malis granatis acido vno dulci altero: vel vno ſolo dulcoacido, per medium ſecto, & in aceto cocto, poſtquam totus humor fluxit: tum inflammata caro ſubtus cingenda eſt cataplaſmate ex bolo armeno cum oleo roſaceo & aceto compoſito: ne intro fluxio remeare ad viſcera certo ægri exitio poſsit.

Iam

Iam verò vbi inflammationis furor recedit viruſque foras euocatum aut conſumptum eſt, tum ſuppurationi locus idoneus eſto per cataplaſma Auicennæ ex ficubus, fermento, & ſale mixtis.

Simile eſt ex vitellis ouorum: quod ſæpius vſu crebro ſuppurare & rumpere carbunculum credatur. Simile eſt ex melle, ſale, farina triticea, & ouorum luteis. Simile ex ſcabeoſa & ſymphyto tritis & appoſitis: ſimile eſt ex ſcabioſa quoque cum nitro & axungia ſuilla recenti, mixta. Simile denique ficus arida eſt cum iride & ſale trito admixtis, quod carbonem ſuppurat & aperit. (rupto carbunculo) locus omnino rubet & dehiſcens apparet: carnemque omnino mortuam remittit.

Tum ergo ad deterſionem properandum eſt: per mundificatiuum ex apio: donec impletus carne noua ſinus, cicatrice, tegatur, hoc vel ſimili vnguento.

Recipe ceruſ. lotæ ℨ. vj. lithargyr. ℨ. ij. ſcoriæ argenti ℨ. j. ß. ceræ ℥. j. tragacant. ℈. iiij. cum oleo roſat. fiat vnguentum.

De

De curatione extraordinaria.

CAP. XXV.

CVrationi carbunculi ſymptomatum eiuſdem grauiſſimorum lenitio ſæpe intermiſcenda eſt, vt ſitis, vigiliæ, cephalalgiæ, & lypothymiæ: huic igitur occurritur roborato corde tum externis: vt epithematis refrigerantibus humectantibus, & cardiacis, tum internis: vt conditis, opiatis, & potionibus cardiacis.

Epithemata conſtant aquis ſtillatitijs verbenæ, meliſſæ, bugloſſi, borraginis, acetoſæ, nenuphar. Scabioſæ roſarum & violarum mixta vini albi (aut potius aceti albi, parte ſexta) cum pulueribus cardiacis elect. diamarg. frigid. de gemm. diambr. trochiſc. bezoard. bolo, terra ſigillat. cornu ceruino, corall. caphur. croc. & cardiacorum florum, vt violar. borrag. & roſar. exemplum eſt.

Recipe aquar. ſcabioſ. acetoſ. nenuphar: roſar. borrag. ana. quart. 1. acet. albi ℥. ij. trochiſc. de caphur. ʒ. ij. cornu cerui) terræ ſigillat. corall. rubri an. ʒ. j. pulueris elect. diamarg. frig. ʒ. ij. fiat epithema, applicetur poſt phlebotomiam, ter aut quater interdiu, & per horæ dimidium ſingulis vicibus cum panno carmezino, & ſubtepidè.

Recipe vnguentum roſac. & cerat. ſantat. diligenter lotorum cum ſucco acetoſ. vel mali limon. vel cum aceto albo ana. ℥ ij. trochiſc. de caphur. ʒ. ij.

ʒ. ij. pulueris elect. diamarg. frig. ℈. iiij. fiat vnguentem, applicetur poſt epithematis vſum.

Recipe conſeru. violar. roſar. nenupharis & borrag. ann. ℥. j.ß. confect. alkerm. ℈. iiij. ſem.acetoſ. & mali citrij, cornu cerui & corall. rubr. ana. ʒ. j. miſce cum aqua citranguli, vel cum ſucco limonum fiat opiata applicanda regioni cordis.

Pariter quoque potiones conſtent ℥. iij. aut ℥. iiij. aquar. cardiacar.frigidiorum (æſtate) calidiorum hyeme: quibus ℥. ij. ſyrup.acidorum miſceantur: vt de limonibus,de acetoſitate citri) de agreſta, acetoſi ſimplicis, vel potius ſyruporum cardiacorum violarum de pomis & de ſucco bugloſſi.

Recipe aquarum roſarum borraginis acetoſæ nenuphar. ana. ℥. ij. pulueris elect. diamargar. frig. ʒ. j. cornu cerui raſur. eboris terræ ſigillat. rad.dictamn. margarit. ana. ℈. j.confect.alker.ʒ.ß. fiat potio.

Sitim lenit frequens linguę oriſque totius ablutio ex oxycrato; potioque ex aqua hord. & rad. acetoſæ cum ſyrupo de limonibus: & Trochiſc. ſequentium crebra in ore verſatione.

Recipe ſeminis ſphilij & cydoniorum ana. ʒ. ij. gumm. tragacan. ℈. iiij. contuſa omnia excipiantur ſacchari candi, aqua roſar. diſſoluti ℥. j. & fiant trochiſc. vel exiguæ tabellæ.

Linguæ quoque ariditas & nigrities deletur abſterſione eiuſdem ex aqua tepida:& ex infuſi in eadem aqua panni cærulei, ſedula fricatione.

Cephalalgiam grauem compeſcant (niſi critica ſit:) tum oxyrrhodinum fronti & temporibus ſubfrigide,

frigidè, & ſæpe allinendum: cuiuſmodi hoc ipſum eſt.

Recipe olei roſac. & nenuphar. ana. quart. ß. aceti roſac. ℥. ß. vnguenti populeon. ℥. iij. trochiſc. de caphur. ℈. iiij. albumen oui vnius miſceantur multo verberatu: & admoueantur ſemel, aut bis in hora: idque poſt reuulſionē per ſtrictas deligationes extremorum, clyſteres acres, ſiccas cucurbitulas, & ſcarificationes ceruicis, & ſcapularum. Tum odoramenta frigida, vt ſemina papau. albi, hyoſcyam. albi, mandragoræ & pſillij lactūc. contuſa, noduloque incluſa: atque ex aqua roſac. tepida naribus frequenter ſubiecta.

Tum denique potio cardiaca ſimilis (remota confect. alker. aut de hyacinth.) niſi quòd narcotica aliquando admittēda ſunt: vt requies Nicolai & pilulæ de Cynogloſſo diacodium, & ſyrup. de papau: Iiſdem remedijs (conciliato ſomno, vigiliæ diſcutiuntur, ſicuti inductis tenebris & ſilentio, imperato, tandemque appoſitis tonſo capiti catellis, & pullis ſecundum totam ſpinam diuiſis.

Hæc igitur eſt methodica bubonis & carbonis peſtilentis curatio: tam ordinaria, quàm extraordinaria: quæ (tanquam ſolitarij ipſi ſint) febrique peſtilenti minime implexi, exercenda eſt.

De

De febribus malignis.

CAP. XXVI.

HActenus febrium verè peſtilentium omnium : quæ aut ex aeris venenati corruptela : aut ex victu cacochymo contractæ, in vulgus ſæpiſſimè ſæuire ſolent, enarrata eſt methodus curatiua. Illæ enim cum materiales ſint : & corruptis humoribus concitatæ, carbunculo & bubone ſæpius,& maculis etiam aliquando ſtipatæ ſunt; (niſi fortaſſe oppreſſo quamprimum corde, veneni peſtilentis clade,ſubita mors ægros rapiat) at ephemeræ & hecticæ peſtilentes omni eiuſmodi caractere carent quarum curatiuam methodum hic nos quoque prætermittimus.

Quòd hecticæ omnino funeſtæ ſint, ephemeræ autem ſi fortè ſalutares ſint, nullum tamen curandi ſpatium ob breuitatem ſuam medico permittunt; ęgritudines denique peſtilentes ſine febre ſæpe incidunt: vt dyſenteria , catharrus &c. quarum proprijs remedijs alexipharmaca permiſcenda ſunt: vt tetra illa & peſtifera labes profligari delerive poſſit.

Aliud febrium genus eſt peſtilentibus proximū: non tamen ipſum peſtilens : ſed difficile tantum ac laborioſum , quæ ſine aeris peſtifera conditione ſponte ſua , ex interiori humorum vitio & prauitate gignuntur : ideoque minus (quam priores illæ)

illæ, ſunt communes, contagioſæ, & calamitoſæ: malignæ tamen (ob κακοηθείαν & prauitatem ſymptomatum, vocantur.

Harum tres differentiæ ſigillatim notandæ ſunt vna lypyriarum) altera earum, quæ exanthematis & maculis ſuperuenientibus inſignitæ ſunt (tertia earum, quibus exanthemata & variolæ ſuccedunt, ex his lypyriæ quamuis prauæ ſint) non ita tamen pernicioſæ communes & contagioſæ: vt mox dicebamus) accenduntur, aut ex atra bile: aut ex pituita ſalſa circa hypochondria: atque vtraque non tantùm putris, ſed corrupta etiam: ideoque non calore tantùm acri viſceribus & cordi moleſto: ſed inteſtino quoque totius ſubſtantiæ ſuæ diſſidio vitali robori infenſo: Conſtat autem earum prauitas non tam ex caloris magnitudine, quàm ſymptomatum grauitate.

Cuiuſmodi ſunt delirium, vigiliæ, carus, lipithymia, ſitis vrens, faſtidium, ardor internarum, frigus externarum, & extremarum partium corporis: diarrhea, hæmorragia, ob hanc ſymptomatum grauitatem, periculoſa febris hæc eſt: ſed minus tamen, quàm quæ verè peſtilens eſt: cum illius focus nequaquam in corde viciniſque venis (ſicuti peſtilentis, flagrat.

Signa diagnoſtica huiuſce ſpeciei, & prognoſtica (proprioſque curationis ſcopos & remedia, antea prodidimus: dum eam ipſam inter febres ſimplices putridas curauimus.

Succedere autem ea ſolet diuturnæ & vehementi intemperiei vnius vel plurium anni partium: aut etiam omnium. Ideoque hæc anno 1595. cuius autumnus,

tumnus, hyems, totumque ver aquilonium fuit & frigidum, æſtas ardentiſſima: multos rapuit de medio ciues Monſpelienſes, & vicinarum ciuitatum intra dies 7.

De febribus communibus.

CAP. XXVII.

ALTERA ſpecies nõ verè peſtilentium febriũ eſt: in qua totius corporis, præſertim thoracis, dorſique: ſed & interiora viſcera omnia, muſculi, nerui, cæteręque partes ſolidæ, maculis quibuſdam rubeis lẽtis, granis piperi ſimilibus, & pulicum morſibus obſidentur, quæ inde à quibuſdam Gallis purpura: vnde etiam purpuratæ febres vocantur. Ab Italis peſtitiæ Hippoc. exanthemata. 1. epid. Sunt autem febres illæ (prauæ quidem: quòd non ex ſola putredine) ſed ex corruptela quoque putrium humorum ſuſcitentur: eaque vel ab aeris labe mitiori: vel à caliditate immoderata, vel à contagio etiam ægrotantium inducta. Atque idcirco communes ſunt, & contagioſæ, ſed corporibus tantum ad putredinem, ob obſtructiones, propenſis. Putreſcit enim per illas febres quiuis humor: ſed vitioſus potiſſimum, & atrabilarius, calorque earum ſæpius feruet intus, & foris tepet: qui cum aſſiduus ſit, variis tamẽ circuitibus ſuis humoris putreſcentis varietatem æmulatur. Symptomata

D d

eiuſdem minus ſunt, quàm febris verè peſtilentis, grauia: vt laſſitudo impatibilis, indeque iactatio artuum: cephalalgia grauis, delirium, ſenſuum hebetudo, rubor oculorum, faſtidium cibi, & aliquando potionis, lingua arida ſordidaque, & vniuerſi corporis maculæ: quarum differentias penes magnitudinem, colorē, originem, & numerum, antea in febris peſtilentis ſymptomatum cenſu retulimus. Euentus præuidetur funeſtus: tū ex ſymptomatica macularum eruptione: vt circa ſecundum aut octauum diem: nullaque inde leuatione naturæ ſequente, tum ex earumdem colore liuido nigroque, & ex ſubita retroceſſione. Contra ſalutaris: ex tempeſtiuo earumdem: vt circa quartū, aut quintum, aut ſeptimum diem, emerſu, idque cum leuatione naturæ: & ſymptomatum remiſſione. Febris autem hæc fere terminari conſueuit ad ſalutē quidem, vel mictione vel maculis illis, aut ſudore: ad mortem phreneſi, lethargo, ſyncope: eiuſdē denique febris eadem eſt, & verè peſtilentis, curatio, nempe eodem victu vires roborandæ, iiſdem vacuationibus cauſa antecedens & coniuncta oppuguanda eſt: iiſdem denique alexipharmacis grauitas earum frænanda, domandaque eſt. Quæ autē criticæ ſunt maculæ & perfectæ omnem diſſuadēt vacuationem: at imperfectæ criticæ, ſicuti & ſymptomaticæ, vacuationem etiam per phlebotomiam admittunt.

De

De febribus malignis & variolis ac morbillis.

CAP. XXVIII.

TERTIA ſpecies febrium non verè peſtilentium,eſt earum quibus morbilli &variolæ tanquam propria ſymptomata ſuperueniunt. Hæ quoque maximè quidē contagioſæ,ſed minus tamen prauæ, & communes : quam quæ verè ſunt peſtilentes. Sunt autem morbilli & variolæ ex puſtularum genere.Hæ quidem maiores altioreſque,in ambitu & baſi rubræ, ad acumen albicantes, varis magnitudine ſimiles:à quibus nomen ſortitæ ſunt. Phlegmonarum quoque naturam ſanguineam magis retinent : & ad ecthymata referuntur , quorum aliæ quoque numerantur differentiæ: vt Pſydrachium, epinyctis &c. Illi ſunt minores puſtulæ , ex rubro magis flaueſcentes,exanthematum generis quæ ad eryſipelata magis pertinent, variolæ etiam tam denſæ non ſunt, ſed euidenti interuallo inter ſe diſiunctæ.Morbilli autem denſiſſimi ſunt, magiſque ſuperficiarij,& exigui. Ab aliis autem puſtularum ſpeciebus morbilli & variolæ differunt : quod ipſis variolis morbilliſq; omnes ferè homines cōflictari ſemel cōtingat:aliàs quidē citius in infātia,pueritia

& pyrethro, quod ſingulis horis mutetur: tale eſt ex cæpa cauata, coctaque cum theriaca in cauitatem immiſſa & appoſita.

Tale fornacij panis molle feruens ſæpius repetitum: idque maximè, ſi fluxionis impetus validè irruat: & in regionem principi parti vicinam.

Quòd ſi fluxio pigrior ignauiorque ſit in partem præſertim ignobilem: vt in artus, euocanda foras eſt & proritanda: non ſolum appoſitis pullis gallinaceis, aut columbinis ano glabrata aut ſuctu, ſcarificatione, & cucurbitulis: ſed medicamentis etiam cauſticis virus teterque humor foras protrahendus eſt: ex quibus arſenicum efficaciſſimū eſt, neque prius adurendi finis ſit: quam ex omni parte dolor ſentiatur.

Proxima vlceri caro inflammata cataplaſmate minuenda eſt: non repellente quidem (repugnante fluxionis craſſitie & malignitate) neque rurſus diſcutiente tantùm (ne fluxionis ardor, partiſque acrius flagret) ſed mixto, quod refrigeret & ſimul repellat) leuiterque diſcutiat, (vt fluxionis futuræ impetus modicè reprimatur: eiuſque quæ iam facta eſt, portio interim reſoluatur) eiuſmodi eſt Galeni cataplaſma ex arnogloſſi folijs, cum lentibus & pane syncomiſto, in aqua coctis (ab alijs Galla etiam additur) tum ex duobus malis granatis acido vno dulci altero: vel vno ſolo dulcoacido, per medium ſecto, & in aceto cocto, poſtquam totus humor fluxit: tum inflammata caro ſubtus cingenda eſt cataplaſmate ex bolo armeno cum oleo roſaceo & aceto compoſito: ne intro fluxio remeare ad viſcera certo ægri exitio poſsit.

Iam

Iam verò vbi inflammationis furor recedit viruſque foras euocatum aut conſumptum eſt, tum ſuppurationi locus idoneus eſto per cataplaſma Auicennæ ex ficubus, fermento, & ſale mixtis.

Simile eſt ex vitellis ouorum: quod ſæpius vſu crebro ſuppurare & rumpere carbunculum credatur. Simile eſt ex melle, ſale, farina triticea, & ouorum luteis. Simile ex ſcabeoſa & ſymphyto tritis & appoſitis: ſimile eſt ex ſcabioſa quoque cum nitro & axungia ſuilla recenti, mixta. Simile denique ficus arida eſt cum iride & ſale trito admixtis, quod carbonem ſuppurat & aperit. (rupto carbunculo) locus omnino ruber & dehiſcens apparet: carnemque omnino mortuam remittit.

Tum ergo ad deterſionem properandum eſt: per mundificatiuum ex apio: donec impletus carne noua ſinus, cicatrice, tegatur, hoc vel ſimili vnguento.

Recipe ceruſ. lotæ ℥. vj. lithargyr. ℥. ij. ſcoriæ argenti ℥. j. ß. ceræ ℥. j. tragacant. ℈. iiij. cum oleo roſat. fiat vnguentum.

De

℥. ij. pulueris elect. diamarg. frig. ℈. iiij. fiat vnguentem, applicetur poſt epithematis vſum.

Recipe conſeru. violar. roſar. nenupharis & borrag. ann. ℥. j.ß. confect. alkerm. ℈. iiij. ſem. acetoſ. & mali citrij, cornu cerui & corall. rubr. ana. ʒ. j. miſce cum aqua citranguli, vel cum ſucco limonum fiat opiata applicanda regioni cordis.

Pariter quoque potiones conſtent ℥. iij. aut ℥. iiij. aquar. cardiacar. frigidiorum (æſtate) calidiorum hyeme: quibus ℥. ij. ſyrup. acidorum miſceantur: vt de limonibus, de acetoſitate citri) de agreſta, acetoſi ſimplicis, vel potius ſyruporum cardiacorum violarum de pomis & de ſucco bugloſſi.

Recipe aquarum roſarum borraginis acetoſæ nenuphar. ana. ℥. ij. pulueris elect. diamargar. frig. ʒ. j. cornu cerui raſur. eboris terræ ſigillat. rad. dictamn. margarit. ana. ℈. j. confect. alker. ʒ. ß. fiat potio.

Sitim lenit frequens linguę oriſque totius ablutio ex oxycrato; potioque ex aqua hord. & rad. acetoſæ cum ſyrupo de limonibus: & Trochiſc. ſequentium crebra in ore verſatione.

Recipe ſeminis ſphilij & cydoniorum ana. ʒ. ij. gumm. tragacan. ℈. iiij. contuſa omnia excipiantur ſacchari candi, aqua roſar. diſſoluti ℥. j. & fiant trochiſc. vel exiguæ tabellæ.

Linguæ quoque ariditas & nigrities deletur abſterſione eiuſdem ex aqua tepida: & ex infuſi in eadem aqua panni cærulei, ſedula fricatione.

Cephalalgiam grauem compeſcant (niſi critica ſit:) tum oxyrrhodinum fronti & temporibus ſubfrigidè,

frigidè, & ſæpe allinendum: cuiuſmodi hoc ipſum eſt.

Recipe olei roſac. & nenuphar. ana. quart. ß. aceti roſac. ℥.ß. vnguenti populeon. ʒ.iij. trochiſc. de caphur. ℈. iiij. albumen oui vnius miſceantur multo verberatu: & admoueantur ſemel, aut bis in hora: idque poſt reuulſionẽ per ſtrictas deligationes extremorum, clyſteres acres, ſiccas cucurbitulas, & ſcarificationes ceruicis, & ſcapularum. Tum odoramenta frigida, vt ſemina papau. albi, hyoſcyam. albi, mandragoræ & pſillij lactiic. contuſa, noduloque incluſa: atque ex aqua roſac. tepida naribus frequenter ſubiecta.

Tum denique potio cardiaca ſimilis (remota confect. alker. aut de hyacinth.) niſi quòd narcotica aliquando admittẽda ſunt: vt requies Nicolai & pilulæ de Cynogloſſo diacodium, & ſyrup. de papau: Iiſdem remedijs (conciliato ſomno, vigiliæ diſcutiuntur, ſicuti inductis tenebris & ſilentio, imperato, tandemque appoſitis tonſo capiti catellis, & pullis ſecundum totam ſpinam diuiſis.

Hæc igitur eſt methodica bubonis & carbonis peſtilentis curatio: tam ordinaria, quàm extraordinaria: quæ (tanquam ſolitarij ipſi ſint) febrique peſtilenti minime implexi, exercenda eſt.

De

De febribus malignis.

CAP. XXVI.

HActenus febrium verè peſtilentium omnium : quæ aut ex aeris venenati corruptela : aut ex victu cacochymo contractæ, in vulgus ſæpiſſimè ſæuire ſolent, enarrata eſt methodus curatiua. Illæ enim cum materiales ſint : & corruptis humoribus concitatæ, carbunculo & bubone ſæpius, & maculis etiam aliquando ſtipatæ ſunt; (niſi fortaſſe oppreſſo quamprimum corde, veneni peſtilentis clade, ſubita mors ægros rapiat) at ephemeræ & hecticæ peſtilentes omni eiuſmodi caractere carent quarum curatiuam methodum hic nos quoque prætermittimus.

Quòd hecticæ omnino funeſtæ ſint, ephemeræ autem ſi fortè ſalutares ſint, nullum tamen curandi ſpatium ob breuitatem ſuam medico permittunt; ęgritudines denique peſtilentes ſine febre ſæpe incidunt : vt dyſenteria , catharrus &c. quarum proprijs remedijs alexipharmaca permiſcenda ſunt: vt tetra illa & peſtifera labes profligari delerive poſſit.

Aliud febrium genus eſt peſtilentibus proximũ: non tamen ipſum peſtilens : ſed difficile tantum ac laborioſum , quæ ſine aeris peſtifera conditione ſponte ſua , ex interiori humorum vitio & prauitate gignuntur : ideoque minus (quam priores

illæ)

illæ, ſunt communes, contagioſæ, & calamitoſæ: malignæ tamen (ob κακοήθειαν & prauitatem ſymptomatum, vocantur.

Harum tres differentiæ ſigillatim notandæ ſunt vna lypyriarum; altera earum, quæ exanthematis & maculis ſuperuenientibus inſignitæ ſunt (tertia earum, quibus exanthemata & variolæ ſuccedunt, ex his lypyriæ quamuis prauæ ſint) non ita tamen pernicioſæ communes & contagioſæ: vt mox dicebamus) accenduntur, aut ex atra bile: aut ex pituita ſalſa circa hypochondria: atque vtraque non tantùm putris, ſed corrupta etiam: ideoque non calore tantùm acri viſceribus & cordi moleſto: ſed inteſtino quoque totius ſubſtantiæ ſuæ diſſidio vitali robori infenſo: Conſtat autem earum prauitas non tam ex caloris magnitudine, quàm ſymptomatum grauitate.

Cuiuſmodi ſunt delirium, vigiliæ, carus, lipothymia, ſitis vrens, faſtidium, ardor internarum, frigus externarum, & extremarum partium corporis: diarrhea, hæmorragia, ob hanc ſymptomatum grauitatem, periculoſa febris hæc eſt: ſed minus tamen, quàm quæ verè peſtilens eſt: cum illius focus nequaquam in corde viciniſque venis (ſicuti peſtilentis, flagrat.

Signa diagnoſticà huiuſce ſpeciei, & prognoſtica (proprioſque curationis ſcopos & remedia, antea prodidimus: dum eam ipſam inter febres ſimplices putridas curauimus.

Succedere autem ea ſolet diuturnæ & vehementi intemperiei vnius vel plurium anni partium: aut etiam omnium. Ideoque hæc anno 1595. cuius au-

tumnus,

tumnus,hyems, totumque ver aquilonium fuit & frigidum, æſtas ardentiſſima: multos rapuit de medio ciues Monſpelienſes, & vicinarum ciuitatum intra dies 7.

De febribus communibus.

CAP. XXVII.

ALTERA ſpecies nõ verè peſtilentium febriũ eſt:in qua totius corporis, præſertim thoracis, dorſique: ſed & interiora viſcera omnia, muſculi,nerui,cæteręque partes ſolidæ,maculis quibuſdam rubeis lẽtis,granis piperi ſimilibus, & pulicum morſibus obſidentur,quæ inde à quibuſdam Gallis purpura:vnde etiam purpuratæ febres vocantur. Ab Italis peſtitiæ Hippoc. exanthemata. 1. epid. Sunt autem febres illæ (prauæ quidem:quòd non ex ſola putredine) ſed ex corruptela quoque putrium humorum ſuſcitentur: eaque vel ab aeris labe mitiori: vel à caliditate immoderata, vel à contagio etiam ægrotantium inducta. Atque idcirco communes ſunt, & contagioſæ, ſed corporibus tantum ad putredinem, ob obſtructiones, propenſis. Putreſcit enim per illas febres quiuis humor: ſed vitioſus potiſſimum, & atrabilarius, calorque earum ſæpius feruet intus,& foris tepet:qui cum aſſiduus ſit, variis tamẽ circuitibus ſuis humoris putreſcentis varietatem æmulatur. Symptomata

De febribus malignis & variolis ac morbillis.

Cap. XXVIII.

TErtia ſpecies febrium non verè peſtilentium, eſt earum quibus morbilli & variolæ tanquam propria ſymptomata ſuperueniunt. Hæ quoque maximè quidē contagioſæ, ſed minus tamen prauæ, & communes : quam quæ verè ſunt peſtilentes. Sunt autem morbilli & variolæ ex puſtularum genere. Hæ quidem maiores altioreſque, in ambitu & baſi rubræ, ad acumen albicantes, varis magnitudine ſimiles: à quibus nomen ſortitæ ſunt. Phlegmonarum quoque naturam ſanguineam magis retinent : & ad ecthymata referuntur, quorum aliæ quoque numerantur differentiæ: vt Pſydrachium, epinyctis &c. Illi ſunt minores puſtulæ, ex rubro magis flaueſcentes, exanthematum generis quæ ad eryſipelata magis pertinent, variolæ etiam tam denſæ non ſunt, ſed euidenti interuallo inter ſe diſiunctæ. Morbilli autem denſiſſimi ſunt, magiſque ſuperficiarij, & exigui. Ab aliis autem puſtularum ſpeciebus morbilli & variolæ differunt : quod ipſis variolis morbilliſq; omnes ferè homines cōflictari ſemel cōtingat: alias quidē citius in infātia, pueritia

& adoleſcētia:aliàs ſerius in iuuentute & conſtanti ætate: aliàs rariſſimè, in ſenectute, quodque qui illis ſemel defuncti ſunt, nunquam denuò iiſdem conflictentur: niſi vacuatio prima imperfecta fuerit. Denique non in cutem tantum erumpunt; ſed in internas etiam partes omnes, & externas (vt nares, oculos, fauces, pulmones) œſophagum, inteſtina, & muſculos, inuadunt: quod reliquis puſtulis non accidit. Morbilli & variolæ ſymptomata ſunt febrium continuarum: quibus citius ſeruiſque ſuperueniunt: (rariſſimè enim eas antecedunt.) In morborum tamen cenſu numeranda: ſuntque eorundem differentiæ eryſipelatum & phlegmonarum ſimiles, vt earum aliæ ſint exquiſitæ magis, vel ſpuriæ: grauiores, vel leuiores. Huius, vel illius partis: atque hinc curationis tota varietas pendet.

Suntque eorumdem propria ſymptomata ſignaque & curatio. Febris quidem eſt aſſidua ferè è ſynochon genere, ſine vllis putredinis in vrinis aut in pulſu indiciis: nec ita valde vehemens, quæ variolas excitat.

Aliàs bilioſa magis eſt, ardens, & moleſta: quæ morbillos cōmouet. Cauſſa proxima variolarum, vt phlegmonarum, ſanguis eſt craſſior: morbillorum, vt eryſipelatum, tenuior. Vterque enim efferueſcens febrem accendit, craſſior vaporoſum tenuior ardentem. Atque ab internarum partium viſcerumque expultrice facultate foras expulſus ſanguis puſtulas illas maiores minoreſque ſuſcitat. Illas tamen priores: ob craſſitiem ſanguinis maio-

rem

rem quam, biliosi: qui in habitum feruore attenuatus & concitatus facilè tranſmittitur. Porro tranſmiſſionis huius cauſſa incitans eſt quibuſdam ſolus calor; ex aeris circunfuſi temperie: ſicuti per vernam & æſtiuam tempeſtatem: ac auſtrinam anni conſtitutionem.

Aliis multò magis, peſtiles aeris ſed mitior ſtatus: hoc indicio quod non Auſtrina tãtùm, ſed Aquilonia etiam anni temperie, non vere ſolo, & æſtate, ſed autumno etiam & hyeme debacchari ſoleat morbus hic. Indéque ſit maximè contagioſus, ſed propenſis tantùm: quorum corpora plethorica aut cacochyma ſunt. Aliis denique ſuppreſſum quotidiani excrementi effluuium, & perſpiratio impedita ſtatuitur.

Sed hæc rarius cùm putredinis (vt dictum eſt) indiciis vrinæ pulſuſque frequentiſſimè careant, frequentiores ſunt priores cauſſæ duæ, aeris ſcilicet, vel æſtuoſi, vel peſtilentis ſtatus. Cæterum illum vtrumque humorem ad ſanguinis menſtrui reliquias (ex quo in vtero effingimur. alimur, augemur) in poris partium abditas Arabes referunt: quæ accedente cauſſa externa calefaciente, liquante, fundente; vel interna obſtruente, à præpotenti partium natura (ſanguinis purgandi cauſſa) foras amandentur.

Illas enim reliquias tum ab affectu relicto partium: tum à menſtruo: tum ab alimentorum corruptione, tum valde poſt editum in lucem fœtum multiplicari: vt naturæ negotium grauiſſimum, tandem faceſſant hinc homines omnes puſtulis

frigidè, & ſæpe allinendum: cuiuſmodi hoc ipſum eſt.

Recipe olei roſac. & nenuphar. ana. quart. ß. aceti roſac. ℥. ß. vnguenti populeon. ʒ. iij. trochiſc. de caphur. ℈. iiij. albumen oui vnius miſceantur multo verberatu: & admoueantur ſemel, aut bis in hora: idque poſt reuulſionē per ſtrictas deligationes extremorum, clyſteres acres, ſiccas cucurbitulas, & ſcarificationes ceruicis, & ſcapularum. Tum odoramenta frigida, vt ſemina papau. albi, hyoſcyam. albi, mandragoræ & pſillij lactuc. contuſa, noduloque incluſa: atque ex aqua roſac. tepida naribus frequenter ſubiecta.

Tum denique potio cardiaca ſimilis (remota confect. alker. aut de hyacinth.) niſi quod narcotica aliquando admittēda ſunt: vt requies Nicolai & pilulæ de Cynogloſſo diacodium, & ſyrup. de papau: Iiſdem remedijs (conciliato ſomno, vigiliæ diſcutiuntur, ſicuti inductis tenebris & ſilentio, imperato, tandemque appoſitis tonſo capiti catellis, & pullis ſecundum totam ſpinam diuiſis.

Hæc igitur eſt methodica bubonis & carbonis peſtilentis curatio: tam ordinaria, quàm extraordinaria: quæ (tanquam ſolitarij ipſi ſint) febrique peſtilenti minime implexi, exercenda eſt.

De

De febribus malignis.

CAP. XXVI.

HActenus febrium verè peſtilentium omnium : quæ aut ex aeris venenati corruptela : aut ex victu cacochymo contractæ, in vulgus ſæpiſſimè ſæuire ſolent, enarrata eſt methodus curatiua. Illæ enim cum materiales ſint : & corruptis humoribus concitatæ, carbunculo & bubone ſæpius,& maculis etiam aliquando ſtipatæ ſunt; (niſi fortaſſe oppreſſo quamprimum corde, veneni peſtilentis clade,ſubita mors ægros rapiat) at ephemeræ & hecticæ peſtilentes omni eiuſmodi caractere carent quarum curatiuam methodum hic nos quoque prætermittimus.

Quòd hecticæ omnino funeſtæ ſint, ephemeræ autem ſi fortè ſalutares ſint, nullum tamen curandi ſpatium ob breuitatem ſuam medico permittunt; ęgritudines denique peſtilentes ſine febre ſæpe incidunt: vt dyſenteria , catharrus &c. quarum proprijs remedijs alexipharmaca permiſcenda ſunt: vt tetra illa & peſtifera labes profligari delerive poſſit.

Aliud febrium genus eſt peſtilentibus proximũ: non tamen ipſum peſtilens : ſed difficile tantum ac laborioſum , quæ ſine aeris peſtifera conditione ſponte ſua , ex interiori humorum vitio & prauitate gignuntur : ideoque minus (quam priores illæ)

illæ, ſunt communes, contagioſæ, & calamitoſæ: malignæ tamen (ob κακοήθειαν & prauitatem ſymptomatum, vocantur.

Harum tres differentiæ ſigillatim notandæ ſunt vna lypyriarum; altera earum, quæ exanthematis & maculis ſuperuenientibus inſignitæ ſunt (tertia earum, quibus exanthemata & variolæ ſuccedunt, ex his lypyriæ quamuis prauæ ſint) non ita tamen perniciosæ communes & contagioſæ: vt mox dicebamus) accenduntur, aut ex atra bile: aut ex pituita ſalſa circa hypochondria: atque vtraque non tantùm putris, ſed corrupta etiam: ideoque non calore tantùm acri viſceribus & cordi moleſto: ſed inteſtino quoque totius ſubſtantiæ ſuæ diſſidio vitali robori infenſo: Conſtat autem earum prauitas non tam ex caloris magnitudine, quàm ſymptomatum grauitate.

Cuiuſmodi ſunt delirium, vigiliæ, carus, lipithymia, ſitis vrens, faſtidium, ardor internarum, frigus externarum, & extremarum partium corporis: diarrhea, hæmorragia, ob hanc ſymptomatum grauitatem, periculoſa febris hæc eſt: ſed minus tamen, quàm quæ verè peſtilens eſt: cum illius focus nequaquam in corde viciniſque venis (ſicuti peſtilentis, flagrat.

Signa diagnoſtica huiuſce ſpeciei, & prognoſtica (proprioſque curationis ſcopos & remedia, antea prodidimus: dum eam ipſam inter febres ſimplices putridas curauimus.

Succedere autem ea ſolet diuturnæ & vehementi intemperiei vnius vel plurium anni partium: aut etiam omnium. Ideoque hæc anno 1595. cuius autu mnus,

tumnus,hyems, totumque ver aquilonium fuit & frigidum, æſtas ardentiſſima:multos rapuit de medio ciues Monſpelienſes, & vicinarum ciuitatum intra dies 7.

De febribus communibus.

CAP. XXVII.

ALTERA ſpecies nõ verè peſtilentium febriũ eſt:in qua totius corporis, præſertim thoracis, dorſique: ſed & interiora viſcera omnia,muſculi,nerui,cæterꝗque partes ſolidæ,maculis quibuſdam rubeis lẽtis,granis piperi ſimilibus, & pulicum morſibus obſidentur,quæ inde à quibuſdam Gallis purpura:vnde etiam purpuratæ febres vocantur. Ab Italis peſtitiæ Hippoc. exanthemata. 1. epid. Sunt autem febres illæ (prauæ quidem:quòd non ex ſola putredine) ſed ex corruptela quoque putrium humorum ſuſcitentur: eaque vel ab aeris labe mitiori: vel à caliditate immoderata, vel à contagio etiam ægrotantium inducta. Atque idcirco communes ſunt, & contagioſæ, ſed corporibus tantum ad putredinem, ob obſtructiones, propenſis. Putreſcit enim per illas febres quiuis humor: ſed vitioſus potiſſimum, & atrabilarius, calorque earum ſæpius feruet intus,& foris tepet:qui cum aſſiduus ſit, variis tamẽ circuitibus ſuis humoris putreſcentis varietatem æmulatur. Symptomata

De febribus malignis & varioliſ ac morbillis.

Cap. XXVIII.

TERTIA ſpecies febrium non verè peſtilentium, eſt earum quibus morbilli & variolæ tanquam propria ſymptomata ſuperueniunt. Hæ quoque maximè quidē contagioſæ, ſed minus tamen prauæ, & communes : quàm quæ verè ſunt peſtilentes. Sunt autem morbilli & variolæ ex puſtularum genere. Hæ quidem maiores altioreſque, in ambitu & baſi rubræ, ad acumen albicantes, varis magnitudine ſimiles: à quibus nomen ſortitæ ſunt. Phlegmonarum quoque naturam ſanguineam magis retinent : & ad ecthymata referuntur, quorum aliæ quoque numerantur differentiæ : vt Pſydrachium, epinyctis &c. Illi ſunt minores puſtulæ, ex rubro magis flaueſcentes, exanthematum generis quæ ad eryſipelata magis pertinent, variolæ etiam tam denſæ non ſunt, ſed euidenti interuallo inter ſe diſiunctæ. Morbilli autem denſiſſimi ſunt, magiſque ſuperficiarij, & exigui. Ab aliis autem puſtularum ſpeciebus morbilli & variolæ differunt : quod ipſis variolis morbilliſq; omnes ferè homines cōflictari ſemel cōtingat: alias quidē citius in infātia, pueritia

& adoleſcētia: aliàs ſerius in iuuentute & conſtanti ætate: aliàs rariſſimè, in ſenectute, quodque qui illis ſemel defuncti ſunt, nunquam denuò iiſdem conflictentur: niſi vacuatio prima imperfecta fuerit. Denique non in cutem tantum erumpunt; ſed in internas etiam partes omnes, & externas (vt nares, oculos, fauces, pulmones) œſophagum, inteſtina, & muſculos, inuadunt: quod reliquis puſtulis non accidit. Morbilli & variolæ ſymptomata ſunt febrium continuarum: quibus citius ſeruiſque ſuperueniunt: (rariſſimè enim eas antecedunt.) In morborum tamen cenſu numeranda: ſuntque eorundem differentiæ eryſipelatum & phlegmonarum ſimiles, vt earum aliæ ſint exquiſitæ magis, vel ſpuriæ: grauiores, vel leuiores. Huius, vel illius partis: atque hinc curationis tota varietas pendet.

Suntque eorumdem propria ſymptomata ſignaque & curatio. Febris quidem eſt aſſidua ferè è ſynochon genere, ſine vllis putredinis in vrinis aut in pulſu indiciis: nec ita valde vehemens, quæ variolas excitat.

Aliàs biliofa magis eſt, ardens, & moleſta: quæ morbillos cōmouet. Cauſſa proxima variolarum, vt phlegmonarum, ſanguis eſt craſſior: morbillorum, vt eryſipelatum, tenuior. Vterque enim efferueſcens febrem accendit; craſſior vaporoſum tenuior ardentem. Atque ab internarum partium viſcerumque expultrice facultate foras expulſus ſanguis puſtulas illas maiores minoreſque ſuſcitat. Illas tamen priores: ob craſſitiem ſanguinis maio-

rem

rem quam,billioſi:qui in habitum feruore attenuatus & concitatus facilè tranſmittitur. Porro tranſmiſſionis huius cauſſa incitans eſt quibuſdam ſolus calor; ex aeris circunfuſi temperie: ſicuti per vernam & æſtiuam tempeſtatem:ac auſtrinam anni conſtitutionem.

Aliis multò magis,peſtilés aeris ſed mitior ſtatus: hoc indicio quod non Auſtrina tãtùm, ſed Aquilonia etiam anni temperie,non vere ſolo, & æſtate, ſed autumno etiam & hyeme debacchari ſoleat morbus hic. Indéque ſit maximè contagioſus, ſed propenſis tantùm:quorum corpora plethorica aut cacochyma ſunt. Aliis denique ſuppreſſum quotidiani excrementi effluuium,& perſpiratio impedita ſtatuitur.

Sed hæc rarius cùm putredinis (vt dictum eſt) indiciis vrinæ pulſuſque frequentiſſimè careant, frequentiores ſunt priores cauſſæ duæ, aeris ſcilicet,vel æſtuoſi, vel peſtilentis ſtatus. Cæterum illum vtrumque humorem ad ſanguinis menſtrui reliquias (ex quo in vtero effingimur, alimur, augemur) in poris partium abditas Arabes referunt: quæ accedente cauſſa externa calefaciente,liquante,fundente;vel interna obſtruente, à præpotenti partium natura (ſanguinis purgandi cauſſa) foras amandentur.

Illas enim reliquias tum ab affectu relicto partium: tum à menſtruo: tum ab alimentorum corruptione, tum valde poſt editum in lucem fœtum multiplicari: vt naturæ negotium grauiſſimum, tandem faceſſant hinc homines omnes puſtulis

Neque etiam priſcis olim hominibus: quib. hoc vitium incognitum fuit: at vero muliebris natura vitioſum illum ſanguinem vterinis viis non cuti, deſtinat. Quadrupedibus autem eadem materia vitioſa in pilos vngues & cornua abſumitur: priſcis denique hominibus incognita fuit hæc labes: vel ob diuerſam ſyderum conſtitutionem: vel ob matrum puerorumque maiorem continentiam: ex qua quidam etiam noſtræ tempeſtatis alumni eamdem effugiunt aut certè mitiſſimam experiuntur. Alij eadem Arabum placita conſtantius veriuſque conuellere mihi quidem videntur: dum variolarum materiam ſanguinem pituitoſum, morbillorum bilioſum, tum rationibus, tum experimentis diſputant, ſine tamen vlla ſanguinis menſtrui pernitie mixtioneve. Neque enim illum ſanguinem menſtruum poſſe eſſe pernicioſum venenatum aut contagioſum: cum ex eadem eſculentorum & poculentorum materia, ab eodem calore natiuo, gignatur, & in iiſdem vaſis, cum reliquo ſanguine ſeruetur: & ad eundem concipiendi augendique fœtus finem, crudiorem tamen illum eſſe magiſque pituitoſum: quanto viris frigidiores, edaciores, inertiores magiſque otioſæ ſunt fœminæ: ob quam cruditatem Ariſtoteles morbidum ſanguinem, & prægnantem ægram vocarit, niſi fortaſſe mulier viſcerum intemperie laboret: quorum inquinamentis vterus conſpurcetur, fœtibus enim vtero concluſis, ex materni ſanguinis crudiſſima parte, maximeque pituitoſa alimentum ſuppeditari: cum ſyncerior eiuſdem portio matrum

validiori tractrice facultate,in propriam nutritionem rapiatur. Deinde infantes lacte abundanter expleri: cuius eadem eſt ex menſtruo materia, in glãdulofis & frigidioribus mammis, albedinis ſpecie exornata. Tum etiam pueros ablactatos ex vitæ intemperantia, neglectoque ciborum diſcrimine & ordine, atque etiam exercitationum tempore modoque, crudiori ſanguine circumfluere: quem accedente feruore expurgari neceſſe ẽſt: tenuioribus portionibus in cutem, craſſioribus in inteſtina depulſis. Sic recentis & muſtei vini feruore concepto, tenuiores ſurſum ſordes ſpumæ inſtar eructari,craſſiores fœces in dolij fundum deturbari:non enim ſanguinis huius reliquias in trigeſimum annum, aut etiam quadrageſimum poſſe,in corpore incolumi,& ab illa ægritudine libero, inuectas conſeruari. Hinc itaque colligunt variolas è crudiori ſanguine,morbillos ex eiuſdem vaporibus calidioribus ſuſcitari: non à menſtruo ſanguine. Ideoque fœtus nunquam,infantes rariſſime laborare,ſicuti & iuuenes,aliiq; prouectioris ætatis homines: ſæpiſſime pueri cernuntur:multiplicata ob errores victus cruditate ebullitioni idonea,quin etiam ſententiæ ſuæ experimentorum & ſymptomatum fidem adiungunt:quæ omnia pituitã redolent:vt ſomnolentia in principio febris,capitis grauitas,oculi tumidi& lachrymoſi,diarrhoea etiam pituitoſa,aliquãdo dyſenteria,vbi ex pituita ſalſa febrium iſtarum ſymptomata ſunt,(erupturis his puſtulis) pruritus totius corporis præſertim dorſi (materia plurima à vicina vena caua & arteria iu hanc partem effuſa) cephalalgia grauis, oculi

oculi tumidi, & lacrymoſi, nares ſtillantes, (ob feruentis ſanguinis vapores ſurſum motos) laſſitudo artuum tenſiua, (è ſanguine fuſo à feruore) tuſſis, raucedo (faucibus & arteria deſtillatione cerebri irrigatis) vel puſtularum iſtarum eruptione obſeſſis, grauis & difficilis reſpiratio, ſiccitas linguæ, ſputum craſſum, ſomnolentia aut vigiliæ, (pro ſanguinis vaporumque varietate) rubor vniuerſi corporis, præſertim faciei & oculorum, vrina turbida, pulſus frequens, celer, & vehemens. Signa huius febris diagnoſtica ſunt, proxime enumerata ſymptomata: tum ætas puerilis, conſuetudo cum ægris, cœli conſtitutio calidior, auſtrina, verna aut etiam peſtilens. Signa prognoſtica ex comparatione morbi & naturæ ducenda ſunt.

Exitum enim ſalutarem prænūciant, febris remiſſior, præſertim poſt poſtularum eruptionem, tum ſi variolæ ipſæ magnæ ſint, & raræ, non continuatæ, ſi die critica erumpant (quod rarius eſt) ſitque eruptio velox, ſine recoceſſione. Contraria ſigna mortem augurantur: aliaque functionum principum damna: vt vigiliæ, carus, oppreſſio, faſtidium cibi & potionis, anxietas, lepothymia, diarrhoea praua, ſolutionis tempus perbreue iudicatur à ſpecie morbi; qui acutus, vel potius peracutus eſt. Salus autem comparatur totius materiæ ad cutem expulſione, variolarum maturatione, ac morbillorum diſcuſione, diarrhoea pituitoſa ſuccedente. Mors contra, ex ſymptomatum febriſque vehementia; vt lepothymiæ, dyſpnææ & ſuffocationis acceleratur.

Curatio.

FEbris huiuſce curatio communis eſt febrium verè peſtilentium : nempe cauſæ antecedentis euacuatio : tum per phlebotomiam : ſiquidem ſanguis multus eſt, ætaſque idonea, ex mediana, vel baſilica vena: phlebotomiā ſupplet vacillante natura, aut ætate reſpuente, ſcarificatio, cum cucurbitulis ad nates,lumbos, & ſcapulas, & ſanguiſugæ hæmorrhoidibus affixæ. Tum per purgationem ſi cacochymus videatur, clementiorem : clyſtereſque molliores: ne vehementia feruorem conduplicet, (de quibus in curatione febris peſtilentis) neque enim poteſt naturæ motus ad cutem inhiberi, ab vtraque iſta vacuatione : qui nondum in principio inchoatus eſt,vt primo aut ſecundo die. Alteratio præterea adhibenda eſt : tum per alexipharmaca : tum maximè, per refrigerantia,ſiccantia & incraſſantia(craſſa enim quàm tenuia ægrius feruent & mouentur) tales ſunt iulepi ex ſyrupo myrth. de granatis acidis,de agreſta, de ribes, cum aquis ſtillatitijs roſar. acetoſ. nenupharis & cū alexipharmacis frigidis vt corallio,ebore, cornu ceruino, margaritis, ſantalo albo & rubro, fragmentis lapidum, ſaphyri & hyacinthi. Talis etiam victus in principio decernendus eſt; ex partibus albis animaliū elixatis tinctiſque ſucco acido aggreſtæ) omphacij granati acidi, mali limo. aranc. acetoſ. ex pomis pruniſque acidis, cydonijs,cucurbitæ recentis carne, ex lentibus dactylis,&c. Potio ſit aquæ fontanæ : vel ſiſternæ, quòd ſi dilata vacuatio, phlebotomia & purgatio : vtraque in tempus variola-

variolarum eruptionis fuerit, plethorico corpore potiſſimum vtraque tentari tutò poteſt, niſi criſis perfecta ex temporis conditione, ægrique leuatione, & ſymptomatum obliteratione, noſcatur.

Nam ſi imperfecta ſit aut ſymptomatica: qualis ſæpius eſſe ſolet; tertio aut quarto die leuata natura ab vtroque remedio ſed modicè vſurpato, inchoatum motum vitijque relicti expulſionem validius proſequitur. Nequaquam tamen tum (poſt eruptionem) in alterantibus incraſſatio, ſed attenuatio ſola de tempore optanda eſt: qua vitium in cutem facilius deponat. Iam vero puſtularum (vbi emicare cœperunt) curatio propria eſt: quæ materiam foras expellat eliciatque.) Eliciunt autem leues cutis frictiones, ex veteri panno aut manu, aut litus ex oleo amygdalino dulci, liliaceo, violaceo: pluresque ſtragulæ; & quæcumque leui tepidoque calore habitum relaxant.

Pellunt quidem ſiue trudunt foras attenuantia omnia, ſed hic frigidiora, aut temperata ob febris feruorem, tales ſunt ſyrupi de limon. capill. vener. oxyſacch. ſyrup. ſimpl. oximel. ſimpl. & de 5. radicibus tale decoctum radicum graminis aſparag. ruſc. acetoſ. ſalſæ, parillę, ſcynæ, ſeminis melon. cucurbit. hord. integr. flor. violar. caricarum pinguium, paſſularum, in quo ſyrupi illi diſſoluantur) & propinétur tepidè. Poſtquàm omnino in cutem extiterint puſtulæ: quod ferè accidit intra ſeptimum diem: tum duriores & crudiores ſi ſint; maturentur fomentis ex ficuum decocto, paſſularum, ſeminis lini, florum chamæmel. & melilot. per veſicas & ſpongias admotas vultui. Denique vbi maturatæ

turatæ ſunt & molles: ſi ſponte non dehiſcant) acu aurea aperiantur: pus abſtergeatur: tandemque cicatrice vlcuſcula tegantur, tergebitur autem primum muria: deinde aqua deſtillationis myrricæ, & ſummitatum myrthi: & ſubinde reſpergentur farina hord. faba. orizæ & amyl. vlcera denique vbi iam pura ſunt, ſiccari opportet: puluere arundinis peucedan, ariſtol. (& croci momento.) Poſtremo cicatricem inducunt cæruſa, cadmia, & pompholis præparara redactaq; in vnguentũ cum cera alba & oleo myrthino: vel cydoniorum: relicta denique veſtigia delenda ſunt crebro litu aquæ ouorum inter coquedum exceptæ, lotione aquæ folliculorum vlmi, à vermiculis mundatæ, & modico ſaccharo commixtæ. Denique ex lacte dicto virginali quale eſt.

Recipe lytharg. argent. ℔. ß. conteratur & in ℔. ij. acet. albi ad ſolem infundantur ſæpe verſando: vel decoquendo ad mediæ partis vſque conſumptionem; tum colentur & colatura reponatur in ampullam vitream, ſeorſim. tum.

Recipe aquæ cyſternæ vel roſac. ℔. ij. quibus adde caphur. ʒ. iij. alum. & borrac. olei de tartar. ℥. j. bulliant ſimul & deſtillentur etiam per filtrum.

Poſtremo reponantur ad vſum qui erit eiuſmodi: vt priori aqua primum maculas contingas deinde ſecunda. Meminiſſe autem opportet eruptionis iſtarum puſtularum impetum à partibus nobilioribus prohibendum eſſe diligenter: aſtringentibus medicamentis ſolis: ſi nondum appareant; aliàs mixtis cum leui deterſione & diſcuſſione, tales ſunt oculi nares, fauces, arteria, & pulmones, œſopha-

œſophagus, & inteſtina. Itaque oculus nondum læſus ſæpe perfūditur collyrio albo Razis ſine opio in aqua roſac. diſſoluto; vel aquæ albuminis oui, & roſaceę ſimul mixtis: at vbi iam leuiter læſus fuerit, emicantibus papulis, abluatur, ex decocto fœnugręc. & hord. & roſarum nares integræ proluantur omphacio, vel oxycrato, vel ſucco mali granati, vel perfumentur vapore aceti roſacei aut eundem ex linteolo inſuccato vel ſpongiola naribus admota excipiat: at iiſdem exulceratis vnguentum album, vel roſaceum, vel rubeum eſt idoneū. Faucibus muniendis ſuperiora omnia conueniunt: vt pręterea gargariſmus ex decocto foliorum plantag. acetoſ. centinod. ſumach, roſa. balauſt. in quod ſaluatur roob diamorum iiſdem autem iam exulceratis aquæ hordei miſcebitur ſacchar. roſac. vel ſyrupus de roſ. ſiccis, vel mel roſat. colatum. Inteſtina ab hac noxa liberabuntur clyſtere ex eodem aſtringentium decocto, ſine ſale, & oleo: in quo vetus conſerua roſacea vel Razis album diſſolutum ſit.

Pulmones denique ab eodem tædio vindicabuntur: ſyrupi violacei myrthin. & papau. & tabell. diamarg frigid. crebra tranſglutione: quod ſi vlcerum eorum noxa metuatur (exemptis puſtulis) tum demum liquiritiæ ficuū paſſularum & hordei. decocto abluenda erunt, ſenſim tranſglutito aut ſyrupo de roſis ſiccis aut melle roſato: cum aqua roſacea. τέλος.

FINIS.

Epilogus.

HActenus febrium omnium cuiuſcumque generis & naturæ ſint, therapiam deffinitiua vereq; dogmatica methodo deſcripſimus: appoſitis etiam idoneorum remediorum, indicationibus fere omnibus, idque accuratius fortaſſe, quàm acutum preſſumque ſcriptorem opportuit: non tamen (vt opinor) quam ſedulum artis therapeuticæ interpretem decuit; Diſcipulorum ſuorum dogmaticis ſtudijs penitus incumbentem: Quibus dicata noſtra induſtria ſolis eſt: non ſummis illis & præclariſſimis Medicis apud quos verboſitatis meæ crimen deprecari iuſtius quàm diligẽtiſſimi officij laudem vllã præſtolari, vtriſque tamen (ſi fortè opera & induſtria mea placuerit) rariſſima cuiuſdam felicitatis meæ loco ducam.

Errata beneuolus lector ſic emendabit.

PAg.7.pro impellantur.l.impelluntur.p. 26. pro minima. l. munia.p. 31.pro adſtrictis.l.adſtrictio.ib.pro leniſſimo.l.lentiſcino.p 41.pro liqaut.l.liquat.p.46.pro inopias.l. inopia p.48.pro cocæ.l.coctæ.p.69 pro putribus.l.putridus. p.75. pro totna.l.totus.ib.pro vil.l.vel. p. 80 pro digitus.l.digitis.p.94.pro febris citanti.l. febricitanti.p. 103. pro copatura.l.colatura.p.116.pro minis.l.nimis.p.120.pro ſapori.l.ſapore.ib.pro calore.l.colore.p.122.pro alijs. l. allijs.p.123. pro teritum.l. tertium.p.127.pro ærumnijs.l.ærumnis.p.94.v.18.pro quies.l. motus. p.99.pro ſemiputridis.l.ſemiputridus.p.113.v.20. pro purgatio. l.per purgationem.p.160.pro incitatiſſima.l. incitatiſſimo.p.169 pro natura.l.naturam.p. 174.pro funariæ. l.furnariæ.p.180. pro lenporeque. l.lentorem.ib.pro vatorem. l.vaporeque.p.192.pro leuitor.l.leuior. p.129.pro ſubſtantilem.l.ſubſtantialem.p.214.pro ſyrrhorum.l. ſcirrhorum.p.197.pro.bibis.l.bilis.p.272. pro marinum. l. narium.p.273. pro aquis.l.æquis.p.214.pro.pur fluuium gantia.l.purgantia.p.288.pro partuum.l.partium.p.306.pro putredinea.l.à putredine.p.307. pro illa.l.illam.p.314.pro vehementus.l.vehementius p.317. pro generis. l. generet.p.293.pro crucis.l.cruris.p.294. pro princijs.l. principijs. p. 303.pro.pro.illuminis.le.illuuies.ib pro cupiebat.l.eapiebat.p. 316. v. 8.pro.&.l.vt.p.132 pro qunre. l.quare.p. 335. pro criticas.l.criticus.p. 342.pro hauriatis.l.hauriatur.347.pro amnaueſtica. l. anamneſtica. p. 352.pro & afflictio.l.ex afflicto.p.354.pro nultum.l. nullum.p.356. pro excrenentur.l.execernuntur.p.357.pro botij.l.lotij.p.364.pro.moriebamus.l.monebamus p.416.pro κακοθήαν l.κακοήθειαν.p.385.pro ſanitatis.l.ſanitate.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM QVAE IN TOTO opere continentur.

A

ACeſsio quid. p.140
Acceſsio vnde fiat. p.141
Acceſsionis eiuſque diſcriminis cauſa. p.142.& ſeq.
Acceſsionum differentiæ. p.145.& ſeq.
Acceſsionis ordo vnde mutetur. p.146
Adſtructionis cauſa triplices. p.9.& 31
Adſtrictio quid indicet. p.32
Adſtrictionis alui ſpecies,& curatio. p.286
Aer calidus quo modo refrigeret. p.27
Aerem de naturali ſuo ſtatu tribus modis diſcedere. p.314
Aeris alterationem triplicem eſſe.ibid.& ſeq.
Aeris corruptio quid. p.316
Aerem peſtilentem non eſſe omnino corruptum & venenum,ſed venenatum tantum. ibid.
Aeris corruptionem & venenatam qualitatem non eſſe

referendam ad cœlos & ſydera. p.317.318
Alimenti vſus quis. p. 19
Alimentum vniuſcuiuſque ſubſtantiæ quodnam ſit. ibid.
Alimentum triplex Hippocr. p.320
Alimentum, vt ſit ſalubre, duplicem ſimilitudinem habere debere. ibid.
Alimentum ex diſsimilitudine temperamenti, medicamentum ex diſsimilitudine formæ, venenum euadere. ibid.
Alimentorum vitia & genera. p.321.& ſeq.
Apomeli quomodo componatur & quam habeat vim. p.92
Aqua ſimplex quid conferat in febribus, & quibus conueniat. p.92
Aqua refrigerata potio quid efficiat. p.49
Aqua ſtillatitia ex limacibus, cancris fluuiatilibus & teſtudinibus apparatus. p.65
Aqua ſtillatitia anguillæ apparatus. p.64
Aqua mulſæ vires. p.92
Aqua ſtillatitia carnium apparatus. p.64
Aqua ptiſanæ vires in febr. p.92
Aſperitas immodica oris & linguæ in feb. ex quibus inducatur. p.282
Aſperitas oris quomodo leniatur. p.282.283
ἀσώδους origo & curatio. p.252.& ſeq.

B

Balneorum antiquorum partes quatuor. p.27
Balneorũ vis, delectus & apparatus in febr. p.50.51

Bilioſa febris cur dicatur tertiana. p.164
Bilioſa febris intermittens duplex. p.165
Bilioſarum febrium putridarum ſpecies, ſigna, cauſæ, therapia communis. p.157.& ſeq.
Bilioſarum febrium materia. p.165.& ſeq.
Bilioſarum febrium caloris putridi cauſæ. p.166
Bilioſarum putrium ſymptomata. ibid.& ſeq.
Bubonis ſigna diagnoſtica. p.397
Bubonis ſigna prognoſtica. p.398
Bubonis curatio. p.399.& ſeq.

C

Cacochymia duplex. p.3?1
Calor naturalis triplex. p.2
Calor naturalis actionum & vitæ author. ibid.
Calor non naturalis duplex. ibid.
Calor non naturalis à natiuo non differt ſpecie. p.3
Calor putridus inanimatorum inefficax cur. p.70
Calor febrilis triplex. p.4
Calorem febrilem duobus modis cordi communicari. ibi.
Calorem mixtionis & procreationis mixti eſſe authorem. p.73
Caloris natiui motus varij. p.71
Caloris natiui vnionem eſſe cauſam internam & proximam febrium putridarum. ibid.
Caloris febrilis temperandæ ratio. p.115.& ſeq.
Cardiogmi lenitio. p.284
Carbunculus quid & quomodo à bubone diſtinguatur. p.403.404.
Carbunculi ſigna diagn. p.405

Carbunculi ſigna progn. p.406.407
Carbunculi curatio. p.407.& ſeq.
Carbunculi ſymptomatum lenitio. p.412.& ſeq.
Cauſi curatiuæ indicationes. p.161
Cauſi curatio. p.161.& ſeq.
Cauſus quid. p.159
Cauſi ſigna. p.160
Cephalalgia quid. p.275
Cephalalgia quando curanda. ibid.
Cephalalgia cur frontem potiſſimum occupet & quomodo leniatur. ibid.
Cibi vitioſi qui. p.320
Cibi faſtidium vnde,& quomodo curetur. p.283.284
Ciborum vitia quotuplicia. p.9.& ſeq.
Cibus humidus quomodo augeat calorem. p.28
Circuitus quid,& quotuplex. p.164
Coctio materiæ febrificæ quid. p.99
Coctio quid. p.97.& 101
Coctio morbifica in quibus morbis exſpectanda ſit,& cui cauſæ morbificæ debeatur, p.101
Coctionis ſpecies,cauſa efficiens,inſtrumentum,opus,& excrementa quæ ſint. p.98
Coctionis formalis & finalis cauſa quæ ſit,& quomodo à nutritione differat. p.99
Coctionis morbificæ materiam in febribus, eſſe cauſam earundem antecedentem,non coniunctam, p.99
Coctionis morbificæ cauſæ quæ ſint. ibid.
Coctionis iuuandæ modi & remedia. p.101.& ſeq.
Coctionem ſanorum & ægrorum eiuſdem eſſe ſpeciei. p.100
Contagium quid,in qua categoria collocetur, quid per illud

illud è corpore in corpus tranſmittatur, & quotu plex ſit. p.325.326
Contagioſorum morborum impreſſio, quibus egeat conditionibus. p.327
Contagione molus duplex. p.327
Continuæ febr. differentiæ. 123. & ſeq.
Continuæ febr. cur proportionales dicantur. p.165
Continuæ febr. ab intermittentibus quomodo differant. p.134. & ſeq.
Continuitatis febrium cauſa. p.134. & ſeq.
Continuam cum continua confundi tantum, non implicari, exceptis quibuſdam ſymptomaticis. p.254
Continuarum febrium & intermittentium ſimplicium, tres eſſe cauſas communes. p.234
Continuarum febr. & intermittentium diſcrimen. ibid.
Continuarum febr. ſigna. p.235
Continuarum febrium curatio. p.236. & ſeq.
Conuulſionis ſigna diagn. progn. & prohibitio. p.276
Corruptio quomodo differat à putredine. p.302
Cruditas duplex. p.10
Cruditas quid. p.99
Curatio ordinaria & extraordinaria quid. p.114
Curatio artificioſa duabus rebus conſtat. p.12
Curandi methodus duobus conſtat. p.12

D

DEliratio quid. p.274
Delirationis cauſa, ſpecies, ſigna, curatio. ibid.
Deterſionis inſtrumenta. p.33
Diarrhæa duplex eiuſque curatio. p.287

Differentiarum duo ſumma eſſe genera. p.4
Diuiſionis bonæ tres eſſe conditiones. p.4

E

Ἐλώδους *curatio.* p.251
Ephemeræ febris non exquiſita cauſa. p.17
Ephemera qui ſint opportuni. ibid.
Ephemeræ ſigna diagnoſtica communia. p.17.& ſeq.
Ephemeræ cauſæ, earumque ſigna diagnoſtica. p.20.& ſequentib.
Ephemeræ febris in putridam mutatæ ſigna. p.33
Ephemeræ extenſæ & protractæ ab obſtructione ſigna. p.33.
Ephemeræ curatio. p.24.& ſeq.
Ephemeræ indicationes quo ordine exercendæ ſint. p.28
Ephemeræ compoſitæ indicationes. ibid.
Ephemeræ curatio matura neceſſaria. p.24
Ephemeras in putridas faceſſere duas ob cauſas. ibid.
Ephemera duplex. p.25.
Ephemeræ indicationes. ibid.
Ephemeram duobus modis componi. p.27
Ephemera quid. p.15
Ephem.cur careat circuitu. ibid.
Ephem.duplex. p.16
Ephem. carere cauſa antecedente quomodo ſit intelligendum. ibid.
Ephemeræ cauſas omnes eſſe procatharticas, quomodo ſit audiendum. ibid.
Ephem. cauſas procatharticas duobus modis calfacere ſpiritus. p.17.

Epiali

Epiali cauſa antecedens quæ, & quotuplex, 193
Epiali curatio. p.195.& ſeq.
Epiali cauſa antecedens ex quibus gignantur, & vbi coaceruetur, ibid.
Epiali ſymptomata, p.194
Epiali ſigna diagn. ibid.
Epiali ſigna progn. ibid.& ſeq.
Epialon non eſſe compoſitam febrem, p.253.
Epialos quid, & cur ita dicatur, p.192.
Epialos à lipyrijs quomodo differat, ibid.
Exacerbatio febr. quid. p.140.
Excrementum vniuſcuiuſque coctionis duplex eſſe. p.9.
Excrementum tenue tribus modis euadere acre. ibid.
Excrementum à quibus cauſis coaceruetur & moueatur. p.144.
Exanthemata corporibus peſtiferis etiam poſt mortem contingere: & quomodo id fiat, p.345

F

FAcultatis expultricis obiectum quotuplex, p.141.
Febris à pituita ſalſa, cur cauſus dicatur, p.196.
Febris à pituita ſalſa cauſa proxima, & remota, ſymptomata & ſigna, p.97.98
Febris à pituita ſalſa curatio, p.198.& ſeq.
Febris, quæ variolis & morbillis comitatur, curatio. pag. 416.& ſeq.
Febris quid. p.2
Febrem actiones quaſdam iuuare per accidens, p.3
Febrem omnes actiones lædere. ibid.
per Febrem partes quaſdam corporis frigidas ſentiri per

accidens. ibid.
Febrium differentiæ eſſentiales. p.4
Febris ſubiectum eſſe ſynonymum, idque duplex. p.5
Febrium differentiæ accidentales. p.5 & 6
Febrem omnem ſolidæ cordis ſubſtantiæ inſidere, idque duobus modis. p.4.
Febrium cauſæ communes duplices. p.6.
Febrium cauſæ externæ quomodo ad cognitionem & curationem earum conferant, & quales eæ ſint. ibid.
Febrium cauſæ externæ ad quinque genera reuocantur. p.7. & ſequentib.
ad Febris generationem quæ requirantur. p.7
Febrium ſymptomata communia. p.10.& 11
Febrium earumque cauſarum & ſymptomatum ſigna communia quæ,& quotuplicia. p.11.& 12
Febrium Methodus curatiua communis. p.12. & ſequentibus.
Febris quid indicet. p.12
Febrium cauſæ quid indicent. p.13
Febrium ſymptomata quid indicent. ibid.
Febrium curationis ordo generalis. p.14
Febrem omnem humoralem non eſſe putridam. p.125
Febrium malignarum differentiæ. p.416
Febrium communium vel purpuratarum cauſæ & ſigna p.417.418.
Febrium compoſitarum curatio. p.248.& ſeq.
Febrium compoſitarum genus triplex. p.248
Fœtor vnde fiat. p.73
Fœtorem in ambuſtis & congelatis non reperiri,& cur. p.74.
Frigoris curatio. p.294

Functiones naturales quæ dicantur. p.3

H

HAEmorrhagia quid,& quotuplex. p.277
Hæmorrhagia curatio & prohibitio.p.277.& ſeq.
Hectica febris vnde nomen ſortita ſit. p.37
Hectica febr. nullas eſſe differentias eſſentiales. p.39
Hectica febr. differentiæ accident. p.39.& 40
Hecticam non præcedit neceſſariò Ephemera duplicem ob cauſam. p.41
Hecticæ origo duplex. p.41.42
Hecticæ ſymptomata. p.42.& ſeq.
Hecticæ factæ nullam eſſe cauſam. p.40
Hecticæ febris calor qualis. p.37
Hecticæ ſimplicis ſigna diagnoſtica. p.44.45
Hecticæ compoſitæ ſigna diagnoſtica. p.45
Hecticam compoſitam facile cognoſci, difficile curari. ibid.
Hecticæ ſigna prognoſtica. p.45.46.
Hecticæ curatio. p.406.& ſeq.
Hecticæ indicationes duæ,totidemque earum exercendarum inſtrumenta. p.47
Hect. diæta. p.47.& ſeq.
Hemitritæus quid. p.255
Hemitritæi ſpecies & differentiæ. p.255.& 256
Hemitritæus cur dictus. ibid.& p.257
Hemitritæi ſigna diagnoſtica. p.258
Hemitritæi ſigna progn. p.259
Hemitritæi exquiſiti curatio. p.261.& ſeq.
Hemitritæi non exquiſiti curatio. p.265.& ſeq.
in Hemitritæi curatione, maiorem pituitæ,quam bilis,

rationem eſſe habendam. p.265
Horroris curatio. p.294.295
Humores omnes putredine poſſe corripi. p.332
Humorum putreſcentium differentia. p.120.& ſeq.
Humorum putreſcentium focus vbi. p.141.142
Humorum temperies & natura à quibus mutetur. 324
Hypoſtaſeos cauſa efficiens quæ. p.76
Hypoſtaſeos bona quatuor notæ. ibid.
Hypoſtaſeos materia quæ ſit. p.77

I

INanitio duplex. p.288
Integritas in febribus quid & quotuplex. p.82
Intermiſſio quid & quotuplex. p.142
Intermittentem febrem non eſſe morbum recidiuum. p.146.& ſeq.
Interceptionis ſpiritus vitalis cauſa. p.289
Ioberti ſententia de implexis febrib. refutatur. p.255
Iſchuria vnde oriatur. p.290
Iſchuriæ curatio. p.291

L

LActis vires, delectus, probationes, correctio, & cautiones in eo propinando agris. p.62.63
Leipothymiæ curatio. p.289.290.
Lipothymia vnde nomen ſortita, & quomodo à Syncope differat. p.288
Lipyriæ cauſa & ſymptomata. p.416
Lypothymiæ & ſyncopes cauſæ triplices. p.288

Lypyria

Lypyriæ curatio. p.252

M

MAraſmus vnde dictus, & quid ſignificet. p.52.53
Medicamenta duobus modis operari. p.53
Medicamentorum qualitates quomodo ſint exploranda. ibid.
Medicamenta quædam vocari ſeptica impropriè. p. 76
Medicamenta ſudorifica quæ. p.113
Medicamenta validiora in augmento, ſtatu & declinatione morbi, quam in principio eſſe decernenda contra Iobertum. p.226.& ſeq.
Medicamenta diuretica quæ, & quotuplicia. p.112
Mictio à quibus indicetur. p.112
Mixti ſolutio quomodo fiat. p.73
Morbillorum def. & differentiæ. p.419.420
Morbillorum cauſæ. p.420.& ſeq.
Morbillorum ſigna diagnoſt. & progn. p.425
Morbillorum curatio. p.427.& ſeq.
Morbi σποράδες & ἐπίδημοι qui, & à quibus cauſis oriundi. p.296.& ſeq.
Morbum nullum formæ dici debere, contra Fernel. pag. 309.& ſeq.

O

OBſtructio duplex. p.24
Obſtructionis ſigna. p.31
Obſtructionem eſſe morbum & morbi cauſam. p.69
Oſcitatio & pandiculatio quid. p.81

Oxymel,

Oxymel vis & delectus in febrib. p.62

P

PEriapta ex quibus fiant & quotuplicia ſint. pag. 174
Peſti, qui magis ſint opportuni. 328
Peſtis præſeruatio, per cauſæ internæ remotionem. pag. 365. & ſeq.
Peſtis præſeruatio per roborationem cordis. p.378.& ſeq.
Peſtis & peſtilens febris quomodo differant. p.298
Peſtis quid. pag.299
Peſtis nomen ad quæ ſignificanda extendatur. ibid.
Peſtis cauſam immediatam non eſſe putredinem. pag. 316
Peſtis cauſæ internæ, antecedentes & coniunctæ. p. 331. & ſeq.
Peſtis ſigna prognoſtica. p.347.& ſeq.
Peſtem & peſtilentes morbos febre ſæpe vacare. pag. 360. & ſeq.
Peſtem & venenatam qualitatem non eſſe referendam ad humorum putredinem in ſinibus cordis defixam, contra Iobertum. p. 307
Peſtilens febris an in initio purgationem requirat, eamque validiorem non exſpectata coctione materiæ diſputatur. p.385.& ſeq.
Peſtilens febris quid. p.302
In *Peſtilenti febre purgationum ratio.* p. 383. & ſeq.
Peſtilentis febris curatio per diætam. p.371. & ſeq.
Peſtilentis febris remedia. p. 377. & ſeq.
Peſtilentis febris præſeruatio per cauſæ externæ correctionem

ctionem. p. 358. & ſeq.
Peſtilentis febris ſigna diagnoſtica. p. 363. & ſeq.
Peſtilentis febris materiæ antecedentis coctio. pag. 390. & ſeq.
Peſtilentis febris origo quotuplex. p. 329
Peſtilentis febris ideam & characterem in venenata qualitate collocari, eamque non à putredine, ſed à corruptione humorum totius ſubſtantiæ propagari. pag. 306.
Peſtilentis febris & peſtis cauſa. p. 313. & ſeq.
Peſtilentē febr. non ſolis antidotis eſſe oppugnadā. p. 377
Peſtilentem febrem morbum eſſe occultum, & totius ſubſtantiæ, intimique temperamenti corporum ægrotantium, maximè verò cordis. p. 312
Peſtilentium febrium differentiæ accidentariæ. pag. 342 & ſeq.
Peſtilentium febrium intermittentium curatio. p. 396
Peſtilentium febrium curationem aliquando interpellari. p. 397
Peſtilentium febrium cauſæ. p. 302. & ſeq.
Peſtilentium febrium ſpecies, & an eæ tres ſint. p. 333. & ſeq.
Peſtilentes febres non ſemper ab aeris inquinamentis ſuſcitari, nec à peſtilenti aere in corde ſemper concipi, ſed alijs aliquando partibus affigi. p. 307
Peſtilentes febres humorales an rectè diuidantur in continuas & intermittentes, diſputatur. pag. 339. & ſeq.
Peſtilentes febres an omnes contagioſæ ſint, diſputatur. p. 329. 330
Phlebotomiæ vſus. p. 34

Phlebot.

Phlebot.eſſe coquens remedium, & commune febrium putridarum. p.182
Phlebotomiæ apparatus. ibid.
Phlebotomiæ indicationes. p.34.108.109
Pilorum incrementum in mortuis quomodo fiat. pag. 345.
Pituita Gal. quid ſignificet & quotuplex. p.176
Pituitæ differentiarum origo varia. p.177
Pituitoſarum febrium ſpecies tres. p.177
Porrorum duo genera, totidemque vitia. p.8
Potio à quibus indicetur & quo modo vires reficiat in febrib. p.90.91
Potionis vſus quibus cautionibus definiatur. p.91
Potionum quatuor formulæ, febricitantibus olim vſitatæ. p.91
Puris cauſa. p.76
Puris materia & locus. p.77
Purgationis indicationes. p.34.35.110.111
Purgationem cur omiſerit Gal. meth. in curatione febr. ephem. p.34
Putredo medica quid. p.74.75
Putredini quæ ſint obnoxia. p.74
Putredo phyſica quid. p.72.73
Putredo quomodo calfaciat. p.8.9
Putredinis cauſa. p.69
Putreſcentis materiæ calor vnde. p.70
Putredinem externam non generare febrem. p.70
Putrida febris quid. p.69
Putridæ febr. cauſæ. p.69.& ſeq.
Putridæ febr. ſymptomata. p.78.& ſeq.
Putridæ febr. ſigna. p.83.& ſeq.

Putrida febr. diata. p. 85. & ſeq.
Putrida febr. eiuſque cauſarum & ſymptomatum indicationes. p. 95. & ſeq.
Putrida febr. differentia. p. 119. & ſeq.
Putrida febr. ſigna. p. 126. & ſeq.
Putredo quid. p. 303
putredinis differentia. p. 303. 304.
Putredinem mixtorum perfectè corporum communem eſſe proprietatem: imperfecte mixtis, ſecundum quid tantum; ſimplicibus multo modo conuenire. pag. 315.
Putredinis ſpecies. p. 75. & ſeq.
Putridarum febrium paroxyſmi. p. 140. & ſeq.
Putridarum febrium methodus curatiua communis. p. 84. & ſeq.
Putridarum febrium notharum ſimplicium cauſa. p. 240. 241.
Putridarum febr. notharum ſigna. p. 242. 243.

Q.

Quartana vnde dicta ſit. p. 202
Quartana febr. cauſa antecedens qua, quotuplex ſit, & à quibus cauſis procathar. generetur. p. 202. & ſeq.
Quartana continua ſigna. p. 204
Quartana continua qui opportuni ſint. ibid.
Quartana continua curatio. ibid. & ſeq.
Quartana intermittens quomodo generetur. p. 209
Quartana intermittentis cauſa antecedens & coniuncta, qua ſede contineantur, quaſque habeant cauſas

procrea

procreatrices. ibid.
Quartanæ intermittentis ſymptomata, ſignaque diagn. & prog. p.210.& ſeq.
Quartanæ nothæ cauſa coniunƈta quæ. p.230
Quartanæ nothæ ſigna diagn. & progn. p.231
Quartanæ nothæ curatio. p.232.& ſeq.
Quartanæ intermittentis curatio. p.214 & ſeq.
Quotidiana febris quid,& cur ſic vocetur. p.178
Quotidianæ febris cauſa. p.178.& ſeq.
Quotidianæ febr. ſymptomata. p.179
Quotidianæ febr. ſigna. p.180.181
Quotidianæ à pituita dulci,curatio. p.181.& ſeq.
Quotidianæ intermittentis curatio. p.190.& ſeq.

R

Rigor quid. p.79.& ſeq.
Rigoris differentiæ. p.81
Rigorem diſtingui à palpitatione,tremore, & conuulſione. p.82.& ſeq.
Rigoris curatio. p.294.295

S

Siccitatis inſita & acquiſititiæ ſigna. p.31
Singultus vnde, & quomodo curetur. p.285
Sitis ſpecies & cauſę. p.290
Sitis quando compeſcenda in febri & quo paƈto fallenda. p.281
Sitis leuatio opportuna quibus conſtet, p.282
Somnus in febrib. quomodo fiat, & quæ damna febricitantibus

tantibus inferat. p.270
Somni morb. curatio. p.270.& ſeq.
Spiritum inſitum non eſſe formam corporis animati, cõtra Fernel, p.308
Subſtantiam totam apud Gal. ſignificare proprietatem & facultatem è temperamento prodeuntem. p.311.
Subſtantiam totam non eſſe formam, contra Fernelium. p.309.
Sudoris materia in ſanis & ægris, eiuſdemque cauſa. p.82.
Sudoris indicationes. p.113
Sudoris ſpecies, cauſæ, & curatio. 293.294
Symploces, i. febrium, implexarum, ſpecies tres. p.253. 254.
Syncopen omnem non eſſe primigeniam. p.307
Syncopalis febris curatio. p.252.
Symptomata ventriculi quæ ſint, & vnde fiant. p.284.
Symptomatum febr. duplex genus. p.117.& ſeq.
Symptomatum febrium curatio & lenitio. p.267.& ſeq.
Synochum putrid. dari, & à bilioſa putri diſtingui. p.128.129
Synochi putris cauſæ. p.150.
Synochi putr. ſigna. 151.152
Synochi indicationes, earumque exercendarum inſtrumenta. p.152.& ſeq.

T

TAbis ſedem eſſe cor primario vel ſecundario. p.53.
Tabis ſpecies, & differentia. p.53.& ſeq.

Tabis cauſæ. p.55.& ſeq.
Tabis ſymptomata. p.56.& ſeq.
Tabis ſigna diagnoſtica. p.57.& ſeq.
Tabis nomen quid ſignificet,& vnde ductum ſit. p.53
Tabis ſigna prognoſtica. p.59
Tabis therapeia. p.60.& ſeq.
Tabis indicationes curatiuæ,earumque inſtrumẽta. ibid.
Tabis remedia topica. p.66.& ſeq.
Tabis compoſitæ indicatio duplex. p.67
Tabes cur non ſemper lędat actiones ſenſitiuas internas. p.57
Tabes quid. p.52
Tabidorum diæta. p.61.& ſeq.
Temperiem naturalium actionum,figuram verò & conformationem animalium, proximam & inſtrumentariam eſſe cauſam. p.310
Tertianæ nothæ curatio. p.143.& ſeq.
Tertianæ intermittentis ſigna progn. p.168.& ſeq.
Tertianæ intermittentis curatio. p.169.& ſeq.
Tertianæ intermittentis & continuæ diſcrimen. p.165.
Tertianæ intermittentis ſigna diagnoſtica. p.167.& ſeq.
Tertiana biliosa continua,ſimplex quæ. p.164
Topicorum liquidorum capitis vſum,pueris, mulieribus, & naturis virorum mollioribus eſſe noxium. p.258.
in Topicis remedijs capitis quid obſeruandum. p.269
Tranſpirationis vſus. pag.234
Tranſpirationis impeditæ cauſæ. ibid.
Tranſpirationis definitio, partes, cauſæ & vſus. p.8.
Tranſpirationem prohibitam eſſe cauſam & ſymptoma febrium. p.69
Tuſſis cauſæ, & remedia. p.292.293

Tuſſiculas

Τυφώδυς curatio. p.251

·V

Variolæ quid,& quotuplices. p.419.420
Variolarum cauſæ. p.420.& ſeq.
Variolarum curatio. p.4 7.& ſeq.
Vacuationis indicationes,legeſque particulares. p.108.
Vacuatio cauſa morbifica quadruplex. ibid.
Vacuatio duplex. p.34
Vacuationum omnium leges communes, indicationes & contraindicationes. p.15.& ſeq.
Variolarum ſigna. p.425
Venenatæ qualitatis originem à corruptione potius,quam à putredine duci. p.304.305
Vigilia vnde fiat. p.267
Vigiliæ quomodo compeſcendæ. ibid. & ſeq.
Vini facultates & delectus. p.91
Virium ſtatus ex quibus æſtimandus. p.105
Vires duplices. p.288
Vnguium incrementum in mortuis quomodo fiat. p. 45
Vomitus cohibitio. p.284.285
Vrinæ profluuium vnde,& quibus remedijs cohibeatur. p.291.292.
Vulnera ſauciatorum per necem quomodo ſanguinem eructent adſtante ſicario. p.346

FINIS.

Loci ab authore recogniti.

PAg.16.v.7.pro ſynochus,l.hæc ſynochus.p.17. v.1.pro quidem,l.quidem ſunt.p. 88. v. 20.pro febris,l.febri.p.23.v.13.pro abſtructioque,l.obſtructioque.p.38.v.5.pro maximè,l.maximę.p.65.v.6. pro elixatus,l. elixatis.p.68.v.4. pro argumenti,l. argumentum.p.87.v.5.pro cauſæ,l.cauſæ verò. p. 28.v.13. pro coquenda , l coquendæ cauſæ. pag. 85.v.28.pro reſtringuat,l.reſtinguat.p.94.v.7. pro ab expellenda, l. ad expellendam p.105. v. 5. pro obſtinctionē,l.obſtructionem.p.111.v.4.pro maiori,l.minori.ibid.v.5.pro minori,l.maiori p. 115.pro limonium,l.limonum.p.118. pro fluxium,l.fluxum p.120.v.3.pro purpureo,l. purpureo colore.p. 130. pro ſimpliter,l.ſimpliciter, alia errata vide pag. vltima.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

Digitized by Google